This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

~~Delph 27~~

Σ. 4. 27

2941 e 173

Digitized by Google

Digitized by Google

~~Delph 27~~

Σ . 4 . 27

2941 e 173

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. X.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN SEXTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

PRO M. MARCELLO

ORATIO XL.

ARGUMENTUM.

M. Marcellus Pompeianarum partium in bello civili fuerat; neque tamen extrema persecutus erat; sed, victo ad Pharsalum Pompeio, Mitylenas se contulerat, ibique otiosus in literis vixerat, sine ullo patriæ desiderio. Huic ut veniam daret, et reditum in patriam permitteret Cæsar, cum esset a fratre ejus et universo senatu suppliciter rogatus, dolorem suum senatui condonavit. Quo facto, hac oratione gratias Cæsari amplissimas in senatu egit Cicero. Ea duas partes habet: quarum prima in laude hujus facti versatur, et est magnificentissimis verbis scripta; altera autem Cæsaris de insidiis suspiciones inanes esse ostendit.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 131.] DIUTURNI silentii,[a] patres conscripti,[b] quo eram his temporibus usus, non timore aliquo,[c]

NOTÆ

[a] *Diuturni silentii*] Diu siluerat Cicero propter illud bellum civile quod Pompeium inter et Cæsarem exarserat: alii enim in alias urbes se senatores receperant; alii secuti fuerant Pompeium, ut ipse Cicero, cum multis e primoribus: quare Romæ nullus tunc senatus habebatur. Deinde cum ipse a Cæsare restitutus est, latuit, neque sententiam dixit in senatu.

[b] *Patres conscripti*] De his dictum in Orat. de Provin. § 1.

[c] *Non timore aliquo*] Id dicit ad conciliandam Cæsaris sibi benevolentiam; quid enim ab eo timere poterat, a quo tam humaniter exceptus est? præcipue cum illi obviam venit redeunti ex Asia in Italiam: ut enim Plutarchus scribit in Cicerone, non prius Cæsar Tullium ante alios sibi occurrentem vidit, quam

Digitized by Google

sed partim dolore,[d] partim verecundia,[1] [e] finem hodiernus dies attulit; idemque initium, quæ vellem, quæque sentirem, meo pristino more dicendi.[a] Tantam [2] enim mansuetudinem, tam inusitatam inauditamque clementiam, tantum, in summa potestate, rerum omnium modum,[b] tam denique incredibilem sapientiam ac pæne divinam, tacitus nullo modo præterire possum.[3] 2. M. enim Marcello vobis,[4] patres conscripti, reique publicæ reddito, non solum illius, sed meam etiam vocem et auctoritatem, et vobis et reipublicæ conservatam ac restitutam puto. Dolebam enim, patres conscripti, et[5] vehementer angebar, cum viderem, virum talem, in eadem causa [f] in qua ego fuissem, non in eadem esse fortuna; nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebam, versari me in nostro veteri [6] curriculo,[g] illo æmulo [h] atque imitatore studiorum ac laborum meorum,

[a] *Loquendi pristino meo more ea quæ vellem, et quæ sentirem.*
[b] *Mediocritatem.*

CAP. I. 1 Hæc, *non timore . . . verecundia*, uncis inclusit Weisk.—2 *Tandem* Grut. errore typogr. Verba, *tantum, in s. p. r. o. modum*, desunt in *u*.—3 Lamb. *præterire nullo modo possum.*—4 Franc. *nobis.* Mox, *non illum solum* C. *non solum illum* Seebode; *non illius solum* Franc. *etiam meam vocem* Erf. *etiam vocem meam* Franc. Paulo post, *restauratam puto* C.—5 Crat. Lamb. Steph. *ac.* Mox, *cum viderem* omittunt C H. Tum, *cum in eadem causa, in qua ego, fuisset* T, alii codd. ap. Græv. et Orell. *qui in eadem causa, in qua ego, fuisset* Crat. Lamb. Weisk. *qui in eadem causa esset, in qua ego fuissem* Junt. Græv. Wolf. *tum in eadem causa, in qua ego fuissem* Grut. *qui in eadem causa, in qua ego fuissem* Mœb. *qui cum in . . . causa fuisset* C H. Deinde, *fuisse fortuna* C. *fuisset fortuna* T. Verba, *nec mihi persuadere poteram*, displicuerunt

NOTÆ

descenderit, salutaverit, cumque eo solo colloquens multa stadia processerit. Adde quod singulari clementia, et animi lenitate præditus est Cæsar.

[d] *Partim dolore*] Prima causa sui silentii dolor fuit, quem ex absentia et casu Marcelli percipiebat; quod cum in eadem causa fuisset, qua Cicero, non in eadem fortuna jam esset: Cicero pristinæ dignitati redditus est, et Marcellus relictus.

[e] *Partim verecundia*] Verecundia metus est infamiæ: pudebat autem Ciceronem sine Marcello sententiam dicere in senatu.

[f] *In eadem causa*] Secutus fuerat Marcellus Pompeium cum Cicerone contrà Cæsarem.

[g] *Veteri curriculo*] Intelligit senatum, ubi sæpe cum Marcello sententiam dixit; metaphora sumta a ludis, in quibus currus agi solebant.

[h] *Illo æmulo*] Marcellus orator fuit

Digitized by Google

quasi quodam socio a me et comite, distracto.[i] Ergo et mihi, et meæ 7 pristinæ vitæ consuetudinem, C. Cæsar, interclusam aperuisti, et his omnibus ad bene de omni republica sperandum, quasi signum aliquod sustulisti.[k] 3. Intellectum est enim, mihi quidem in multis, et maxime in me ipso, sed paulo 8 ante omnibus, cum M. Marcellum senatui populoque Romano concessisti, commemoratis præsertim offensionibus,[l] te auctoritatem hujus ordinis, dignitatemque reipublicæ tuis vel doloribus[e] vel suspicionibus[m] anteferre. Ille[n] quidem fructum omnis vitæ anteactæ 9 hodierno die maximum cepit, cum summo consensu senatus,[o] tum præterea judicio tuo gravissimo et maximo. Ex quo profecto intelligis, quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto

[e] *Iræ tuæ.*

Faërno.—6 C H S T ε'ς ψ *vestro veteri;* Franc. *vestro vetere.*—7 *Ergo et mihi meæ* Crat. Lamb. Wolf. Weisk. Orell. Mox, *consuetum, C. Cæsar, iter interclusum* Seebode. *inclusam* Pith. υ ς.—8 Mœb. *sed maxime in me ipso, et paulo.* C H S T ψ, et edd. vett. *ante in omnibus.* Statim, *senatui reique publicæ* C H S T υ ς ψ, Junt. Crat. Wolf. Orell. *senatui populoque Ro. et reipublicæ* Lamb. Tum, *præsertim etiam offensionibus* codd. aliquot, Junt. Crat. Lamb.—9 Erf. a m. sec. Franc. 1. Græv. Wolf. Orell. *ante actæ ætatis;* Junt. Crat. Lamb. Mœb. *ante actæ vitæ.* Actutum, *in te hodierno* υ ψ. Deinde, *tum præcipue*

NOTÆ

insignis, qui cum Cicerone de laude eloquentiæ certabat: cujus libro de Claris Oratoribus laudes prosequitur.

[i] *Comite distracto*] Longe Marcellus et Cicero a se invicem distracti erant; nam Romæ Cicero tum erat, Marcellus vero Mitylenis exulabat.

[k] *Signum aliquod sustulisti*] Translatio a bello, in quo dum signum stat, spes affulget victoriæ; et Cæsar, restituto Cicerone, et Marcello, significat, se rempublicam nolle evertere.

[l] *Offensionibus*] M. Marcellus consul contendit, ut Cæsari in Galliis bellum agenti successor mitteretur; isque exercitum statim dimitteret, vel hostis patriæ declararetur. In oratione prædonem appellavit: immo decurionem Novicomi, quo coloniam Cæsar deduxerat, virgis cecidit, ut civem eum non esse ostenderet, et ita Cæsaris factum improbaret, eique plagarum suarum vestigia ostenderet.

[m] *Suspicionibus*] Suspicabatur Cæsar, sibi a Marcello mortem intentari.

[n] *Ille*] Marcellus.

[o] *Summo consensu senatus*] Senatus universus postulavit a Cæsare, ut ab eo revocaretur Marcellus, et in pristinam suam dignitatem restitueretur.

Digitized by Google

tanta sit gloria. Est vero[10] fortunatus ille, cujus ex salute non minor pæne ad omnes, quam ad ipsum ventura[p] sit, lætitia pervenerit: 4. quod ei quidem merito, atque optimo jure contigit. Quis enim est illo aut nobilitate,[q] aut probitate, aut optimarum artium studio,[r] aut innocentia,[11] aut ullo genere laudis præstantior?

II. Nullius tantum est flumen[d] ingenii, nullius[1] dicendi aut scribendi tanta vis, tanta copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit: tamen affirmo (et hoc pace dicam tua)[e] nullam in his esse laudem ampliorem, quam eam,[2] quam hodierno die consecutus es. 5. Soleo sæpe ante oculos ponere,[a] idque[3] libenter crebris usurpare sermonibus,[a] omnes nostrorum imperatorum,[b] omnes exterarum gentium,[c] potentissimorumque

[d] *Ubertas.* [e] *Dicam cum tua venia.* [a] *Sæpe dicere.*

conj. Weisk. *præterea* omittunt C H T.—10 *Est vere* H S ψ, Junt. Crat. *Est enim* T. *Est ideo* ς. *ille* omittunt codd. aliquot; *is* habet T. Mox, *ad illum ventura sit* codd. Grævii, Junt. Crat. Lamb. Græv. *quod quidem ei* Erf. Junt. probante Faërno; *ei* deest in C. *contingit* C H υ ψ.—11 C H S T *atque innocentia.* Statim, *ullo in genere* C H T.

CAP. II. 1 Ita Junt. Weisk. *nulli* C H S, alii codd. et Græv. *nulla* codd. aliquot, Crat. Lamb. Wolf. Orell. Mox, *tantaque copia* C H S T, Junt. Crat. Lamb. Seebode. Deinde, *tamen hoc affirmo* codd. multi, Junt. Crat. Lamb. *ut in pace dicam tua* Pith.—2 Ernesti conj. *ampliorem ea*, probante Weisk.—3 Codd. ς ψ *id quod;* Patric. conj. *atque;* Weisk. *idemque.* Paulo post, *re-*

NOTÆ

[p] *Ad ipsum ventura*] Indicat, maximam percepturum lætitiam Marcellum, cum audiet in exilio se a Cæsare revocari.

[q] *Nobilitate*] Licet Marcellorum gens plebeia fuerit, tamen honoribus illustrissima et nobilissima extitit, utpote in qua sex fuere consules, quorum unus quinque consulatibus, alter tribus functus est.

[r] *Optimarum artium studio*] Commentationibus quotidianis se exercuisse Marcellum, ait Cicero libro de Claris Oratoribus: unde nulla ei oratoris virtus defuit.

[a] *Soleo sæpe ante oculos ponere*] Illustri distributione comparat res gestas a Cæsare, cum aliorum imperatorum victoriis, quas longe ait superasse.

[b] *Nostrorum imperatorum*] Ante Cæsarem claruerunt armorum gloria, Scævola, Mucius, Cincinnatus, Camillus, Torquatus, Manlius, Curius, Fabius Maximus, Decii, Regulus, Marcellus, Scipiones, Catones, Paulus Æmilius, Pompeius.

[c] *Exterarum gentium*] Præ ceteris istæ gentes fortissimæ omnium habitæ sunt, Persæ, Macedones, The-

Digitized by Google

populorum,[d] omnes clarissimorum regum[e] res gestas, cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum,[b f] nec varietate regionum,[g] nec celeritate conficiendi,[h] nec dissimilitudine bellorum posse conferri; nec vero disjunctissimas terras[i] citius cujusquam passibus potuisse peragrari, quam tuis non dicam cursibus,[k] sed victoriis lustratæ[c] sint.[4] 6. Quæ quidem ego nisi ita magna esse fatear, ut ea vix cujusquam mens aut cogitatio capere possit, amens sim: sed tamen sunt alia majora.[l] Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum multis,[5] ne propriæ sint imperatorum:[m] et certe in armis,[n] militum virtus, [*p.* 132.]

[b] *Expeditionum.* [c] *Nobilitatæ.*

gum clarissimorum Junt. Lamb. *contentione v.*—4 Codd. aliquot, Græv. Wolf. Orell. *lustratæ sunt;* Junt. Crat. Lamb. *illustratæ sunt.*—5 Junt. Lamb. *cum*

NOTÆ

bani, Locrenses, Galli.

[d] *Potentissimorum populorum*] Potentissimi olim fuerunt, ante Romanos, Scythæ, Athenienses, Lacedæmonii.

[e] *Clarissimorum regum*] Hi reges ceteros vicerunt nominis gloria: Pyrrhus rex Epirotarum, Syphax, Jugurtha, Massinissa, Bacchus, Alexander, Mithridates.

[f] *Numero præliorum*] Cæsar quinquagies cum hoste signa contulit. Vide Plin. VII. 25. Et præter civiles victorias, undecies centum et nonaginta duo millia hominum præliis occidit.

[g] *Nec varietate regionum*] Bellum gessit Cæsar in Hispania, Britannia, Gallia, Ægypto, Germania, Asia, Africa, et Græcia. Pompeium in Africa ad Pharsaliam vicit, Ptolemæum in Ægypto, Pharnacem filium Mithridatis in Ponto, Scipionem et Jubam in Africa, Pompeii filios in Hispania.

[h] *Nec celeritate conficiendi*] In Commentariis Cæsaris hoc de se frequenter ait, 'Celerius opinione, hoc aut illud Cæsar fecit.' Et de Pharnace a se superato, 'Veni, vidi, vici.'

[i] *Disjunctissimas terras*] Vicit in Germania et Africa.

[k] *Cursibus*] Hyperbole egregia: vix enim quis has regiones posset cursibus peragrare.

[l] *Sunt alia majora*] Intelligit clementiam, quæ omnibus victoriis et rebus bellicis videtur anteponenda: quia tota est clementia Cæsari; at victoriæ et res bellicæ ipsi sunt cum reliquis belli ducibus et militibus communes; unde sumunt nonnulli occasionem eas extenuandi.

[m] *Imperatorum*] Imperator dictus est, qui suis auspiciis exercitum ducebat, et aliquot hostium millia in acie ceciderat. Suetonius scribit, Julium Cæsarem imperatoris prænomen perpetuum, et cognomen patris

Digitized by Google

locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus,[o] multum juvant: maximam vero partem, quasi suo jure, fortuna[p] sibi vindicat,[6] et, quicquid est prospere gestum, id pæne omne ducit suum. 7. At vero hujus gloriæ,[q] C. Cæsar, quam es paulo ante adeptus, socium habes neminem; totum hoc,[7] quantumcumque est, quod certe maximum est, totum est, inquam, tuum: nihil sibi ex ista laude centurio,[r] nihil præfectus,[s] nihil cohors,[t] nihil turma[u] de-

militibus.—6 C H S T *u ς vendicat.* Mox, *dicit suum ς.*—7 C *totum est.* Mox,

NOTÆ

patriæ a senatu accepisse.

[n] *Et certe in armis*] Causas profert, ex quibus victoria efficitur.

[o] *Commeatus*] Per commeatum intelligit ea omnia quæ exercitui vel instruendo, vel alendo prorsus necessaria sunt.

[p] *Fortuna*] Fortuna maxime in bellis anceps dicitur, quid enim victoria incertius?

[q] *At vero hujus gloriæ*] Apponit dissimilitudinem, qua ostendit laudem clementiæ sibi propriam Cæsarem vindicare, restituendo senatui Marcellum, quia ipsi unica est, nec communis cum aliis.

[r] *Centurio*] Vegetius lib. II. 8. dicit fuisse 'centuriones, qui singulas centurias curabant, qui nunc centenarii nominantur.' Centurio vero equitum est, et præfectus peditum dux.

[s] *Nihil præfectus*] De præfecto dictum est pro Rab. Post. § 13.

[t] *Cohors*] Modestus et Vegetius in una legione cohortes decem fuisse scribunt, quorum prima et numero et dignitate militum ceteris præstabat. Hæc autem suscipiebat aquilam, quæ præcipuum Romanorum vexillum erat. Hæc habebat pedites mille centum et quinque, cum equitibus loricatis centum triginta duobus, et cohors milliaria dicebatur, et princeps totius legionis erat, a qua, cum ad pugnam veniendum erat, prima acies instruebatur. Secunda cohors habebat pedites 555. et equites 66. et quinquagenaria dicebatur. Tertia tot numerabat pedites, et equites; in qua validiores probabantur, quia in media erat acie. Quarta pedites 600. et equites 66. Tot in quinta numerabantur: sed strenuos quosque milites exigebat, quia sicut prima cohors dextrum, sic illa sinistrum cornu tenebat. Quinque porro illæ cohortes in prima acie stabant. Sexta cohors habebat pedites 555. equites 66. illa autem in secunda acie post aquilam ordinabatur. Septima pedites 555. cum equitibus 56. in secunda acie media consistebat. In octava, nona, et decima totidem erant milites. Hæc ultima in secunda acie sinistrum cornu possidebat. Licet illæ majores et præcipuæ legionis partes fuerint, nullæ tamen primis Romanorum temporibus extitere, ut Vegetius ait, cum nulla earum apud Livium mentio fiat: quare vulgo plerique credunt a Mario primum cohortes institutas fuisse.

[u] *Turma*] Turma hinc dicta est, quod terdenis equitibus conflabatur:

Digitized by Google

cerpit:[d] quinetiam illa ipsa rerum humanarum domina, Fortuna, in istius se societatem gloriæ non offert:[8] tibi cedit: tuam esse totam et propriam fatetur: nunquam enim temeritas[x] cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. III. 8. Domuisti[y] gentes immanitate barbaras,[z] multitudine innumerabiles,[a] locis infinitas,[b] omni copiarum genere[c] abundantes: sed tamen ea vicisti, quæ naturam[1] et conditionem, ut vinci vi possent,[d] habebant; nulla est enim tanta vis, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit: animum[2] vincere,[e] iracun-

[d] *Assumit.*

inquam est Junt. Lamb. *nihil enim est sibi u ψ.*—8 Cod. ψ *affert;* Patric. conj. *infert*, probante Weisk. *gloriæ se non offert* Lamb. Actutum, *tibi concedit u s ψ*, Faërn. Orell. *tuam se esse* e codd. Græv. Weisk.

Cap. III. 1 Ita codd. aliquot, Weisk. et Orell. *quæ et naturam* Junt. Crat. Lamb. Græv. Mox, *vi* omittunt Crat. Lamb. Græv. Wolf. Orell. *vinci ut possent* conj. Orell. *habeant* codex unus Oxon. Deinde, *tanta vis tanta copia* codd. aliquot, Junt. Crat. Lamb. *quæ ferro ac v. d. f. non possit* Lamb.—2 Ita Erf. Græv. Wolf. Orell. *verum animum* S, Junt. Crat. Lamb. *sed animum u ψ.*

NOTÆ

dividebatur autem in decurias, quæ nomen hinc traxit, quod decem equites una quæque contineret.

[x] *Temeritas*] Temeritas audacia sine consilio dicitur: in bellis autem sæpe temeritas et fortuna dominantur; at in clementia minime, tota enim ab animi consilio proficiscitur.

[y] *Domuisti*] Redit Cicero ad enumerationem populorum, quos Cæsar superavit; adhibitaque comparatione cum venia quam Marcello dedit, longe hanc omnibus aliis præstantiorem suæ clementiæ victoriam extollit.

[z] *Barbaras*] Tales fuerunt Afri, Ægyptii, Britanni, Galli, Germani, Sarmatæ. Dicuntur autem illi populi immanitate barbari, vel propter morum feritatem, vel corporis magnitudinem.

[a] *Multitudine innumerabiles*] Legitur Cæsarem in sola Gallia vicisse populos quadringentos: sed nota per tot illos populos, eos nominari, qui ab urbe aliqua, vel breviori aliquo regionis tractu denominabantur, quales bene multi erant, in qualibet nunc Galliæ provincia.

[b] *Locis infinitas*] Varias nationes in variis orbis partibus vicit Cæsar, ut dictum est superius not. [z].

[c] *Copiarum genere*] Præ ceteris populis qui victi sunt a Cæsare, ditissimi fuere Galli, Alexandrini, et Hispani.

[d] *Vinci vi possent*] Vicit Cæsar populos, qui vinci quidem, sed non sine maxima difficultate, poterant: Neque enim omnino insuperabiles fuerunt.

[e] *Animum vincere*] Redditio est dissimilitudinis; nam si vincere, quæ non facile vincuntur, gloriosum est,

Digitized by Google

diam cohibere, victoriam temperare, adversarium[f] nobilitate, ingenio, virtute[g] præstantem, non modo extollere[3] jacentem, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem; hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico. 9. Itaque, C. Cæsar, bellicæ tuæ laudes celebrabuntur[4] illæ quidem non solum nostris, sed pæne omnium gentium literis atque linguis, neque ulla unquam ætas[e] de tuis laudibus conticescet: sed tamen ejusmodi res, nescio quomodo, etiam cum leguntur,[5] obstrepi clamore[h] militum videntur, et tubarum sono: at vero cum aliquid clementer, mansuete, juste, moderate, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, et in victoria, quæ natura insolens et superba est, aut audimus, aut legimus; quo[6] studio incendimur, non modo in gestis rebus,[f] sed etiam in fictis, ut eos sæpe, quos nunquam vidimus, diligamus! 10. Te vero, quem præsentem intuemur, cujus mentem sensusque et os[g 7] cernimus, ut, quicquid belli[i] fortuna reliquum reipublicæ fe-

[e] *Ullum tempus.* [f] *Rebus veris.* [g] *Vultum.*

et animum Weisk. et Seebode. Pro *iracundiam* C habet *viam*.—3 Patricius conj. *attollere*. Mox, *hæc qui facit* H ς ψ, Græv. *non modo ego eum* Lactant. *eum* deest in *u*.—4 Cod. ψ *celebrantur*. Statim, *nec solum u* ς ψ. Paulo post, *hujusmodi res* χ.—5 S et Crat. *etiam dum leguntur*; Junt. Lamb. *etiam dum audiuntur aut leguntur*. Actutum, *obstrepere* χ, Junt. *obrui* nescio quis ap. Wolf. *obstrepit clamor et tubarum soni* C. Deinde, *præsertim* omittit H. *natura* omittit ψ. *natura et insolens* habent H T. *aut* ante *audimus* omittunt C H χ, Wolf. Weisk. *audivimus u. et legimus* H χ ψ.—6 Lamb. *eo*. Mox, *non modo in certis* H T. *non modo in veris u* ψ. Paulo post, *quodammodo diligamus* H χ ψ.—7 Weisk. de Faërni conjectura *sensusque eos*. Mox, *qui laudibus e. q. s. perse-*

NOTÆ

longe est gloriosius animum vincere, &c.

[f] *Adversarium*] Marcellum nempe, qui philosophiæ studio vir fuit eximius.

[g] *Virtute*] Vulgo nomine virtutis Romani intelligunt fortitudinem, quæ cum reliquis suum virtutis nomen communicat.

[h] *Obstrepi clamore*] Obstrepi, id est acclamatione probari. Solebant enim illi veteres, sive quæ belli, sive quæ domi res male vel bene gestæ videbantur, acclamatione vel probare, vel improbare. Nota vero quod illa vox *obstrepi* passive sumta insolens ac parum usitata sit.

[i] *Quicquid belli*] Hic locus ab Ennio

cerit, id esse salvum velis, quibus laudibus efferemus? quibus studiis prosequemur? qua benevolentia complectemur? Parietes,[k] medius fidius,[8] [l] ut mihi videntur, hujus curiæ, tibi gratias agere gestiunt, quod brevi tempore futura sit illa auctoritas[m] in his majorum suorum et suis sedibus. IV. Equidem cum C. Marcelli,[n] viri optimi, et commemorabili[h] pietate[1] præditi lacrymas modo vobiscum viderem, omnium Marcellorum meum pectus memoria obfudit:[i] quibus tu etiam mortuis, M. Marcello conservato, dignitatem suam reddidisti, nobilissimamque familiam, jam ad paucos redactam, pæne ab interitu vindicasti.[k] 11. Hunc tu igitur diem[o] tuis maximis et innumerabilibus gratulationibus[p] jure antepones:[2] hæc enim res unius est propria Cæsaris: ceteræ, duce te

[h] *Commemoranda.* [i] *Vulneravit.* [k] *Liberasti.*

quemur C. *prosequemur* deest in H.—8 C. *Cæsar, medius fidius* Junt. *medius fidius, C. Cæsar* Crat. Lamb. Mœb. *ut mihi videtur* plurimi codd. et edd. ante Ernesti.

CAP. IV. 1 S, Junt. Crat. Lamb. *pietate ac virtute.* H omittit *pietate.* Mox, *modo viderem* ψ. Ernesti conj. *videbam.* Pro *obfudit*, quod servant codd. Gruteri, Græv. Wolf. Orell. *effudit* S. *effodit* C H T ϰ ς χ ψ, Junt. Crat. *perfodit* Lamb. *obtudit* conj. Seebode. Deinde, *quibus etiam tu* ψ.—2 C H χ *anteponis;* ψ *anteponas.* Mox, *proprie C. Cæsaris* C. *propria G. Cæsaris* S. *propria C. Cæsaris* T, alii codd. edd. ante Grut. etiam Orell. *magnæ ille*

NOTÆ

desumtus est, qui sic cecinit; 'Quorum virtuti belli fortuna pepercit;' id est, qui in bello non interierunt.

[k] *Parietes*] Translatio a rebus animatis ad res inanimatas, quibus sensus ad lætitiam significandam conceditur.

[l] *Medius fidius*] De hoc dictum est pro Milone, § 77.

[m] *Illa auctoritas*] Restituto Marcello a Cæsare restituitur pristina senatus auctoritas, quæ tempore bellorum civilium plane jacuerat.

[n] *C. Marcelli*] Loquitur de Marcelli fratre, qui supplex ad Cæsarem venit, ut pro hoc Marcello deprecaretur.

[o] *Hunc tu igitur diem*] Laudat Cæsarem a proprio clementiæ suæ facto, quod victoriis anteponendum est, quia multos comites victoriarum habet, nullos vero clementiæ, quæ ipsi tota est.

[p] *Tuis . . . gratulationibus*] Ante bella civilia pro rebus feliciter gestis in Gallia dierum quinque et viginti gratulationes, seu supplicationes, Cæsari decretæ sunt, quod nulli ante contigerat, ut ipse ait Bell. Civil. lib. II. et confectis bellis civilibus, dierum quadragiata, ut Dio refert lib. II.

Digitized by Google

gestæ, magnæ illæ quidem, sed tamen multo magnoque[3] comitatu: hujus autem rei tu idem et dux es, et comes: quæ quidem tanta est, ut tropæis[q] monumentisque[r] tuis allatura finem sit ætas; nihil enim est opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat et consumat vetustas: 12. at vero hæc[4] tua justitia et lenitas[s] animi florescet quotidie magis, ita ut, quantum operibus tuis[t] diuturnitas detrahet, tantum afferat laudibus. Et ceteros quidem omnes victores bellorum civilium,[u] jam ante æquitate et misericordia viceras: hodierno vero die te ipsum vicisti.[x] [*p.* 133.] Vereor, ne hoc, quod dicam, non perinde[5] intelligi auditu possit, atque ipse cogitans sentio:

suspecta erant Ernestio.—3 Dresd. Franc. 1. C H S, Wolf. Mœb. *maximoque.* Statim, *idem dux es ut comes* C H S T ψ. *idem es et dux et comes* Crat. Grut. *ut nulla tropæis* C H S T υ ς χ. *ut nulla sicut tropæis m. t. finem a. sit ætas* Junt. *ut nulla sicut tr. m. t. allatura sit finem ætas* Crat. *ut tropæis m. t. non nulla unquam allatura sit finem ætas* Lamb. Pro *opere* Lamb. habet *opera.* Deinde, *et manu* C H T υ ς χ ψ. *et consumet* C. *et non consumat* T.—4 Codd. boni, item T χ, Lamb. Græv. Wolf. Orell. *at hæc.* Mox, *animi* omittunt C T. *florescit* H ψ. *ita quantum* C H T. *opibus tuis* S. 'Vitiosa hæc omnia esse fatetur Weisk. Hugins quidem, illustris hujus declamatiunculæ defensor, stribliginem istam sic extricare tentabat, non tamen emendavit, *quæ quidem tanta est, cum tropæis monumentisque tuis allatura finem sit ætas . . . at hæc tua justitia et lenitas animi florescat quotidie* (*indies* Junt.) *magis, atque ut . . . tantum afferat laudibus.*' Orell.—5 Ita codd. pauci, edd. vett. Schutz. *Vereor, ut q. d. non perinde* Junt. Crat. ex ignoratione veræ constr. v. *vereor ut.* Codd. aliquot, Ascon. in Divin. Cæcil. c. 6. Lamb. Græv. Wolf. Orell. *Vereor, ut hoc, quod dicam, perinde.* Statim, *auditum* conj. Patric. probantibus Weisk. et Spalding. Tum, *atque ego ipse* codd. plerique, Ascon. Crat. Lamb. Wolf. Orell. *atque ego ipsa* Junt. Deinde, *cum ea ipsa* C H T υ ς ψ, Lamb. Grut. *cum ea*

NOTÆ

[q] *Tropæis*] De his dictum Orat. pro Sext. § 92.

[r] *Monumentisque*] Monumentum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita, in quo si corpus inferatur, fiet sepulcrum; si nihil erit, monumentum memoriæ causa factum est.

[s] *Hæc tua justitia, et lenitas*] Utraque hæc virtus Cæsaris elucet in moderatione animadvertendi.

[t] *Operibus tuis*] Intelligit illa monumenta et tropæa, quæ opere et manu Cæsari erecta sunt.

[u] *Omnes victores bellorum civilium*] Victores illi bellorum civilium fuere Sulla, Marius, Octavius, Cinna, qui non contenti effuso civium sanguine in bellis, post victoriam multum iterum effuderunt.

[x] *Te ipsum vicisti*] Vicit semetipsum Cæsar, cum odio deposito, quo in Marcellum exarserat, ei pepercit.

Digitized by Google

ipsam victoriam vicisse videris,[y] cum ea, quæ illa erat adepta, victis remisisti: nam cum ipsius victoriæ conditione jure[6] omnes victi occidissemus, clementiæ tuæ judicio conservati sumus: recte igitur unus invictus es, a quo etiam ipsius victoriæ conditio visque devicta est.

V. 13. Atque hoc C. Cæsaris judicium,[z] patres conscripti, quam late pateat, attendite: omnes enim,[1] qui ad illa arma fato[a] sumus nescio quo reipublicæ misero funestoque compulsi, etsi aliqua culpa tenemur erroris humani,[b] a scelere certe liberati sumus. Nam cum M. Marcellum, deprecantibus vobis,[2] reipublicæ conservavit; memet mihi,[c] et iterum reipublicæ, nullo deprecante, reliquos amplissimos viros et sibi ipsis et patriæ reddidit: quorum et frequentiam et dignitatem hoc ipso in consessu[e] videtis. Non ille[d] hostes induxit[3] in curiam; sed judicavit, a ple-

[e] *Senatu.*

illa quæ ipsa adepta Junt.—6 Patric. conj. *conditione et jure*, probante Weisk. recepit Mœb. *jure* omittunt codd. aliquot.

Cap. v. 1 H ψ *omnes enim ille.*—2 Cod. χ et Lamb. *nobis.* Mox, *et mihi* C H χ. *et item* codd. plerique et edd. ante Ernesti; *et iterum* Erf. Græv. *et reliquos* C H T ψ. *sibi ipsos* C H. *sibi ipsis* desunt in χ.—3 Lamb. *induxit hostes.* Mox, *ignorantiæ* C T ψ. *potius falso* C T. Deinde, *crudelitate atque cupiditate* ψ. *aut* deest in C. *civile bellum* C H T *s* ϛ ψ, Junt. Crat. Lamb.

NOTÆ

[y] *Ipsam victoriam vicisse videris*] Ait Cicero Cæsarem vicisse victoriam, vel quia veniam eis concessit, in quos victoriæ jure animadvertere poterat, vel quia se victorem clementia et lenitate animi vicit.

[z] *Atque hoc Cæsaris judicium*] Judicium exprimit, quo Marcellus a Cæsare restitutus est.

[a] *Ad illa arma fato*] Ut illos excuset, qui arma Pompeii secuti sunt, fato causam ascribit, cui parere necessario oportuit, juxta mentem illius temporis philosophorum, qui bellorum civilium discordias plerumque fato tribuebant, ut videre est apud Horat. Epod. VII. 'Sic est, acerba fata Romanos agunt.'

[b] *Erroris humani*] Excusat eos, qui contra Cæsarem a Pompeio steterunt, quod arbitrarentur, in fraudem inducti, eum aliquid contra rempub. moliri, cum unice rempub. et suam dignitatem conservare, ac tueri conaretur.

[c] *Memet mihi*] Cicero primum secutus fuerat Pompeium contra Cæsarem, sed se restitutum putavit, cum Marcellum vidit reipub. redditum; quia et omnes alii sese restitutos quoque putaverunt: quare omnes animum resumserunt, atque iterum reipub. consulere cœperunt.

[d] *Non ille*] Ostendit judicium Cæ-

Digitized by Google

risque ignoratione potius, et falso atque inani metu, quam cupiditate aut crudelitate bellum esse susceptum. 14. Quo quidem in bello semper de pace audiendum[e] putavi,[4] semperque dolui, non modo pacem, sed orationem etiam civium, pacem flagitantium, repudiari.[f] Neque enim ego illa, nec ulla unquam secutus sum[5] arma civilia; semperque mea consilia, pacis et togæ socia, non belli atque armorum fuerunt. Hominem sum secutus privato officio, non publico: tantumque apud me grati animi fidelis memoria[g] valuit, ut nulla,[6] non modo cupiditate,[b] sed ne spe quidem, prudens et sciens, tanquam ad interitum ruerem voluntarium.[h] 15. Quod quidem meum consilium minime obscurum fuit; nam et in hoc[7] ordine,[c] integra re,[i] multa

[b] *Ambitione.* [c] *Senatu.*

Grut.—4 Ita codd. aliquot, Græv. Wolf. Orell. *agendum esse putavi u ψ*, probante Weisk. *agendum audiendumque putavi* Junt. Crat. Lamb. Grut. Mœb. *audiendumque esse putavi* H χ ψ. Mox, *sed etiam orationem* Erf. Lamb. Deinde, *pacem efflagitantium* C H T ϛ χ ψ, Junt. Crat. Lamb.—5 Erf. et Lamb. *sum secutus;* C omittit *sum.* Statim, *pacis sunt* C ψ. *socia* delendum censebant Faërn. et Patric.—6 Ernesti conj. *ulla.* Paulo post, *etiam sciens* C.—7 T *nam*

NOTÆ

saris ex effectis et signis. Fuit autem judicium; quod putabat Cæsar eos non ex malitia, sed ex ignorantia peccasse, quia eos restituit in senatum; quos nunquam restituisset, si eos hostes judicasset.

[e] *Semper de pace audiendum* [*agendum*] Semper pacis auctor fuit Cicero. Unde Epist. ad Att. lib. I. 'Pacem hortari non desisto, quæ vel injusta utilior est quam justissimum bellum in civibus.'

[f] *Repudiari*] Cæsar pacis cupidus fuit, Cicero suasor; hanc Pompeius semper repudiavit.

[g] *Grati animi fidelis memoria*] Beneficio Pompeii revocatus fuerat ab exilio Cicero, unde eum Cicero secutus est non odio Cæsaris, sed, ut ait Epist. Fam. VII. 3. 'quia veritus sum deesse Pompeii saluti, cum ille aliquando non defuisset meæ.'

[h] *Ad interitum ruerem voluntarium*] De Pompeii victoria nunquam bene Cicero ominatus est: primum quia neque magnas copias, neque bellicosas; tum excepto duce, paucisque principibus, reliquos in bello rapaces, et in oratione crudeles; deinde amplissimorum virorum æs alienum; nihil denique boni præter ipsam causam Pompeii invenit. Pompeius signa, tirone et collectitio exercitu, cum Cæsaris legionibus robustissimis contulit: victus turpissime, amissis etiam castris, solus fugit. Hæc Cicero scribit Mario Epist. Fam. lib. VII.

[i] *Integra re*] Id est, nondum divisa repub. bellis illis civilibus.

Digitized by Google

de pace dixi, et in ipso bello eadem etiam cum capitis mei[d] periculo sensi. Ex quo[k] jam[8] nemo erit tam injustus rerum existimator,[e] qui dubitet, quæ Cæsaris voluntas de bello fuerit, cum pacis auctores conservandos statim censuerit, ceteris fuerit iratior. Atque id minus mirum[9] fortasse tum, cum esset incertus exitus, et anceps fortuna belli:[f] qui vero victor pacis auctores diligit, is profecto declarat, se maluisse non dimicare, quam vincere. VI. 16. Atque hujus quidem rei M. Marcello sum testis. Nostri enim sensus, ut in pace semper,[1] sic tum etiam in bello congruebant. Quoties ego[2] eum, et quanto cum dolore vidi, cum insolentiam certorum hominum,[l] tum etiam ipsius victoriæ ferocitatem extimescentem![m] Quo gratior tua liberalitas,[3] C. Cæsar, nobis, qui illa vidimus, debet esse: non enim jam causæ[n] sunt inter se, sed victoriæ

[d] *Vita mea.* [e] *Judex.* [f] *Victoria dubia.*

in *hoc.* Statim, *integra republica* ψ.—8 Junt. Crat. Lamb. omittunt *jam.* T *nemo erat.* ς *tam justus.* Pro *existimator*, quod exhibent codd. aliquot, Lamb. Wolf. Orell. *æstimator* C H, Junt. Crat. Grut. *extimator* S T *u* ς ψ. *Cæsari* C, Junt. *de bello voluntas* Junt. Lamb. Deinde, *fuit iratior* ς.—9 Ita e codd. Grut. Græv. Wolf. Orell. *mirum videretur* C S *u* ψ, Junt. Crat. Lamb. *mirum videtur* H *s*. *videtur*, omisso *mirum*, T.

CAP. VI. 1 Lamb. *semper ut in pace.*—2 *Quotiens ego enim* cod. unus Oxon. Mox, *tum insolentiam ceterorum* C. *ceterorum* etiam H S T χ. Paulo post, *pertimescentem* H. *pertimescere* χ.—3 Idem cod. *tua libertas.* Actutum, *C.*

NOTÆ

[k] *Ex quo*] Conclusio totius argumenti superioris, quam sic informat: Is pacem amavit, qui præcipue pacis auctores conservavit; sed me pacis auctorem Cæsar conservavit; igitur pacem amavit.

[l] *Insolentiam certorum hominum*] Certos dicit, quasi odiosum esset eos appellare; sed inter eos potissimum fuere L. Lentulus, L. Domitius Ænobarbus, Curius, Antonius, qui bellum suadebant, pacis conditionibus repudiatis.

[m] *Ferocitatem extimescentem*] Hic videtur indicare fuisse utilius Cæsarem, quam Pompeium, vicisse, propter eorum crudelitatem et cupiditatem, qui cum Pompeio erant.

[n] *Non enim causæ*] Sæpe Cicero, cum multis historicis, ac præcipue Velleio Paterculo l. II. Pompeii causam multo meliorem fuisse asseverat. Verum hic non agitur de causa, sed de victoria; nam victoria Cæsaris longe moderatior extitit, quam quæ a Pompeio fuisset relata, propter eorum superbiam et ferocitatem, quos secum habebat.

Digitized by Google

comparandæ. 17. Vidimus[o] tuam victoriam præliorum exitu terminatam: gladium vagina vacuum[g] in urbe non vidimus: quos amisimus cives, eos Martis vis perculit,[4][p] non ira victoriæ; ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret; quoniam ex eadem acie conservat, quos potest. Alterius vero partis,[q] nihil amplius dicam,[5] quam, id quod omnes verebamur, nimis iracundam[h] futuram fuisse victoriam. 18. Quidam enim non modo armatis, sed interdum etiam otiosis[6][r] minabantur: nec, quid quisque sensisset, sed ubi fuisset, cogitandum esse dicebant; ut[i] mihi quidem videantur Dii immortales, etiamsi pœnas a populo Romano ob aliquod delictum expetiverint,[7] qui civile bellum tantum et tam luctuosum excitaverint, vel placati jam, vel satiati aliquando, omnem spem salutis ad clementiam victoris[s] et sapientiam contulisse.

[g] *Vaginam vacuam gladio.* [h] *Ferociorem.* [i] *Ita ut.*

Cæsar omittunt ς χ. Tunc, *jam* omittunt H T υ χ ψ.—4 Dresd. Lamb. *vis Martis perculit;* υ ς *Martis vis pertulit.* Paulo post, *quando ex eadem acie* Lamb.—5 C T υ ς χ ψ *dico.* Statim, *nimis iracundam* υ. *futuram esse* C H S T υ ς ψ.—6 Cod. unus Oxon. *armati, s. i. e. otiosi.* Mox, *quid* omittunt C H.—7 Ita Junt. *expetiverunt* ceteri ante Ernesti, item Orell. Statim, *incitaverunt* C T. *excitaverunt* edd. ante Ernesti; *excitaverint* cod. Faërni; *expetiverunt .... excitaverint* præferebat Weisk. Tum, *vel etiam satiati* C H T υ ς ψ,

NOTÆ

[o] *Vidimus*] Probat ab effectu moderationem Cæsarianæ victoriæ, quia post eam nemo occisus est, sed suis hostibus pepercit Cæsar.

[p] *Eos Martis vis perculit*] Si qui ceciderunt in victoria Cæsaris, ceciderunt illi armati. Non vero post prælium et victoriam interfecti sunt, ulciscente se victore.

[q] *Alterius vero partis*] A parte Pompeii si stetisset victoria, plena illa fuisset crudelitatis; Pompeiani enim eos pro hostibus habebant, qui secum una non essent, etiam si secuti Cæsarem non essent: at Cæsar eos tantum oppugnabat, qui contra essent armati, ut dicetur in Ligariana, et patet ex Epist. Fam. IV. 9. ad hunc Marcellum.

[r] *Otiosis*] Otiosos hic dicit, qui neutrius partis fuerunt.

[s] *Ad clementiam victoris*] Mirifice hic adulatur Cæsari. Ait enim divina providentia factum esse, ut clementi victori victoria concederetur, tum ut populum Rom. ulciscerentur, tum ut Cæsaris clementiam Dii nobilitarent.

19. Quare gaude tuo isto[s] tam excellenti bono;[t] et fruere, cum fortuna et gloria, tum etiam natura et moribus tuis; [p. 134.] ex quo quidem maximus est fructus jucunditasque sapienti. Cetera cum tua recordabere,[u] etsi persæpe virtuti, tamen plerumque felicitati tuæ congratulabere:[9] de nobis, quos in republica tecum simul salvos esse voluisti,[10] quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate, toties de singulari sapientia tua[11] cogitabis; quæ non modo summa bona,[x] sed nimirum audebo vel sola dicere. Tantus est enim splendor in laude vera,[k] [12] tanta in magnitudine animi et consilii dignitas, ut hæc a virtute donata,[y] cetera a fortuna commodata[z] esse videantur. 20. Noli igitur in conservandis bonis viris defatigari, non cupiditate præsertim aut pravitate aliqua[13] lapsis, sed opinione[l] officii, stulta fortasse, certe non improba, et specie quadam reipublicæ.[a]

[k] *Virtute.* [l] *Errore.*

Junt. Crat. Lamb. Grut. Mœb. *etiam* omittunt codd. Græv. Wolf.—8 Lamb. *isto tuo*; χ *tuo illo*; H T omittunt *isto*. Actutum, *jam excellenti* C H. *cum etiam natura* v ς ψ. *ex quo q. maximus fructus* C.—9 Ita Grut. *gratulabere* multi codd. etiam C H S T v χ ψ, Junt. Crat. Lamb. Græv. Wolf. Orell.—10 'Hæc fortasse aliquid vitii contraxerunt.' *Weisk.* *tecum simul* omittunt codd. aliquot Oxon. *salvos* deest in χ.—11 C H χ omittunt *tua*. Statim, *audeo v. s. dicere* H χ.—12 *Tantus enim est in laude vera splendor* Lamb. *est* omittunt codd. aliquot Oxon. Mox, *accommodata* v ς ψ.—13 Erf. et Dresd. *cupiditate præsertim aliqua aut pravitate*; Lamb. *cupiditate aliqua præsertim aut pravitate.*

NOTÆ

[s] *Excellenti bono*] Vocat Cæsaris clementiam bonum excellens.

[u] *Cetera cum tua recordabere*] Id est, omnes victorias a te relatas, et populos subactos.

[x] *Summa bona*] Summum et solum differunt; summum enim bonum in comparatione eorum dicitur, quæ minora sunt; solum bonum sine comparatione dicitur. Alludit autem ad Peripateticorum et Stoicorum dogmata. Peripatetici summum bonum in animi, corporis, et fortunæ bonis, Stoici vero in una virtute collocabant.

[y] *Donata*] Quæ donantur a virtute, non possunt eripi, quia virtus æterna est.

[z] *Commodata*] Quæ commodantur, dantur tantum ad tempus, quia fluxa est fortuna, et caduca.

[a] *Specie quadam reipub.*] Credebant videlicet, qui Pompeium secuti sunt, id ab eis exigere reipub. conservandæ dignitatem; quia eam a Cæsare censebant oppugnari.

Digitized by Google

Non enim [14] tua ulla culpa est, si te aliqui timuerunt: [b] contraque summa laus, quod plerique [c] minime timendum fuisse senserunt.

VII. 21. Nunc vero venio [1] ad gravissimam querelam [d] et atrocissimam suspicionem tuam; quæ non tibi ipsi magis, quam cum omnibus civibus, tum maxime nobis, qui a te conservati sumus, providenda [a] est: quam etsi spero esse falsam, nunquam tamen verbis extenuabo: tua enim cautio,[e] nostra cautio est; ut, si in alterutro [f] peccandum sit, malim videri nimis timidus,[2] quam parum prudens. Sed quisnam est iste tam demens? de tuisne? tametsi [3] qui magis sunt tui, quam quibus tu salutem insperantibus reddidisti? an ex eo numero, qui una tecum fuerunt? Non est credibilis tantus in ullo furor, ut, quo duce omnia summa [4] sit adeptus, hujus vitam non anteponat suæ. An si [5] tui nihil cogitant sceleris, cavendum est, ne quid inimici? Qui? [6] omnes enim qui fuerunt, aut sua pertinacia

[a] *Cavenda.*

Mox, *certe non improbata* H ψ. *et facie quadam* C H.—14 'Ego ante hæc opinor quædam excidisse; non enim cum antecedd. cohærent.' *Weisk.* Paulo post, *summa tibi laus est* duo codd. Oxon. *plerique* omittunt C H T ς ψ. *esse senserunt* χ. *fuisse senserint* C H T. *fuisse censuerunt* υ ψ.

CAP. VII. 1 *Nunc venio* C H S T χ ψ, Junt. Crat. *Nunc jam venio* Lamb. Mox, *cum maxime* χ. Paulo post, *quam in verbis* in eodem cod. *extenuabo verbis* Lmab.—2 C H υ ς ψ *magis timidus.*—3 C *temet si*; ς *et tamen si*; S ψ *sed.* Mox, *ex eone* C H, uti conj. Weisk. *tecum fuerint* C H T.—4 C H T omittunt *summa*; ς habet *misericordiam summam.*—5 *At si* Junt. Crat. Lamb.—6 *Quis* T ς ψ. Mox, *tua m. tenuerunt* ς. Tum, *aut qui fuerunt* C H ψ. *aut qui supersunt* Schutz. de conj. Lambini et Ernesti. *sunt amicissimi* ς. *amicissimi sint*

NOTÆ

[b] *Si te aliqui timuerunt*] Qui cum Pompeio fuerunt, timuerunt Cæsarem.

[c] *Plerique*] Judicarunt fere omnes, nihil post victoriam pertimescendum esse a Cæsare, cognita tanta illa clementia sua, et mansuetudine in condonandis injuriis.

[d] *Ad gravissimam querelam*] Cum se abjecit Marcelli frater, Marcellus, ad pedes Cæsaris, de ejusdem Marcelli acerbitate graviter conquestus est Cæsar, dixitque se aliquid ab eo insidiarum metuere.

[e] *Tua enim cautio*] Dicit Cicero quod si diligenter sibi caverit Cæsar, omnibus quoque eadem opera cavebit; et si illi aliquid mali acciderit, omnibus id quoque accidet.

[f] *In alterutro*] In timore nempe, vel securitate.

Digitized by Google

vitam amiserunt, aut tua misericordia retinuerunt; ut aut nulli supersint de inimicis, aut, qui superfuerunt, sint amicissimi. 22. Sed tamen, cum in animis hominum tantæ latebræ sint et tanti recessus, augeamus sane suspicionem tuam: simul enim augebimus diligentiam.[7] Nam quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republica, tam nihil unquam nec de sua, nec de communi salute cogitans, qui non intelligat, tua salute contineri suam? et ex unius tua vita[8] pendere omnium? Equidem de te dies noctesque, ut debeo, cogitans, casus duntaxat humanos, et incertos eventus valetudinis, et naturæ communis fragilitatem extimesco: doleoque, cum respublica immortalis esse debeat, eam in unius mortalis[9] anima consistere. 23. Si vero ad humanos casus, incertosque eventus[10] valetudinis, sceleris etiam accedat insidiarumque consensio; quem Deum, si cupiat, opitulari posse reipublicæ credamus? VIII. Omnia sunt excitanda tibi,[g] C. Cæsar, uni, quæ jacere sentis, belli ipsius impetu (quod necesse fuit[1]) perculsa atque prostrata: constituenda judicia, revocanda fides,[h] comprimendæ libidines,[b] propaganda soboles:[i] omnia, quæ dilapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda[c] sunt. 24.

[b] *Improbitates.* [c] *Firmanda.*

Junt. Crat. Lamb.—7 C H S T υ ς χ ψ, Junt. Crat. Grut. *et diligentiam.*—8 Unus cod. Oxon. et Junt. *ex unius tui vita vitam;* Crat. Lamb. 1566. *ex unius tui vitam;* Lamb. in ed. 1584. Wolf. Orell. *ex unius tua, vitam.* H *pendere omnia.* Statim, *de te* omittunt C H S. Verba, *et incertos e. valetudinis*, omittunt Heum. et Weisk.—9 C H omittunt *mortalis;* ψ habet *mortali.*—10 C H T *incertosque motum;* ς χ ψ *incertosque motus.* Mox, *etiam accedit* C H χ. *etiam attendat* T. Tum, pro *si cupiat*, quod servant Erf. et Orell. *etiam si cupiat* habent S υ ς χ ψ, Junt. Crat. Lamb. Deinde, *reip. credimus* C H T. *reip. concedamus* ς.

CAP. VIII. 1 Hæc *quod necesse fuit* suspecta Weiskio. *quo* habent C H T.

NOTÆ

[g] *Omnia sunt excitanda tibi*] Hic Cicero hortatur Cæsarem, ut reipublicæ formam et dignitatem restituat, quæ bellis civilibus tota jacuerat.

[h] *Fides*] Id est, creditæ pecuniæ solutio.

[i] *Propaganda soboles*] Translatio sumta a plantis. Curabant diligentissime Romani, ut soboles augeretur, ut civium multitudinem haberent.

Digitized by Google

Non fuit recusandum in tanto civili[2] bello, tantoque animorum ardore et armorum, quin quassata respublica, quicumque belli eventus fuisset,[k] multa perderet et ornamenta dignitatis, et præsidia stabilitatis suæ: multaque uterque dux faceret armatus, quæ idem togatus[l] fieri prohibuisset: quæ quidem tibi[3] omnia belli vulnera[m] curanda sunt; quibus, præter te, mederi nemo potest. 25. Itaque illam tuam[n] præclarissimam et sapientissimam vocem invitus audivi; 'Satis diu vel naturæ vixi,[4][o] vel gloriæ.' Satis, si ita vis, naturæ fortasse;[5] addo etiam, si placet, gloriæ: [*p.* 135.] at, quod maximum est, patriæ certe parum. Quare omitte, quæso, istam doctorum hominum[p] in contemnenda morte prudentiam: noli nostro periculo sapiens esse. Sæpe enim venit ad aures meas, te idem[6] istud nimis crebro dicere, satis te tibi vixisse.[q] Credo: sed tum id audirem,[d] si

[d] *Crederem.*

necessarie ψ. Actutum, *percussa* T. *belli perculsa* χ. Tum, *prostrata atque plura videre* ϰ ψ. *prostrata plura videre* C H S T. Deinde, *reprimendæ libidines* ϰ ψ. Pro *fluxerunt* ϰ ς ψ, aliique codd. ap. Græv. *defluxerunt*; χ, Lamb. *difluxerunt.* Idem cod. omittit *severis legibus.*—2 Voc. *civili* uncis inclusit Mœb. *tanto animorum* C H T χ. *et amorum* ψ. *conquassata republica* ς. Statim, *eventus belli* Lamb.—3 Ita Ernesti de Lambini conj. *quæ quidem nunc tibi* plerique codd. cum edd. Junt. Crat. Lamb. Orell. *quæ quidem tibi nunc* Erf. Græv. Wolf. Schutz. Pro *curanda sunt*, quod servant nonnulli codd. Manut. Lamb. 1566. Grut. *sananda sunt* præbent C H S T χ, alii codd. Junt. Crat. Græv. Wolf. Mox, *nemo mederi* Lamb.—4 Ita Erf. Græv. Schutz. qui tamen delevit *diu* de Ernesti conj. *satis te diu vel naturæ vixisse* plerique codd. Junt. Crat. Lamb. Grut. Wolf. Orell.—5 Junt. Lamb. *fortasse naturæ.* Actutum,

NOTÆ

[k] *Quicumque belli eventus fuisset*] Sive Pompeius vicisset, sive Cæsar.

[l] *Togatus*] Toga insigne fuit pacis.

[m] *Belli vulnera*] Intelligit incommoda, quæ bellorum civilium tempore passa fuit respub.

[n] *Itaque illam tuam*] Venit ad secundam illam partem orationis, quam habuit Cæsar in senatu, ubi postquam conquestus est de Marcelli acerbitate, et de suspicione insidiarum, dixit demum vixisse se satis. Hanc vero propositionem Cicero refellendam suscipit.

[o] *Vel naturæ vixi*] Jam quinquagesimum quartum ætatis annum agebat Cæsar.

[p] *Istam doctorum hominum*] Non est dubium quin hic de Stoicis philosophis loquatur, qui de contemnenda morte acriter disputant.

[q] *Te tibi vixisse*] Suetonius cap. 86. in Julio refert, Cæsarem suspicionem quibusdam suorum reliquisse, neque voluisse se diutius vivere, neque curasse, quod valetudine minus pros-

Digitized by Google

tibi soli viveres, aut si tibi etiam soli[7] natus esses: nunc, cum omnium salutem civium cunctamque rempublicam res tuæ gestæ complexæ sint; tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris. Hic tu modum[e] tuæ vitæ[8] non salute reipublicæ, sed æquitate animi definies? Quid, si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? cujus te esse avidissimum, quamvis sis sapiens, non negabis. 26. Parumne igitur, inquies, gloriam magnam[9] relinquemus? immo vero aliis, quamvis multis, satis; tibi uni parum: quicquid enim est, quamvis amplum sit, id certe parum est tum, cum est aliquid amplius. Quodsi rerum tuarum immortalium, C. Cæsar, hic exitus futurus fuit, ut, devictis adversariis, rempublicam in eo statu relinqueres, in quo nunc est; vide, quæso, ne tua divina virtus admirationis plus sit habitura, quam gloriæ:[r] siquidem gloria est illustris[10] ac pervagata multorum et magnorum, vel in suos, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum.[f] IX. 27. Hæc igitur tibi reliqua[g] pars est: hic restat actus,[s] in hoc elaborandum est, ut

[e] *Finem.* [f] *Beneficiorum.* [g] *Restat.*

addam C H T.—6 C H S *et te idem;* Weisk. conj. *te item.*—7 Lamb. *etiam tibi soli;* Junt. *tibi soli etiam;* nonnulli codd. Oxon. *si tibi etiam soli viveres, aut si tibi soli.* Paulo post, pro *maximorum* margo Crat. *tuorum,* ut volebat Ernesti; *maximorum op. quæ cogitas, fund.* suspic. Patric. *maximorum, quæ cogitas, op. &c.* conj. Weisk.—8 Junt. Crat. Lamb. *vitæ tuæ.*—9 Weisk. *magnam gloriam.* Actutum, *relinquimus* ψ, Junt. Tum, *quicquid est enim* Erf. *est parum* Lamb. *id est tamen tum* C H. *certe* deest in T.—10 C H T *u* χ *gloria illustris.* Mox, *multorum et* omittunt C T. Tum, *vel in suos cives* H S T χ, alii codd. Junt. Crat. Lamb. Wolf. Weisk. Orell. *cives* omittunt pauci codd. Grut. Græv. *vel in suos cives* e gloss. videbatur Weiskio.

NOTÆ

pera uteretur.

[r] *Admirationis plus, quam gloriæ*] Plus admirationis habebit Cæsar, propter res feliciter ubique gestas, et triumphos ubique reportatos; minus vero gloriæ, quia rempub. bellis civilibus labefactatam, omnino pristinæ dignitati non restituit.

[s] *Hic restat actus*] Verbum istud, *actus*, translatum est a comœdia. Itaque hic restat actus, tanquam catastrophe in comœdia, ut omnia restituas, et habeant lætum exitum.

Digitized by Google

rempublicam constituas, eaque tu [1] inprimis composita cum summa tranquillitate et otio perfruare: tum te, si voles, cum et patriæ, quod debes, solveris, et naturam ipsam expleveris satietate vivendi, satis diu [t] vixisse dicito. Quid est enim [2] omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum;[h] quod cum venit, omnis voluptas præterita pro nihilo est,[u] quia postea nulla futura est? quanquam iste tuus animus nunquam his angustiis,[i] quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, semperque immortalitatis amore flagravit. 28. Nec vero hæc tua vita ducenda est,[3] quæ corpore et spiritu [k] continetur: illa, illa, inquam, vita est tua, quæ vigebit memoria sæculorum omnium; quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper tuebitur. Huic tu inservias,[x] huic te ostentes,[y] oportet: quæ quidem, quæ miretur, jam pridem multa habet; nunc etiam, quæ laudet,[4]

[h] *Quod habet aliquem finem.* [i] *Hac brevitate.* [k] *Respiratione.*

CAP. IX. 1 C H S T *eaque tum*. Mox, *composita* omittunt multi codd. Lamb. Græv. *cum* omittunt χ, Crat. Grut. *composita cum* desunt in Erf. Deinde, *quod debes exsolveris* ψ.—2 *Quid enim* S. *Nec enim* C H T. *est omnino hoc* T. *est oratio hoc* C H. Pro *venit*, quod habent Erf. Græv. Wolf. Orell. *venerit* plerique codd. Junt. Crat. Lamb. Grut. Mox, *futura sit* Ald. Crat. Lamb. Grut. *est* omittunt C H S T. *iste* omittunt C H T. Deinde, *semper immort.* C H S T.—3 C H S T κ ς χ ψ, alii codd. Junt. Crat. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *dicenda est*. Statim, *illa, illa, inquam* est de conjectura Patric. *illa, inquam, illa* codd. et edd. ante Ernesti. *vita est tua, Cæsar,* Junt. Crat. Lamb. Tum, *omnium sæculorum* Lamb. Pro *tuebitur*, quod servant Erf. aliique boni codd. Grut. Græv. Wolf. Orell. *intuebitur* exhibent plerique codd. etiam C H S T, Junt. Crat. Lamb. probante Spalding.—4 C H *laudem*.

NOTÆ

[t] *Satis diu*] Dixerat Cæsar in sua oratione satis se diu vixisse. Jam hanc vocem refutat Cicero, et explicat ostendendo in hac voce *diu* errasse: quod enim habet finem non est *diu;* nihil autem est in rebus humanis, quod non habeat finem; ergo nihil est quod sit *diu*. Quare Cæsar dicere non potest *satis diu vixisse*.

[u] *Pro nihilo est*] Voluptas præterita nullo loco habenda est, quia non sentitur.

[x] *Huic tu inservias*] Significat Cæsari huic immortalitati comparandæ dare operam, rempub. constituendo.

[y] *Ostentes*] Debet Cæsar ostendere æternitati, qualis, quantusque fuerit in repub. administranda.

Digitized by Google

expectat. Obstupescent posteri certe imperia,[a] provincias,[a] Rhenum,[b] Oceanum,[c] Nilum,[d] pugnas innumerabiles,[e] incredibiles victorias,[5 f] monumenta[g] innumera,[h] triumphos[i] audientes et legentes tuos. 29. Sed,[6] nisi hæc urbs stabilita tuis consiliis et institutis erit, vagabitur modo[l] nomen tuum longe atque late; sedem quidem stabilem et domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam, qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio, cum alii laudibus[7] ad cœlum res tuas gestas efferent, alii fortasse aliquid requirent, idque vel maximum, nisi belli civilis incendium salute patriæ restinxeris; ut illud fati fuisse[k]

[l] *Tantummodo.*

—5 C H T *incredibilem victoriam.* Actutum, *monumenta, munera* codd. aliquot, Crat. Lamb. Grut. Schutz. Orell. *monumenta innumera* nonnulli codd. Oxon. Junt. Græv. Wolf. *mon. numerum* T.—6 *Si* C H. *et institutis fuerit* ς. Deinde, *modo tuum non longe* H. *quidem* omittunt χ ψ, alii codd. et Græv.—7 C H *aliis laudibus.* Statim, *gestas offerent* ς. *id quod vel maximum* u ψ. *patriæ re-*

NOTÆ

[a] *Imperia*] Cæsar imperator fuit in Gallia, Britannia, Germania, et Africa, quo duxit exercitus.

[a] *Provincias*] Cæsari decreta fuit Hispania post præturam; post consulatum Gallia.

[b] *Rhenum*] Primus Rhenum fluvium ponte commisit, et cum exercitu transivit, domuitque Germanos, quos hic alluit fluvius.

[c] *Oceanum*] Primus cum classe transivit in Britanniam, quæ Oceano continetur.

[d] *Nilum*] Superavit regem Ptolemæum in Ægypto. Nilus autem alluit Ægyptum.

[e] *Pugnas innumerabiles*] De his superius dictum § 8. not.

[f] *Incredibiles victorias*] Præter civiles victorias undecies centum et nonaginta duo millia hominum in præliis occidit. Sed nulla illustrior, quam quæ ab eo de Vercentorige ad Alexiam relata est, quem cum trecentis hominum millibus superavit.

[g] *Monumenta*] Cæsari post civilem victoriam honores, ut Deo, tributi sunt. Monumenta et statuæ in templis posita sunt et in locis publicis, per tribus, municipia, et regiones Romanis amicas. Vide Appian. de Bello Civ. lib. II.

[h] *Innumera* [*munera*] Post victoriam imperator militibus, qui bene rem gesserant, dabat munera, quæ congiaria dicebantur. Possunt etiam intelligi epulæ, venationes, ludi scenici, et theatrales, populo exhibiti, qui nomine munerum significabantur.

[i] *Triumphos*] Quinquies Cæsar triumphavit, de Gallia, de Ponto, Ægypto, Africa, Hispania. Vide Vell. Paterc. lib. II.

[k] *Ut illud fati fuisse*] Posteri fato reip. hæc bella civilia tribuent.

Digitized by Google

videatur, hoc consilii.[l] Servi igitur iis etiam judicibus,[8] [m] qui multis post sæculis de te judicabunt, et quidem haud scio, an incorruptius,[*] quam nos: nam et sine amore et sine cupiditate, et rursus sine odio et sine invidia judicabunt. 30. Id autem[n] etiamsi tunc ad te (ut quidam falso[9] putant) non pertinebit;[o] nunc certe pertinet, esse te talem, ut tuas laudes obscuratura nulla unquam sit oblivio. X. Diversæ voluntates civium[p] fuerunt, distractæque[1] sententiæ:[q] non enim consiliis solum et studiis, sed armis etiam et castris dissidebamus: erat autem obscuritas[*] quædam, erat certamen inter clarissimos duces: [*p*. 186.] multi dubitabant, quid optimum esset; multi, quid sibi expediret; multi, quid deceret; nonnulli etiam, quid liceret. 31. Perfuncta[*] respublica est hoc misero fatalique bello: vicit is, qui non fortuna[*] inflammaret odium suum, sed bonitate leniret; nec qui omnes,[*] quibus iratus esset, eosdem etiam exilio aut morte[r] dignos judicaret. Arma ab aliis posita,[s]

[*] *Ut arbitror, incorruptius.*
[*] *Error.* [*] *Liberata est.* [*] *Victoria.*

strinxeris ς ψ.—8 *Servi igitur iis judicibus* C H S T. Mox, *equidem haud scio* Egmont.—9 Voc. *falso* uncis inclusit Weisk. Mox, *te esse talem ut laudes tuas nulla unquam oblivio sit obscuratura* Lamb. *sed esse te talem* Erf. Dresd. alii codd. et edd.

CAP. X. 1 T *distractæ quoque*. Mox, *et studiis* desunt in H. *sed studiis* habet C. *sed et studiis* T. *sed* ante *armis* deest in C. *et c. diffidebamus* H. *et c. dissidebamur* S. Statim, *erat enim* χ, Erf. Post *quædam*, Weisk. excidisse opinabatur *in causis*.—2 Ita Erf. alii codd. Grut. Græv. Orell. *neque*

NOTÆ

[l] *Hoc consilii*] Respub. restituta tribuetur Cæsaris prudentiæ.

[m] *Iis judicibus*] Intelligit posteros, qui incorruptius judicabunt de Cæsare, quam qui illius ætate vivunt.

[n] *Id autem*] Hic leviter perstringit Cæsarem, qui, ut testatur Sallustius, non credidit post mortem hominum animos esse immortales.

[o] *Non pertinebit*] Mortuo corpere et animo, nihil homines sentiunt. Loquitur ex mente Cæsaris.

[p] *Diversæ voluntates civium*] In bellis civilibus alii Pompeium, alii Cæsarem secuti sunt.

[q] *Distractæ sententiæ*] Alii causam Cæsaris meliorem, alii Pompeii crediderunt.

[r] *Aut morte*] Faustum Sullæ filium, Afranium, et L. Cæsarem juvenem, Cæsar, ne volens quidem, interfecit.

[s] *Arma ab aliis posita*] Victo Pompeio, alii omnino quieverunt; alii

Digitized by Google

ab aliis[3] erepta sunt. Ingratus est injustusque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum;[q] ut etiam ille[4] sit melior, qui in acie cecidit, qui in causa[t] animam profudit: quæ enim pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. 32. Sed jam[5] omnis fracta dissensio est armis, et exstincta æquitate victoris: restat, ut omnes unum velint,[r] qui modo habent aliquid non solum sapientiæ, sed etiam sanitatis. Nisi te,[6] C. Cæsar, salvo, et in ista sententia, qua cum antea, tum hodie[u] vel maxime usus es, manente, salvi esse non possumus. Quare omnes te, qui hæc salva esse[s] volumus, et hortamur, et obsecramus, ut vitæ, ut saluti tuæ consulas: omnesque tibi, (ut pro aliis[7] etiam loquar, quod de me ipse sentio) quoniam subesse aliquid[x] putas, quod cavendum sit, non modo excubias et custodias,[y] sed etiam laterum nostrorum[z] oppositus[t] et corporum pollicemur.

[q] *Hostilem.* [r] *Consentiant.*
[s] *Rempublicam salvam.* [t] *Oppositiones.*

omnes C H S T ς ψ, Junt. Crat. Lamb. Wolf. Schutz.—3 Ita codd. omnes, etiam Ambros. *ab* delendum censuerunt Patric. Grut. Græv. *recepta sunt* H. —4 Ita Crat. Grut. Græv. Wolf. Orell. *ut jam ille* duo codd. Grævii, C T *u* ψ, Junt. Lamb. *ille jam ut* H. Mox, *occidit, quam qui* C H. *cecidit, quam qui* T *u* ς ψ, alii codd. Junt. Crat. Lamb. *non profudit* conj. Victor.—5 *Sed quia jam* S, Junt. Crat. Lamb. Mox, *armis exstincta* C H *u* χ ψ. Deinde, *qui habent aliquid non sapientiæ modo* C H T.—6 *Quin, nisi te* Junt. Crat. Lamb. *qua antea* C H ψ. *tum hodie maxime* C H S T ψ.—7 C H ψ *prout aliis.* Mox, *nostrorum oppositiones* C H.

NOTÆ

pertinaciter arma retinuerunt, et secuti sunt Catonem et Scipionem in Africam; quibus victis, arma detracta sunt.

[t] *Qui in causa* [*quam qui in causa*] Id est, cum post victoriam res agitatur, et sontes puniuntur.

[u] *Tum hodie*] Id est, hoc ipso die quo Marcellus a Cæsare reipublicæ redditus est.

[x] *Subesse aliquid*] Id est, aliquas tibi insidias obscure parari.

[y] *Excubias et custodias*] Custodiæ ad diem, et excubiæ ad noctem pertinent, juxta illud Propertii: 'Romulus excubias decrevit in otia solvi.'

[z] *Laterum nostrorum*] Plutarchus in Vita Cæsaris ait, obsecravisse eum amicos, ut præsidio corpus muniret; cumque ad id operam multi amicorum pollicerentur, facere nolu-

Digitized by Google

XI. 33. Sed, unde [1] est orsa, in eodem terminetur oratio. Maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cæsar; majores [2] etiam habemus. Nam omnes idem sentiunt;[3] quod ex omnium precibus et lacrymis sentire [a] potuisti: sed quia non est stantibus omnibus necesse dicere; a me certe dici volunt, cui necesse est quodammodo, et quod volunt, et quod decet, et quod (M. Marcello a te huic ordini, populoque Romano et reipublicæ reddito) deberi intelligo.[4] Nam lætari omnes, non ut de unius [b] solum,[5] sed ut de communi omnium salute, sentio: 34. quod autem summæ benevolentiæ est, (quæ mea erga illum omnibus semper nota fuit, ut vix C. Marcello, optimo et amantissimo fratri, præter eum quidem, cederem nemini) cum id solicitudine, cura, labore tamdiu præstiterim, quamdiu est de illius salute dubitatum,[6] certe hoc tempore, magnis curis, molestiis, doloribus liberatus, præstare debeo. Itaque, C. Cæsar, sic tibi [7] gratias ago, ut omnibus me rebus a te non conser-

[a] *Videre.* [b] *Marcelli.*

CAP. XI. 1 *Sed ut unde* C H T χ, Junt. Statim, *terminetur oratio mea* *u ς ψ*. *oratio mea terminetur* Junt.—2 Lamb. *majorem.*—3 C *assentiunt.* Mox, *potuisti. Et quoniam non, &c.* C *u ς ψ*. *potuisti. Et quia* H T. *astantibus* C H T, Junt. Crat. Tum, *dici certe* Lamb.—4 Orell. emend. *cui necesse est quodam modo, quod volunt; et quod fieri decet, et quod, M. Marcello a te huic ordini, ... fieri id intelligo.* C T omittunt *et* ante *quod volunt;* Erf. Dresd. Pith. et septem Oxon. habent *et quod fieri decet;* quinque codd. Oxon. et Dresd. *cui necesse est quodam modo, et quod volunt, et quod fieri decet, et quod M. M. . . . reddito præcipue a me fieri debere intelligo.* Verba *præcipue a me* et *debere* non extant in codd. *cui n. e. q. et q. v. et q. M. M. . . . reddito præcipue id a me fieri debere intelligo* Crat. Lamb. *cui n. e. q. et quod volunt, et quod decet, et quod M. M. . . . reddito præcipue id a me fieri intelligo* Wolf.—5 Dresd. *u ς ψ* omittunt *solum,* uti volebant Pareus Mant. Lex. Crit. p. 22. Heum. et Weisk. Paulo post, *ita ut vix* conj. Patric. et Ernesti. Actutum, *M. Marcello* C H S *u* χ. Deinde, *præterea quidem crederem* C H.—6 Cod. ψ *dubitandum.* Actutum, *certe et hoc* conj. Weisk.—7 *Itaque C. Cæsar, tibi* T. *sic tibi* omittunt C H. Mox, *me omnibus* codd. boni, Junt. Lamb. *ut me a te non conservato solum, sed etiam omnibus rebus ornato* conj. Ernesti. Pro *a te* χ habet *ante.* T *servato.* Statim, *tum ad tua in me commemorabilia merita* C. *innumerabilia in me unum merita* Lamb. Tum, *jam non posse* conj. Weisk. *jam posse non modo* ψ. *magnus hoc* C H T. Denique *accessit* conj. Weisk.

NOTÆ

isse. Dicebat enim satius esse mori semel, quam assidua expectatione pendere.

Digitized by Google

vato solum, sed etiam ornato,[a] tamen ad tua in me unum innumerabilia merita, quod fieri jam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto[c] cumulus accesserit.

[c] *Marcello restituto.*

NOTÆ

[a] *Ornato*] Cæsar pristinam Ciceroni dignitatem restituerat.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

PRO Q. LIGARIO

AD CÆSAREM

ORATIO XLI.

ARGUMENTUM.

Q. Ligarius legatus Considii proconsulis in provincia Africa fuit: ex qua cum decederet Considius, ei præfecit Ligarium, quod et dignum eo honore putabat, et gratiosum esse in provincia videbat. Interim fama de bello civili orto in Africam est perlata: qua commoti cives, qui in ista provincia erant, et reliqui provinciales, quod Pompeii inprimis studiosi erant, eum ducem sibi esse voluerunt, quo contra Cæsarem uterentur. Hoc munus cum iste recusaret, accidit, ut P. Atius Varus, qui prætorio imperio in Africa fuerat, Uticam veniret, et oblatum sibi imperium privatus susciperet. Hæc dum geruntur, Q. Tubero ex S. C. in provinciam venit. Sed quod imperium jam ab alio erat occupatum, ex ea repulsus, in castra Pompeii se contulit, ibique contra Cæsarem arma tulit. Verum Pompeio mortuo, totoque bello composito, cum Cæsar inter alios etiam Tuberoni ignovisset, filius ejus Ligarium, qui Roma aberat, et Cæsarem iratum habebat, quod et ipse Pompeianarum partium fuerat, absentem accusavit de vi, quod in Africa Cæsarianis partibus inimicus fuisset. Eum defendit Cicero, ita, ut concedat quidem, eum Pompeianæ causæ favisse, sed nihilo minus Cæsare dignum esse ostendat, huic quoque veniam dare, ut sibi, et Tuberoni, et multis aliis dederit; ut deprecatio potius ista oratio, quam defensio sit.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 137.] Novum crimen,[a] C.[b] Cæsar,[c]

NOTÆ

[a] *Novum crimen*] Ironia est, ut vult Aquila, et cum eo fere interpretes, qua videlicet Cæsar in rem minus novamt, anquam non novam, se

Digitized by Google

et ante hunc diem inauditum,[d] propinquus meus ad te, Q. Tubero,[e] detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse:[f] idque C. Pansa,[g] præstanti[1] vir ingenio, fretus fortasse ea familiaritate, quæ est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque, quo me vertam,[h] nescio: paratus enim veneram, cum tu id[i] neque per te scires,[2] neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer: sed,

CAP. I. 1 C T *præstantissimo*.—2 Colon. Dresd. ϛ ψ *scire*. Paulo post, *id quod latebat* Erf. Colon. cod. Steph. ϛ, Junt. Græv. Schutz. Orell. *quid latebat*

NOTÆ

intenderet.

[b] *C.*] Plutarchus Quæst. Rom. 31. ait quod *Caius* idem sit ac dominus, seu paterfamilias. Unde in matrimoniis quæ per coëmtionem fiebant, usitatum fuit, ut dicerent, 'Ubi tu Caius, et ego Caia:' quibus verbis, ut Plutarchus scribit, quasi paciscitur sibi commune cum viro dominium mulier, et par imperium domi, ac si diceret, 'Ubi tu es familiæ princeps et dominus, ego familiæ princeps sum et domina.'

[c] *Cæsar*] Cæsaris nomen a 'cæso' matris utero dixit Accursius in præfat. Instit. dictione 'Imperator:' cui astipulatur Servius, Virgilii interpres. Primum illud nomen datum est Scipioni Africano, ab elephanto, quem occidit in prælio, qui lingua Maurorum 'cæsa' dicitur; vel etiam quod matre mortua, 'cæso' ventre, vel quod longa 'cæsarie' sit natus; vel quod 'cæsios' oculos habuerit, id est glaucos. Brissonius in Lex. L. Ælium Verum primum eo nomine appellatum tradit, motus auctoritate Spartiani, qui in Vita ejus sic scribit: 'Huic naturalis pater fuit L. Ælius Verus,' qui ab Hadriano adoptatus, primus Cæsar dictus est.' Unde patet, non soli Juliæ genti hoc nomen proprium fuisse.

[d] *Inauditum*] Inauditum dicit, quia novum; nam accusatores Ligarii factum tanquam grande et singulare aliquod scelus extulerant. Ironice semper loquitur.

[e] *Q. Tubero*] Tubero orator fuit: verum cum victus a Cicerone in hac causa fuisset, ita laudem eloquentiæ desperavit, ut e foro se ad jus civile transtulerit. Quæ fuerit autem cum Tuberonibus Ciceroni propinquitas, non apparet ex aliquo auctore.

[f] *In Africa fuisse*] Hac voce *fuisse* utitur, ne offendat Cæsaris animum. De Juba rege, et Afris, tacet, quibus se contra Cæsarem adjunxerat.

[g] *C. Pansa*] Hic Pansa celebris fuit orator, qui quondam apud Ciceronem declamaverat, et qui jam egerat pro Ligario. Is fuit summa auctoritate apud Cæsarem, et quo, post Pharsalicam pugnam, multi qui Pompeium secuti fuerant, deprecatore usi sunt. Is postea, anno urbis conditæ 709. consul cum Hirtio, in pugna Mutinensi interfectus est.

[h] *Itaque, quo me vertam*] Dubitatio ironica, qua conqueritur sibi rationem negandi facti ereptam esse, qua se uti voluisse simulat.

[i] *Cum tu id*] Nesciebat Cæsar in Africa fuisse Ligarium.

Digitized by Google

quoniam diligentia inimici[k] investigatum est, quod latebat,[l] confitendum est, ut opinor; præsertim cum meus necessarius,[a] C. Pansa, fecerit, ut id jam integrum[3] non esset:[m] omissaque controversia,[n] omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est; qua plurimi sunt conservati, cum a te non liberationem culpæ,[o] sed errati[b] veniam impetravissent. 2. Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum, sed tamen ita[4] confitentem, se in ea parte fuisse, qua te,[p] Tubero, qua virum omni laude dignum, patrem tuum: itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis.

Q. enim[5] Ligarius, cum esset nulla belli suspicio, lega-

[a] *Amicissimus.* [b] *Imprudentiæ.*

T. *ut* ante *opinor* omittunt Colon. Dresd. Græv. Schutz.—3 Dresd. et Lamb. *integrum jam.* Statim, *omnis ratio* cod. Steph. et Lamb. *non solum liberationem* C T, Crat. Lamb. *solum* omittunt Erf. Colon. Dresd. al. Venet. 1483. Junt. Grut. *liberatione* ς.—4 C H S T χ ψ, cod. Steph. Venet. 1483. Junt. Naug. Cam. *hoc ita;* Erf. Colon. Græv. *hoc* tantum, omisso *ita.* Mox, *tu Tubero* C. *Tubero* omittunt Erf. Colon. Dresd. H S χ. *qua etiam virum* C. *dignissimum* χ ψ.—5 Q. *igitur* H χ, Venet. 1483. Junt. Naug. Lamb. Grut. Heum. Orell. Mox, *esset adhuc nulla* codd. multi, Venet. 1483. Junt. Naug. Lamb. Grut. Heum. Mœb. probante Wernsd. Tum, *cum consule Considio* S T, Erf. Pith. Venet. 1483. Junt. Crat. Hervag. Naug. Camer. *cum proconsule* C.

NOTÆ

[k] *Inimici*] Id est, Tuberonis, qui Ligarium accusavit. Ironia.

[l] *Quod latebat*] Non latebat illud crimen, sed Tubero sibi persuadebat latere. Pergit in ironia.

[m] *Integrum non esset*] Integrum id dicitur, quod jure hoc vel illo modo facere vel dicere quis potest.

[n] *Controversia*] Controversia tunc esse dicitur, cum unus negat, et alter affirmat; aut jure factum esse dicitur, vel non. Si quis autem fateatur, aut deprecetur, jam omnis est sublata controversia: quare cum negari non posset a Cicerone, in Africa fuisse Ligarium, totam suam orationem ad misericordiam Cæsaris refert.

[o] *Liberationem culpæ*] Multi qui Pompeium secuti fuerant, negare suum factum cum non possent, erratum confitendo, veniam obtinuerunt a Cæsare.

[p] *Fuisse, qua te*] Ligarius necessitate coactus in Africa, ut dictum est in argumento; at Tubero pater et filius voluntate remanserunt; in quo gravius peccaverunt.

Digitized by Google

tus[a] in Africam[b] cum C. Considio[c] profectus est: qua in legatione et civibus[d] et sociis[e] ita se probavit, ut decedens Considius provincia, satisfacere hominibus non posset, si quenquam alium provinciæ præfecisset.[f] Itaque Q. Ligarius, cum diu recusans nihil profecisset,[6] provinciam accepit invitus: cui sic præfuit in pace, ut et civibus et sociis gratissima esset ejus integritas[*] et fides. 3. Bellum subito exarsit;[g] quod, qui erant in Africa, ante audierunt geri, quam parari: quo audito, partim cupiditate inconsiderata, partim cæco quodam timore, primo[7] salutis, post etiam studii sui,[h] quærebant aliquem ducem: cum Ligarius,

[*] *Abstinentia.*

Considio cod. Steph. Lamb. Paulo post, *Considius de provincia* Lamb.—6 *Itaque Q. L. c. d. r. n. profecisset* desunt in ς. Pro *accepit* Lamb. 1584. Græv. Heum. habent *accipit*. Statim, *integritas ejus ac fides* margo ed. 1584. *integritas ejus et fides* Lamb.—7 C H *patrio primum;* T ς ψ *primum*. Actutum, *salutis causa* S ς. *postea studii sui* C T. *post studii etiam sui* al. Oxon. *etiam* omittunt

NOTÆ

[a] *Legatus*] Legatus, qui vices gereret proconsulis, vel prætoris, cum proconsule et prætore mittebatur in provinciam.

[b] *In Africam*] Cum Carthago a Scipione Africano Æmiliano deleta esset anno urbis conditæ 617. pars illa Africæ in provinciam redacta fuit, ut Velleius narrat; eique de more tributum a Romanis, et Romanæ leges impositæ sunt, et missus prætor, et proconsul qui eam regeret.

[c] *Considio*] Non legitur Considius consul fuisse: itaque intelligendum est hic, non quod consul fuerit, sed quod cum imperio consulari missus fuerit a senatu in Africam. Mittebantur enimvero non tantum consulares aut consules, sed et prætores, et prætorii cum imperio consulari in provincias. Sic Cicero de Leg. lib. I. de L. Gellio ait, 'pro consule ex prætura in Græciam venisse.'

[d] *Civibus*] Intelligit hic, nomine civium, illos Romanos qui in Africa negotiabantur.

[e] *Sociis*] Socii dicebantur, qui communi fœdere cum Romanis jungebantur.

[f] *Alium provinciæ præfecisset*] Si proconsules, vel prætores, provincia decederent antequam successor advenisset, tum legatum, vel quæstorem, provinciæ præficiebant, sed potius quæstorem, quia hæc alia dignitas superior erat.

[g] *Bellum subito exarsit*] Utitur hac voce *exarsit*, sumta metaphora a flamma, quo melius illius belli civilis pernicies ostendatur, quod Cæsarem inter et Pompeium exortum est; et quidem tam subito, ut ne expectatis quidem Transalpinis legionibus, cum quinque peditum millibus Rubiconem trajecerit.

[h] *Studii sui*] Cum studio quodam inclinaret Ligarius in Pompeium,

Digitized by Google

domum spectans, et ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est. Interim[8] P. Atius Varus,[i] qui prætor Africam obtinuerat, Uticam[k] venit: ad eum statim concursum est. Atque ille non mediocri cupiditate[9] arripuit imperium,[l] si illud imperium[m] esse potuit, quod ad privatum clamore multitudinis imperitæ, nullo publico consilio deferebatur. 4. Itaque Ligarius, qui omne tale[10] negotium cuperet effugere, paulum adventu Vari conquievit.[n] II. Adhuc, C. Cæsar, Q. Ligarius omni culpa vacat:[1 o] domo est egressus[p] non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli: legatus in pace profectus, in provincia pacatissima ita se gessit, ut ei pacem esse expediret. Profectio certe animum tuum non debet offendere: num igitur remansio? multo minus: nam profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam

Colon. Dresd. *et* omittunt Erf. Colon. Dresd. H. Deinde, *implicare* H S χ.—8 *Iterum* ψ. *P. Accius* Grut. *P. Actius* Lamb. *P. Acticus* C χ.—9 C T, Junt. *cupiditate non mediocri*. Mox, *si illud tamen* Colon. Dresd. *si tamen imp.* Pith. *et si illud* ς. *sed tamen illud* C. Tum, *a privato* H S χ. *clamorem* C T ψ.—10 Voc. *tale* suspectum Patricio. Actutum, *negotium fugeret* Colon. *paululum* Junt.

CAP. II. 1 Erf. C T ψ *caret*. Actutum, *domo egressus* Erf. Paulo post,

NOTÆ

hunc ducem optabat; quia victo Cn. Domitio, quondam Africæ res composuerat.

[i] *P. Atius Varus*] Atius Varus tum privatus, amissis suis ad Auximum cohortibus, ex fuga in Africam venit, et eam occupavit, quam paucis ante annis prætor obtinuerat.

[k] *Uticam*] Utica urbs est Africæ, quam Phœnices condidere, quæ nunc Biserta dicitur; a qua Cato Uticensis dictus est, quod ibi violentas sibi manus intulit.

[l] *Arripuit imperium*] Cum Uticam venisset Varus ille, ibi collegit exercitum, sibique imperium exercitus, et potestatem administrandi Africam vindicavit.

[m] *Si illud imperium*] Dictum corrigit, quia imperium magistratus lege curiata, privati senatusconsulto accipiebant.

[n] *Conquievit*] Non impulsus fuit deinceps ad accipiendum illius provinciæ imperium, quia sibi illud Varus assumserat.

[o] *Q. Ligarius omni culpa vacat*] Immiscet commonitionem orator, ut Cæsar diligenter attendat et observet, nihil peccavisse Ligarium.

[p] *Domo est egressus*] Id est, ex urbe Roma.

Digitized by Google

necessitatem honestam.[2] [q] Ergo hæc duo tempora [r] carent crimine: unum, cum est legatus profectus; alterum, cum efflagitatus a provincia, præpositus Africæ est. 5. Tertium est tempus,[3] quo post adventum Vari in Africa restitit; quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. An ille, si potuisset illinc[4] ullo modo evadere, Uticæ potius, quam Romæ, cum P. Atio, quam cum concordissimis fratribus, cum alienis esse, quam cum suis maluisset? Cum ipsa legatio plena desiderii ac solicitudinis[5] fuisset, [*p.* 138.] propter incredibilem quendam fratrum amorem, hic æquo animo esse potuit, belli discidio distractus a fratribus?

6. Nullum igitur habes, Cæsar, adhuc in Q. Ligario signum[6] alienæ a te voluntatis: cujus ego causam, animadverte, quæso, qua fide defendam, cum prodo meam.[s] O clementiam admirabilem, atque omni laude,[7] prædicatione, literis, monumentisque[b] decorandam! M. Cicero[8] apud te defendit, alium in ea voluntate non fuisse, in qua seipsum confitetur fuisse; nec tuas tacitas cogitationes[a] extimescit; nec, quid tibi, de alio audienti,[b] de se ipso occurrat, reformidat. III. Vide,[1] quam non reformidem: vide,

[a] *Quid cogites de eo.* [b] *Cum audies de alio.*

profectus est H ψ, Junt.—2 Duo codd. Lambini, Colon. Junt. Lamb. Schutz. et Orell. *necessitatem etiam honestam.*—3 Lamb. *tempus est.*—4 Erf. omittit *illinc;* χ habet *hinc.* Mox, *potius* omittunt Colon. Dresd. χ.—5 C *desideriis ac solicitudinibus.* Mox, *belli diffidio* ς. *belli dissidio* C, et edd. ante Lamb. —6 *Nullum i. h. signum, C. adhuc, &c.* Junt. *crimèn* pro *signum* ς ψ. *alienatæ* T. Mox, *animadvertere* χ. *quam fideliter* T a m. sec. *defensam* S. *eam prodo* C. *qui prodo* Junt. *cum* omittunt H S ς, Orell. probante Wernsd.—7 C *omnium laudum;* H χ, Erf. Colon. Pith. Venet. Junt. *omnium laude.*—8 *Cum M. Cicero* H S χ ψ, cod. Steph. Erf. Venet. 1483.

CAP. III. 1 *Viderem'* C. *quam tum non* S. *quam rem non* ς. *formidem* C S

NOTÆ

[q] *Necessitatem honestam*] Habuit necessitatem Ligarius remanendi in Africa, tum quia jussus est a Considio, a quo illi provinciæ præfectus est; tum quia ab omnibus Afris petebatur.

[r] *Duo tempora*] Primum est quo Roma profectus est; secundum, quo remansit in Africa.

[s] *Cum prodo meam*] Cicero fatetur se in eadem causa fuisse, qua Ligarius, quem defendit.

[b] *Monumentis*] In Orat. pro Marcello dictum est, quid sit monumentum.

Digitized by Google

quanta lux [*] liberalitatis et sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur: [c] quantum potero, voce contendam, ut populus hoc Romanus exaudiat. 7. Suscepto bello,[d] Cæsar, gesto etiam ex magna parte,[2] nulla vi coactus, judicio ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui, cum hoc sciret,[3] tamen me, antequam vidit, reipublicæ reddidit; [e] qui ad me ex Ægypto literas misit,[f] ut essem idem, qui fuissem; [g] qui, cum ipse imperator [h] in toto imperio populi Romani unus esset, esse me [4] alterum passus est: [i] a quo, hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente,

[*] *Laus.*

T ϛ ψ. Verba, *vide, quanta lux l. et s. t. m. a. te d. oboriatur* desunt in S. *dicendi aboriatur* C. *si potero* S. *vocem* Lamb. in marg. ed. 1584. Deinde, *hoc populus Ro.* Lamb. et al. ante Græv.—2 Lamb. *magna ex parte;* duo codd. in marg. ed. 1584. *ex parte magna.* Statim, *judicio meo* H S ψ, Venet. 1483. Junt. Camer. *contra te sumta* H.—3 C *hæc dico? . . . hæc sciret.* Paulo post, *qui me, cum ipse* H.—4 Lamb. *me esse;* H omittit *me;* T omittit *esse.* Mox, *mihi hunc nuntium proferente* C ϛ ψ, Colon. et Scholiastes. Tum, *fasces laure-*

NOTÆ

[c] *Oboriatur*] Id est, ex insperato oriatur.

[d] *Suscepto bello*] Libere Cicero suum factum confitetur, ut inde clementiam Cæsaris extollendo, ejus animum Ligario conciliet: cum enim jam ex magna parte bellum illud civile gestum esset, pulso ex Italia Pompeio, et profecto in Hispaniam Cæsare, Cicero trajecit in Græciam ad Pompeium, ut refert Plutarch. et ut ex Epist. Cic. ad Att. patet.

[e] *Reipub. reddidit*] Victo debellatoque Pompeio, permisit Ciceroni Cæsar ut rediret in patriam.

[f] *Ex Ægypto literas misit*] Cæsar, post victum Pompeium, venit in Ægyptum, ubi novem menses fuit, teste Appiano, lib. II. Hinc per Philotimum scripsit ad Ciceronem; cujus literas laudat Famil. Epist. XIV. 24. Oraverat autem Cicero Atticum per literas, ut ipse ad Balbum, Pansam, et Hirtium scriberet, ut pro se Cæsarem deprecarentur; quia apud eum valebant familiaritate.

[g] *Ut essem idem qui fuissem*] Permisit Cæsar ut Cicero suam pristinam dignitatem, quam fuerat ante bellum assecutus, retineret.

[h] *Qui, cum ipse imperator*] Duces nomine imperatoris decorabantur ab exercitu, communi militum consensu, qui illos dignos imperio judicabant. Hæc autem appellationis dignitas iis concedebatur, qui decem hominum millia cecidissent.

[i] *Me alterum passus est*] Cicero, Ser. Sulpicio et M. Marcello coss. in Ciliciam proconsul missus est, ubi vicit Armenios, et Pindenissum urbem cepit. Gessit etiam bellum cum latronibus, qui Amanum montem tenebant: qua de causa a militibus im-

Digitized by Google

concessos fasces laureatos[k] tenui, quoad tenendos putavi:[l] qui mihi tum denique se salutem putavit dare, si eam nullis spoliatam ornamentis dedisset. 8. Vide, quæso, Tubero,[m] ut, qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri.[5] Atque hæc[6] propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret: cujus ego industriæ gloriæque faveo, vel propter propinquam cognationem,[n] vel quod ejus ingenio studiisque delector,[o] vel quod laudem[p] adolescentis propinqui existimo etiam

etus C. *putavit reddere* Erf. H S ς χ ψ. *dare putavit . . . dedisses* Junt. *ornamentis redderet* Venet. 1483. Naug. Camer. *o. reddidisset* Lamb.—5 Quintil. v. 10. 93. *qui de meo facto non dubitem, de Ligarii audeam dicere*; et sic Colon. nisi quod *Ligario*. Alii, etiam duo codd. Oxon. omittunt *non* ante *audeam*. Mœb. delevit *dicere*. In Quintil. alii codd. pro *dicere*, cum codd. aliquot Gruteri, habent *confiteri*. Hinc Wernsd. legit, *qui de meo facto non dubitem, de Ligarii audeam confiteri*.—6 *Atque hoc* Dresd. Venet. 1483. Paulo post,

NOTÆ

perator appellatus est. Anno sequente, L. Paulo et C. Marcello coss. e provincia in Italiam reversus est, et ad urbem accessit, cum jam Lentulo et Marcello coss. bellum civile conflatum esset; sed quia non urbem ingressus est, imperium retinuit, et proconsul remansit; tamdiu enim imperium retinebant, quoad Romam ingressi essent. Habemus antem, ex Epist. ad Att. lib. IX. epistolam tempore belli civilis scriptam ad Ciceronem, cujus salutatio sic inscribitur: 'L. Cornelius Balbus M. Tullio Ciceroni Imperatori salutem.' Et lib. X. 'Cæsar Imperator M. Tullio Ciceroni Imperatori salutem.'

k *Fasces laureatos*] Proconsules sex lictores habuerunt, qui ipsis fasces cum securibus præferebant, sontesque virgis cædebant, et securi feriebant, ut refert Plutarch. in Rom. Qui autem imperatores fuerant appellati, insignia laureæ fascibus adjungebant.

l *Quoad tenendos putavi*] Tenuit suos lictores Cicero usque ad mensem Octobrem, Cæsare iterum dictatore, quo tempore ad portam eos abjecit, et urbem ingressus est, postquam eos cum imperio annos quatuor tenuisset.

m *Vide, quæso, Tubero*] Per epiphonema ad Tuberonem convertit orationem suam, et ait, si de suo facto non dubitat confiteri, et ipsi ignovit Cæsar, quidni Ligarii factum quoque ausit confiteri, ut eidem ignoscat?

n *Vel propter propinquam cognationem*] Ex materno genere aliquam cum Cicerone cognationem habuit Tubero.

o *Studiisque delector*] Studebat eloquentiæ Tubero, et causas agebat, quas victus a Cicerone deseruit.

p *Vel quod laudem*] Cum Cicero et Tubero operam darent eloquentiæ, hac se mutua studiorum similitudine amabant.

Digitized by Google

ad meum aliquem fructum redundare.[d] 9. Sed hoc quæro,[q] quis putet[7] esse crimen, fuisse in Africa Ligarium? nempe is,[r] qui et ipse[8] in eadem Africa esse voluit, et prohibitum se a Ligario queritur, et certe contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. Quid enim, Tubero,[s] destrictus[t] ille tuus[9] in acie Pharsalica[u] gladius agebat? cujus latus[x] ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo: commoveri videtur adolescens:[y] ad me revertar: iisdem[10] in armis fui.[z] IV. 10. Quid autem[1] aliud egimus, Tubero, nisi, ut, quod hic potest,[a] nos possemus? Quorum igitur[b] impunitas,

[d] *Ex laude percipere me aliquem fructum.*

vel quod ego ejus, &c. C. Deinde, *fructum aliquem* Lamb.—7 C H T χ, Junt. *putat*, ut volebat Patric. *crimen esse* Lamb. *fuisse* et *Ligarium* desunt in H. *Ligarium* deest etiam in Colon.—8 Colon. Dresd. C omittunt *et ipse*. Mox, *se esse a Ligario* Lamb. *se esse ab ipso Ligario* ψ. Deinde, *est egressus* C.—9 Ita Grut. Græv. Mœb. *ille tuus destrictus* omnes ante Grut. *districtus* C H, et edd. quædam vett. Mox, *quis sensus* C ψ. *erat animorum* ς.—10 Dresd. ψ *qui iisdem*.

NOTÆ

[q] *Sed hoc quæro*] Incipit jam criminationem refutare.

[r] *Nempe is*] Tubero, in quem criminationem eandem rejicit, qui non solum in Africa fuit, sed et esse voluit; et prohibitum se fuisse queritur a Ligario portu et oppido, cum huc venit, rei frumentariæ causa missus a senatu: quare Tubero, pulsus a Ligario, venit in Macedoniam ad castra Pompeii.

[s] *Quid enim, Tubero*] Confirmat Cicero criminationem in Tuberonem a fine et consilio armorum quæ cepit contra Cæsarem. Ita autem hac amplificatione Cæsaris animum permovit, ut Cæsar, quasi elatus iracundia contra Tuberonem, libellos quos in manu habebat, abjiciens, innuerit Ciceroni, quasi omnia daturus et concessurus quæ peteret pro Ligario.

[t] *Destrictus*] Contra Cæsarem nempe tunc pugnavit pro Pompeio.

[u] *In acie Pharsalica*] Pharsalus Thessaliæ oppidum est, a Pharsalo Acrisii filio denominatus. Hinc Pharsalicum prælium, quod Cæsarem inter et Pompeium commissum est versus Enipeum fluvium. Vide Appian. lib. II.

[x] *Cujus latus*] Cæsaris nempe. Nota porro quod punctim hostem ferire contendebant.

[y] *Commoveri videtur adolescens*] Cum Cæsar commoveretur hac oratione, Cicero hanc commotionem transfert in Tuberonem.

[z] *Iisdem in armis fui*] Fuit quidem in castris Pompeii Cicero, cum certatum est; sed non pugnavit, propter infirmam valetudinem, ut Plutarchus scribit, et ipse Cicero Epist. IX. 18.

[a] *Quod hic potest*] Id est, nos in acie Pharsalica id egimus, ut Cæsa-

Digitized by Google

Cæsar, tuæ clementiæ laus est,[2] eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet[e] oratio? Atque in hac causa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui[3] prudentiam[c] desidero; quod homo cum ingenio, tum etiam doctrina excellens,[d] genus hoc causæ quod esset, non viderit; nam, si vidisset, quovis profecto, quam isto modo a te agi maluisset.

Arguis fatentem: non est satis: accusas eum, qui causam habet, aut, ut ego dico, meliorem,[e] quam tu, aut, ut tu vis, parem.[4] 11. Hæc non modo mirabilia sunt, sed prodigii simile est, quod dicam.[5] Non habet eam vim ista accusatio, ut Q. Ligarius condemnetur,[f] sed ut necetur. Hoc egit civis Romanus ante te nemo: externi isti sunt[6] mores:[g] usque ad sanguinem[f] incitari solet odium aut levium Græcorum, aut immanium barbarorum. Nam quid aliud agis?

[e] *Incitabit.* [f] *Mortem.*

CAP. IV. 1 *Quid enim* ψ.—2 C *est et laudis.* Actutum, *eorundem ipsorum* Lamb. *eorum te ipsorum ad cr. acuet* Quintil. VIII. 5. 10. *acuit* H S T ψ.—3 Junt. *tui patris.* Mox, *tum ingenio* Pith. C χ. Tum, *etiam doctrinis* C T. Deinde, pro *quovis* C a m. pr. habet *non est.* Idem cod. *qui isto.*—4 Cod. ς *aut civis parem.*—5 Ita codd. aliquot, Grut. Græv. *Hæc admirabilia sunt, sed prodigii simile est, &c.* Colon. Heum. Schutz. Weisk. Orell. *Hæc non modo mirabilia sunt, sed prodigiis similia quæ dicam* nonnulli codd. Oxon. edd. ante Grut. et sic Lamb. nisi quod *prodigii.*—6 Lamb. *sunt isti;* H S T ς χ, Ven. 1483. omittunt *sunt.* Mox, *incitare solent* ψ, et edd. vett. *incitari solent* C H S ς χ, alii codd. Junt. *odia* Junt. *incitari solent odio* C, Colon. et margo ed.

NOTÆ

rem possemus interficere: hic autem nunc nos potest.

[b] *Quorum igitur*] Jam dirigit orationem ad Cæsarem.

[c] *Patris tui prudentiam*] Arguit jam patris temeritatem in accusando Ligario, quæ utcumque ferenda esset in filio, quem junior ætas excusare potest.

[d] *Doctrina excellens*] Excelluit Tubero filius juris doctrina; Tubero vero pater, historiæ cognitione, ut indicat Cicero in Epist. ad Q. fratrem.

[e] *Meliorem*] Melior fuit causa Ligarii, quam Tuberonis; quia Ligarius invitus remansit in Africa, Tubero vero volens nec coactus.

[f] *Condemnetur*] Condemnatio sumebatur pro quovis pœnæ genere, quo quis, excepta morte, mulctabatur.

[g] *Externi isti sunt mores*] Ostendit, Tuberonem longe abesse a moribus Romanorum, qui humanitate pleni sunt; sed eos sumsisse a Græcis, qui et leves sunt, et crudeles; neque facile suis civibus parcunt.

Digitized by Google

ut Romæ[7] ne sit? ut domo careat? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Broccho,[h] avunculo suo, ne cum ejus filio, consobrino[i] suo, ne nobiscum vivat? [*p*. 139.] ne sit in patria? num est? num potest magis carere his omnibus, quam caret? Italia prohibetur, exulat. Non tu ergo hunc[8] patria privare, qua caret, sed vita, vis. 12. At istud, ne apud eum quidem dictatorem,[9][k] qui omnes, quos oderat, morte mulctabat, quisquam egit isto modo: ipse jubebat occidi, nullo postulante:[g] præmiis etiam invitabat.[l] Quæ tamen crudelitas ab eodem[m] aliquot annis[n] post, quem nunc crudelem esse vis, vindicata est. V. Ego vero istud non postulo, inquies. Ita, mehercle,[1][o] existimo, Tubero: novi enim te, novi patrem, novi domum nomenque ves-

[g] *Accusante.*

1584.—7 *Nam quid aliud agis, nisi ut occidetur, ut Romæ* T, Junt. *agis quam ut occidatur, ut* C. *agis quam ut necetur, ut R.* ψ. *ut* ante *Romæ* deest in H S ς. *ut nescit*, omisso *Romæ*, C. *suo* post *avunculo* omittunt C, Colon. Pith. Dresd. Deinde, *num ita est* codd. aliquot, Ven. 1483. Lamb. *num in patria est* Crat. Hervag. Camer. *his omnibus carere* Lamb. *quam qui caret* χ. *non potest magis, &c.* conj. Gulielm. probante Heum. et sic quoque ς χ, e solita corruptela v. *num.*—8 *Non tu hunc ergo* Colon.—9 H *eum qui dictator erat.* Mox, *ipse videbat occidi* C S. Paulo post, *ab hoc eodem* codd. edd. vett. Heum. Orell. *ab hoc etiam* C, Pith. Colon. *quem tu nunc* Colon. Dresd. Erf. edd. vett. Heum. Orell. *crudelis* C S. *vindicanda est* C. *retenta vindicata est* S χ. *vindicta est* ς.

CAP. V. 1 *Ita mehercule* Lamb. et Orell. Mox, *patrem tuum* Hervag. Nang. Camer. Lamb. *novi deinde nomenque* C. *denique* omittunt Erf. Colon. duo codd. Lambini, H χ. *ac* omittunt H χ. Paulo post, *omnia* omittunt C

NOTÆ

[h] *T. Broccho*] Brocchus cognomen fuit Furiæ familiæ, ut observat Abrahamus; quod nomen inditum esse ait a vitio corporis, nempe ab ore producto, et dentibus prominentibus.

[i] *Consobrino*] Consobrinus hic vocatur qui ex matris ejus fratre natus est. Natos autem ex fratre et sorore jurisconsulti amitinos vocant: at Trebatius eos quoque consobrinos vocat, ut scribit Paulus lib. D. ultimo, de gradibus.

[k] *Dictatorem*] Sullam intelligit, qui post victoriam de Marianis, et finito C. Marii et Carbonis consulatu, dictaturam invasit.

[l] *Præmiis invitabat*] Multos proscripsit Sulla, et duo talenta pro morte cujusque proscripti proposuit.

[m] *Ab eodem*] Cæsar legem tulit, qua inter sicarios haberentur illi, qui in proscriptione, ob relata civium Romanorum capita, pecunias ex ærario acceperant. Suetonius in Julio.

[n] *Aliquot annis*] Annis 17.

[o] *Mehercle*] Jurandi adverbium; id est, per Herculem.

Digitized by Google

trum, studia denique generis [p] ac familiæ vestræ, virtutis, humanitatis, doctrinæ plurimarum artium atque optimarum, nota sunt mihi omnia. 13. Itaque certo [2] scio, vos non petere sanguinem: sed parum attenditis. Res enim eo spectat,[h] ut ea pœna, in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quæ est igitur alia, præter mortem? Si enim in exilio est, sicuti est, quid amplius postulatis? an, ne ignoscatur? [3] hoc vero multo acerbius, multoque est durius. Quod nos domi petimus,[4] [q] precibus et lacrymis, strati ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, quam hujus humanitati, id ne impetremus, pugnabis? [i] et in nostrum fletum irrumpes? et nos jacentes ad pedes, supplicum voce prohibebis? [k] 14. Si, cum hoc domi [5] [a] faceremus, quod et fecimus,[b] et, ut spero, non frustra fecimus, tu derepente irrupisses, et clamare cœpisses; 'Cæsar, [c]cave ignoscas, cave te fratrum, pro fratris salute obsecrantium, misereatur;' nonne omnem humanitatem exuisses? Quanto

[h] *Tendit.* [i] *Impedies.* [k] *Non permittes supplicare?*

S T ς, Colon. Pith. Ven. 1483. Junt.—2 *Idque certo* Ven. 1483. Junt. *Itaque certe* C H T. Mox, *eo mortem expectant* C. *eo mortem spectat* ς. *in qua adhuc est* Ven. 1483. Junt. *adhuc* deest in Dresd.—3 Erf. Colon. Dresd. Pith. C H T ς χ ψ, ed. Wald. Græv. Lall. *ignoscat.* Mox, *multo est durius, multo est gravius* Junt. et duo codd. Oxon. *ignoscat? multo acerbius hoc est, multo durius* cod. Steph.—4 Orell. de Fabricii sententia *petiimus.* Mox, *prostrati* codd. aliquot, Ven. 1483. Junt. Lamb. Tum, *humanitatis* C H ς ψ. *oppugnabis* H S χ ψ.—5 Junt. *domi hoc.* Statim, *tu repente* C H S T χ ψ, Colon. Dresd. Ven. 1483. Junt. *irruisses* Colon. χ ψ. Tum, *C. Cæsar* edd. ante Grut. et Orell. *cave credas, cave ign.* tres codd. Oxon. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Nang. Lamb. 1566. *cave ne credas, cave ne ign.* C ψ. *fratrem* C S. Deinde, *misereat*

NOTÆ

[p] *Generis*] Tuberones e genere sive gente Æliorum fuerunt, e qua extitere Pæti, Lamiæ, et Tuberones, qui præ ceteris eruditionis laude floruerunt: quorum alii philosophi, alii oratores, alii jurisperiti, alii historici fuerunt.

[q] *Domi petimus*] Nempe primum in domo Cæsaris, deinde jam in foro, ubi hæc causa agitur.

[a] *Si cum hoc domi*] A minori amplificat inhumanitatem Tuberonis, atque ita concludit; si nos supplicare domi Cæsaris impedires, certe esses dicendus inhumanus: at in foro supplicantes oppugnas; ergo multo es inhumanior.

[b] *Quod et fecimus*] Venerunt enim apud Cæsarem ut pro Ligario deprecarentur.

[c] *Cæsar*] Prosopopœia.

Digitized by Google

hoc durius, quod nos domi petimus,[6] id a te in foro oppugnari! et in tali miseria multorum[d] perfugium misericordiæ tollere! 15. Dicam plane, C. Cæsar, quod sentio. Si in hac tanta[7] tua fortuna lenitas[a] tanta non esset, quantam tu[b] per te, per te, inquam, obtines, (intelligo, quid loquar) acerbissimo luctu redundaret ista victoria. Quam multi enim essent[8] de victoribus, qui te crudelem ésse vellent, cum etiam de victis[e] reperiantur! quam multi, qui, cum a te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cum etiam ii, quibus ipse ignovisti, nolint te in alios esse misericordem! 16. Quodsi probare Cæsari possemus, in Africa Ligarium omnino non fuisse; si honesto et misericordi mendacio saluti civis calamitosi consultum esse[c] vellemus;[9] tamen hominis non esset, in tanto discrimine et periculo civis, refellere et coarguere nostrum mendacium: si esset alicujus, ejus certe non esset, qui in eadem causa et fortuna fuisset. Sed tamen aliud est errare[d] Cæsarem nolle, aliud nolle[10] misereri. Tum diceres,[11] 'Cave, Cæsar, credas: fuit in Africa Ligarius: tulit

[a] *Clementia.* [b] *Natura tua.* [c] *Consulere.* [d] *Decipi.*

C S χ, Ven. 1483. Junt. Lamb. 1566. *miserescat* H.—6 Orell. e Fabric. conj. *petiimus.* Actutum, *id te in foro oppugnare* cod. Memm. Lamb. 1566. Weisk. Schutz. Orell. *multorum profugium* C ς. *misericordes* C.—7 *Quod si in hac tanta* Quintil. VIII. 4. 85. *Si in tanta* Colon. Dresd. Lamb. 1566. Statim, *quam tu per te* C H ς χ ψ. Paulo post, *ita victoria redundaret* Lamb.—8 *Quod multi essent* C. *Quin essent* S. *Quia multi essent* T χ. *Quanti essent* ς. Mox, hæc omnia, *cum etiam de victis r. q. m. q. cum a te n. i. vellent*, desunt in T. *ignosci nemini vellent* Ven. 1483. Junt. *nemini vellent ignosci* Erf. *tuam clementiam* Junt. Tum, *ipse* omittunt Dresd. C T. *nolunt* tres codd. Oxon. *esse te in alios* Erf. Colon.—9 Colon. Dresd. Erf. duo codd. Memm. septem Oxon. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Græv. Lall. Orell. *saluti civi calamitoso esse vellemus*, probante Wernsd. *esse* delevit Schutz. de Ernestii conj. Mox, *refellere et redarguere* cod. Steph. Erf. χ ψ, Lamb.—10 C *et aliud non;* Dresd. Pith. S ς, Ven. 1483. *aliud non;* ψ *aliud est.*—11 *Tunc diceres* Erf. Pith. C ς ψ.

NOTÆ

[d] *In tali miseria multorum*] Eos indicat qui Pompeium secuti sunt, quorum una spes est reditus in Cæsaris clementia.

[e] *De victis*] Inter victos fuere Tuberones, nam erant in castris Pompeii; et est argumentum a minore ad majus.

Digitized by Google

arma contra te.' Nunc quid dicis? 'Cave ignoscas.' Hæc nec hominis, nec ad hominem[12] vox est: qua qui apud te, C. Cæsar, utetur, suam citius abjiciet humanitatem, quam extorquebit tuam.

VI. 17. Ac primus[1] aditus[f] et postulatio[g] Tuberonis hæc, ut opinor, fuit; velle se de Q. Ligarii scelere dicere. Non dubito, quin admiratus sis,[2] vel quod de nullo alio[h] quisquam, vel quod is, qui in eadem causa fuisset, vel quidnam novi facinoris afferret. Scelus tu illud vocas,[3] Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit: alii errorem[i] appellant; alii timorem;[k] qui durius, spem,[l] cupiditatem,[m] odium,[n] pertinaciam;[o] qui gravissime, temeritatem:[p] sce-

Cum diceres S. *Tu diceres* Grut. Græv. errore typogr. *Tum* omittunt Rob. Steph. Lamb. Statim, *Cæsar cave credas* e tribus codd. Lamb. *Ligarius* omittunt χ, Colon. duo codd. Lambini.—12 *Hæcne hominis ad hominem* codd. aliquot, Oliv. Lsll. *Hæc non hominis nec ad, &c.* S T ϛ ψ. *utitur* ϛ ψ, Erf. Pith. ut volebat Patric. *abjiciat* C.

Cap. VI. 1 *Hic primus* C χ. *At primum* T. *Ac primum* ψ.—2 Lamb. *demiratus sis.* Mox, *alio quicquam* ϛ. *eadem in causa* Lamb. *novi sceleris* Colon. Dresd. Erf. Pith. H T ϛ ψ, margo Crat. Græv. Schutz. *facinoris* uncis inclusit Orell.—3 Erf. C *id vocasti.* Statim, *enim* omittunt duo codd. Lambini.

NOTÆ

[f] *Ac primus aditus*] Postquam crudelitatem Tuberonis insecutus est, proponit crimen quod ab illo objectum est statim ab orationis principio, quam habuit contra Ligarium Tubero; ostenditque crimen seu scelus non esse appellandum.

[g] *Postulatio*] Antequam nomen alicujus deferretur, potestas a prætore petebatur: atque hæc postulatio nominis delationem præcedebat. Unde Cicero in Divinatione in Verrem, 'Nuper eum in P. Vatinium vir fortissimus et innocentissimus L. Piso delationem nominis postularet.' Deferre vero nomen, est, reum aliquem facere.

[h] *De nullo alio*] Qui nempe Pompeium secutus fuisset.

[i] *Alii errorem*] Putabant bene multi, specie reipubl. decepti, meliores esse partes Pompeii, quam Cæsaris.

[k] *Alii timorem*] Verebantur alii ne nimia Cæsaris potentia in tyrannidem deflecteret.

[l] *Spem*] Nam alii certo certius sperabant fore, ut Pompeius, tot victoriis illustris, nova potiretur.

[m] *Cupiditatem*] Alii non dubitabant quin, si Pompeio studerent, multa bona et magistratus obtinerent.

[n] *Odium*] Alii odio flagrabant in Cæsarem.

[o] *Pertinaciam*] Quia cum semper in superioribus bellis Pompeio adhæsissent, nolebant jam ab eo recedere.

[p] *Temeritatem*] Inconsulta belli gerendi cupiditate abripiebantur alii.

Digitized by Google

lus, præter te, adhuc nemo. Ac mihi quidem,[q] si proprium et verum nomen nostri mali quæratur,[4] fatalis quædam calamitas incidisse videtur, et improvidas hominum mentes occupavisse; ut nemo mirari debeat, humana consilia divina necessitate esse superata. 18. Liceat esse miseros; quanquam hoc victore[5] [r] esse non possumus: sed non loquor de nobis: [*p.* 140.] de illis loquor, qui occiderunt.[e] Fuerint cupidi,[f] fuerint irati,[s] fuerint[6] pertinaces: sceleris vero crimine, furoris, parricidii,[t] liceat Cn. Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere. Quando[7] hoc quisquam ex te, Cæsar, audivit? aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi a te contumeliam propulsare?[u] quid egit tuus ille invictus exercitus, nisi ut suum jus tueretur, et dignitatem tuam? Quid? tu, cum pacem esse[8] cupiebas,[x] idne agebas,

[e] *Mortui sunt.* [f] *Ambitiosi.*

appellabant C T. *quid durius* χ. *et pertinaciam* C T.—4 Codd. duo Oxon. Colon. Ven. 1483. Junt. *quæritur.* Mox, *occupasse* duo codd. Lambini, Junt. Lamb.—5 Cod. Steph. Lamb. *quanquam victore te;* C *quanquam hæc victoriæ;* ς χ *quanquam victores.* Statim, *qui occiderint* C. *qui ceciderunt* χ.—6 *Fuerunt* e. *fuerunt* i. *fuerunt* S ς ψ. *parricidii hactenus caruerunt, liceat* Erf. *parricidii immunes sint, liceat* C T. *aliis* deest in Erf.—7 *Quanquam quando* codex unus Oxon. *ex te quisquam* Diesd. *Quando ex te quisquam* Junt. *Quando hæc ex te quisquam* Lamb. Pro *nisi* H habet *quam.* Tum, *propulsari* ς, Lamb. *ille tuus* Junt. *ille* omittunt Erf. Colon. Ven. 1488.—8 Codd. aliquot omittunt *esse.*

NOTÆ

[q] *Ac mihi quidem*] Postquam protulit, quid de illo bello civili homines judicarent, jam suum interponit judicium, et totam mali causam ad fatalem necessitatem refert. Nam ut dictum est in Orat. pro Marcello, omnia bella civilia fatis ascribebant.

[r] *Hoc victore*] Cæsare.

[s] *Irati*] Cæsari videlicet.

[t] *Parricidii*] Non reus tantum parricidii dicebatur, qui patrem interemisset, sed qualemcumque hominem, ut Festus ait.

[u] *Contumeliam propulsare*] Contumelia triplici affectus est Cæsar, ut ex lib. I. Comment. ejus intelligitur: 1. quod cum per decennium ei fuisset administratio Galliarum credita, successor ei datus sit ante tempus; 2. quod decedenti Galliis et petenti consulatum, ei denegatus sit; 3. quod, recusato ei triumpho, voluerit senatus, ut suæ administrationis rationem redderet.

[x] *Pacem esse cupiebas*] Semper ad pacem Cæsar inclinavit; nam ante civile bellum eam petiit, ut ipse narrat de Bel. Civ. lib. III. et patet ex ejus Epist. ad Oppium Cornelium, quæ extat Epist. ad Att. IX. 6. et ipse Cic. ad Famil. lib. VI. ad Cæcinam, ubi de Cæsaris et Pompeii bel-

Digitized by Google

ut tibi cum sceleratis,[y] an ut cum bonis civibus conveniret? 19. Mihi vero,[z] Cæsar, tua in me maxima merita tanta certe non viderentur, si me, ut sceleratum, a te conservatum putarem. Quomodo autem tu[9] de republica benemeritus esses, si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? Secessionem[a] tu illam existimavisti,[10] Cæsar, initio, non bellum;[b] non hostile odium, sed civile dissidium;[c] utrisque[d] cupientibus rempublicam salvam, sed partim consiliis, partim studiis a communi utilitate aberrantibus. Principum dignitas[e] erat pæne par; non par fortasse eorum, qui sequebantur: causa tum dubia,[11] quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certe ea judicanda est, quam etiam Dii adjuverunt. Cognita vero clementia[f] tua, quis non eam victoriam probet, in qua

Paulo post, *an cum bonis conveniret* Colon. Dresd.—9 *Quomodo tu autem* Junt. *de rep. b. es* C. *esses* omittit Colon.—10 Nonnulli codd. Lamb. Orell. *existimasti.* Statim, *in initio* Colon. C T. *nec hostile* H S ς, Colon. Ven. Lamb. *neque hostile* χ, Erf. *discidium* ψ, Lamb. Tum, *remp. salvam esse* Colon. cod. Steph. C H T ς, Junt.—11 C, Junt. *tum quidem dubia;* χ, Ven. 1483. *tamen dubia.* Mox, *aliquid* suspectum nescio cui ap. Orell. *certe* omittunt Colon. Dresd. Erf. *ea* omittunt Ven. 1483. Junt. *quam bonam Dii judicarunt* cod. Lambini.

NOTÆ

lo loquitur: 'Admirari soleo gravitatem, et justitiam, et sapientiam Cæsaris, qui nunquam nisi honorificentissime Pompeium appellat: at in ejus personam multa fecit asperius: armorum ista, et victoriæ facta sunt, non Cæsaris.'

[y] *Ut tibi cum sceleratis*] A probitate Cæsaris, non scelus esse appellandum contendit, quia non esset passus sceleratos in urbe, multo minus cum iis pacem habuisset.

[z] *Mihi vero*] Alia ratio cur scelus non est. Hanc a se desumit Cicero; quia si eum tanquam sceleratum conservasset, non tanti æstimaret Cæsaris in se merita.

[a] *Secessionem*] Ex Budæo 'dicitur in bello secessio, quod defectionem dicimus.'

[b] *Non bellum*] Bellum proprie geritur contra externos hostes jure gentium.

[c] *Dissidium*] Per hanc vocem *dissidium*, et animorum dissensio, et corporum disjunctio notatur.

[d] *Utrisque*] Tum Pompeiani, tum Cæsariani salvam esse rempub. volebant.

[e] *Principum dignitas*] Principes tunc erant in repub. Pompeius et Cæsar. Pompeius dignitate et factis superior erat Cæsare, at Cæsar Pompeio æquitate causæ, siquidem eam Dii victoria comprobarunt.

[f] *Cognita vero clementia*] A clemen-

Digitized by Google

occiderit nemo, nisi armatus? VII. 20. Sed, ut omittam[1] communem causam,[g] veniamus ad nostram.[h] Utrum tandem[i] existimas[2] facilius fuisse, Tubero, Ligario ex Africa exire, an vobis in Africam non venire? Poteramusne,[k] inquis,[3] cum senatus censuisset? Si me consulis, nullo modo. Sed tamen Ligarium[4] senatus idem legaverat.[l] Atque ille eo tempore paruit, cum parere senatui necesse erat: vos tum[5] paruistis, cum paruit nemo, qui noluit. Reprehendo igitur? minime vero: neque enim licuit[m] aliter vestro generi, nomini, familiæ,[6] disciplinæ: sed hoc non concedo, ut, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis. 21. Tuberonis[7] sors[n] conjecta est ex senatusconsulto, cum ipse non adesset, morbo etiam impediretur: statuerat excusare. Hæc ego novi propter

CAP. VII. 1 *Sed ut omittamus* margo ed. 1584. Weisk. Statim, *veniam* margo ed. 1584.—2 Dresd. C, Junt. *existimas tu*. Mox, *Ligarium ex A. exire, an vos* codd. plerique, edd. ante Grut. Lamb. Weisk. Orell.—3 Codd. omnes Oxon. et edd. ante Lamb. item Orell. *inquies*.—4 *Q. Ligarium* Pith. *senatus item* de Patricii conj. Weisk.—5 Ven. 1483. Naug. Lamb. *tunc*. Verba, *cum parere s. n. e. v. t. p. cum paruit* desunt in T. Statim, *qui nollet* conj. Ernesti. —6 Dresd. omittit *familiæ*.—7 *Tuberoni* Erf. χ. *morbo etiam gravi* cod. Lambini. Deinde, pro *excusare* C H T ς χ ψ, Ven. 1483. Hervag. Naug. Lamb.

NOTÆ

tia quam exhibuit Cæsar, commendat ejus victoriam.

[g] *Communem causam*] Intelligit eam causam, quæ ad omnes Pompeianos pertinet.

[h] *Ad nostram*] Id est, ad Ligarii causam, de qua nunc agitur.

[i] *Utrum tandem*] Jam comparat Ligarii causam cum causa Tuberonis; utrum scilicet Ligarius meliorem habuerit causam in Africa manendi, quam Tubero in eam navigandi. Sic autem utramque comparat, ut justiorem fuisse Ligarii ostendat.

[k] *Poteramusne*] Introducit loquentes duos Tuberones, qui dicebant, se senatus auctoritate in Africam venisse.

[l] *Senatus idem legaverat*] Id est, Ligarius senatusconsulto venerat legatus in Africam: etsi enim proconsules sibi legatos assumerent, tamen de iis erat per unum consulem referendum ad senatum, qui constituebat, quid ea de re sibi placeret.

[m] *Neque enim licuit*] Non improbat Cicero quod Tuberones paruerint senatui; sed probat justiorem habuisse causam Ligarium manendi in Africa, eos autem nullam Ligarium reprehendendi.

[n] *Tuberonis sors*] Fatetur Tuberonem patrem non aliqua cupiditate aut ambitione obtinuisse Africam, sed sortitione juxta leges decernendi provincias. Hanc autem obtinere debuisse Tuberonem Cæsar ipse de Bello Civ. lib. I. declarat.

Digitized by Google

omnes [8] necessitudines, quæ mihi sunt cum L. Tuberone: domi una eruditi,[o] militiæ contubernales,[p] post affines,[q] in omni denique vita familiares: magnum etiam vinculum, quod iisdem studiis semper usi sumus. Scio igitur [9] Tuberonem domi manere voluisse: sed ita quidam aiebat, ita reipublicæ sanctissimum nomen opponebat,[r] ut, etiamsi aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. 22. Cessit auctoritati amplissimi viri,[s] vel potius paruit. Una est profectus cum iis, quorum erat una [a] causa: tardius iter fecit. Itaque in Africam venit jam occupatam.[t] Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potius: nam, si crimen est, illum voluisse,[10 u] non minus

[a] *Eadem.*

Grut. *se excusare;* Junt. *excusare se.*—8 H ς ψ *hominis;* Junt. Naug. ed. 1584. Heum. Mœb. *communes;* Heus. et Schell. *complures.* Paulo post, *denique* omittunt nonnulli codd. Tum, *etiam esse vinculum* ψ.—9 *His rebus scio* H ψ. *domi remanere* ς. *ita qui aiebant* nonnulli codd. Oxon. *ayebant* alii. Mox, pro *opponebat*, codd. plerique, Ven. 1483. Lamb. habent *opponebant;* T *habebant;* C *opponebatur;* S *præponebant.* Groebel. suspic. *ambiebat i. r. s. n. opponebat;* Orell. conj. *urgebat* ... *opponebat.* Mox, *pondera sustinere* H.—10 Ita Weisk. et Mœb. ρ Gruteri Annot. *si crimen est ullum voluisse* codd. aliquot, Grut. Græv. Wolf. Wernsd. *si crimen est, illud voluisse* duo codd. Oxon. *si crimen est, prohibere illum voluisse* Erf. Colon. Ven. 1483. Junt. Lamb. al. ante Grut. item Heum. et Orell. Mox, *arcem omnium provinciarum* Erf. Colon. Vet. Schol. Lamb. Orell. Tum, *obtinere voluisse* codd. et edd. ante Ernesti. *se maluisse* codd. et edd. ante Ernesti. *quam aliquem se imperatorem esse voluisse* cod. unus Oxon. Wald. Junt. *quam aliquem se imperatorem esse maluisse* Crat.

NOTÆ

[o] *Domi una eruditi*] Eruditi fuerunt Tubero et Cicero in urbe Roma, in eadem schola.

[p] *Contubernales*] Ex Vegetio de Re Milit. II. 13. 'Centuriæ in contubernia divisæ sunt: ut decem militibus sub uno papilione degentibus unus præesset decanus, qui caput contubernii nominatur.' Hinc autem inter milites familiaritates nascebantur. Contubernales autem fuerunt in bello Marsico, quod et Italicum et sociale dictum est. Eo bello Cicero in exercitu Cn. Pompeii Strabonis consulis tiro fuit, ut refert ipse Cic. Phil. XII.

[q] *Post affines*] Affinitas per nuptias contrahitur, ut docet Modestinus in lib. IV. D. de gradibus. Forte autem uxor Tuberonis e genere Tullio fuit.

[r] *Sanctissimum nomen opponebat*] Excusat Tuberonem, qui inductus fuit ad illud bellum specie reipub. cujus jura defendere se Pompeiani jactabant.

[s] *Amplissimi viri*] Pompeii partes senatus tuebatur.

[t] *Occupatam*] A Varo.

[u] *Illum voluisse*] In argumento de hoc dictum.

Digitized by Google

magnum est, vos Africam, omnium provinciarum arcem,[x] natam ad bellum contra hanc urbem gerendum, obtinere, quam aliquem maluisse. Atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit. Varus imperium se habere[11] dicebat: fasces certe habebat.[y] 23. Sed quoquo modo sese[12] illud habet, hæc querela vestra, Tubero, quid valet? Recepti in provinciam[13] non sumus.[z] Quid si essetis? Cæsarine[a] eam tradituri fuissetis,[14] an contra Cæsarem retenturi? VIII. Vide, quid licentiæ, Cæsar, nobis tua[1] liberalitas det, vel potius audaciæ. Si[2] responderit Tubero, Africam, quo senatus[b] eum sorsque miserat, tibi patrem suum traditurum fuisse; [*p.* 141.] non dubitabo apud ipsum te, cujus id eum[c] facere interfuit, gravissimis verbis ejus consilium[d] reprehendere: non enim si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata. 24. Sed jam[3] hoc totum omitto; non tam, ut ne offendam tuas patientissimas[4] aures, quam ne Tubero, quod nun-

[4] *Attentissimas.*

Lamb.—11 Lamb. *se habere imperium.* Statim, *certe non habebat* codd. quatuor Oxon. et Pith. *non certe habebat* Junt.—12 Erf. C H S T, Ven. 1483. Junt. *se.* Actutum, *illud habeat* Erf. ψ, Græv.—13 Cod. ap. Arntzen. Plin. Paneg. p. 180. et ϛ *in provincia.*—14 Lamb. *fuistis.* Actutum, *an contra eum* S χ, Ven. 1483. Crat. Lamb. *tentaturi* ψ.

CAP. VIII. 1 C, Junt. *nova tua nobis.*—2 *Sed si* C T, Junt. Mox, *suum* omittit Junt. *dubito* Ernesti de errore typogr. et sic H T ϛ ψ. *id ipsum facere* C T, Dresd. *idem eum facere* χ. *eum* omittit Junt. *consilium ejus* Junt.—3 *Sed tamen* C T ψ. *Sed tantum jam* ϛ. Statim, *non tamen* C T. *ut* omittunt C H T. *propter ne offendam* S χ ψ. *propter id ne offendam* Erf. Dresd. Junt.

NOTÆ

[x] *Arcem*] Aptissima fuit Africa ad inferendum populo Romano bellum: hinc enim tria bella Punica erruperunt.

[y] *Fasces certe habebat*] De fascibus dictum superius. Præferebantur dictatoribus, consulibus, et prætoribus, velut sui magistratus insignia.

[z] *Recepti in provinciam non sumus*] Querelam occupat Tuberonum, qui a Ligario aditu in Africam prohibiti sunt.

[a] *Cæsarine*] Respondet autem jam orator, nempe quod illam provinciam Pompeio non Cæsari servassent, immo potius inde eum oppugnassent.

[b] *Quo senatus*] Id est, quo ex senatusconsulto sortitione facta missus erat.

[c] *Cujus id eum*] Id est, cui utile fuit Africam provinciam a Tuberone tradi.

[d] *Ejus consilium*] Tradendi videlicet Cæsari provinciam, quam a senatu acceperat.

Digitized by Google

quam cogitavit, facturus fuisse videatur. Veniebatis igitur in Africam provinciam, unam ex omnibus huic[a] [4] victoriæ maxime infestam; in qua erat rex potentissimus,[e] inimicus huic causæ, aliena voluntas, conventus firmi[f] atque magni. Quæro, quid facturi fuistis?[5] quanquam quid facturi fueritis, dubitem, cum videam, quid feceritis? Prohibiti estis in provincia vestra[6] pedem ponere, et prohibiti, ut perhibetis, summa cum injuria. 25. Quomodo id tulistis? acceptæ injuriæ[7] querelam ad quem detulistis? nempe ad eum,[g] cujus auctoritatem secuti, in societatem belli veneratis. Quodsi Cæsaris causa in provinciam veniebatis, ad eum profecto exclusi provincia venissetis: venistis ad Pompeium.[8] Quæ est ergo hæc[9] apud Cæsarem querela, cum eum accusatis, a quo queramini vos prohibitos contra Cæsarem bellum gerere? Atque in hoc quidem, vel cum mendacio si vultis gloriari,[10] per me licet, vos provinciam

[a] *Cæsaris.*

—4 Patric. et Ernesti conj. *hujus.* Mox, *aliena voluntas conventus firmi* conjungunt Heum. Weisk. Orell. ut *conventus firmi* sit gen. sing.—5 Ita Pith. Colon. Græv. Schutz. Orell. *fuissetis* codd. plerique, Ven. 1483. Lamb. 1566. *fueritis* Lamb. in marg. ed. 1584. *quanquam quid facturi fueritis* desunt in C. Deinde, *non dubitem ... feceritis* codd. plerique, Ven. 1483. Lamb. Græv. Wolf. Wernsd. Orell. *non dubito ... feceritis* T, Wald. *num dubitem ... feceritis* conj. Weisk. *qui dubitem ... feceritis* conj. Schell.—6 Dresd. C T, Junt. *in provinciam vestram.* Mox, *et prohibiti* omittunt H S ς, Junt. Naug. *ut perhibetis* omittunt Erf. Colon. C T χ ψ, Lamb. in marg. ed. 1584.—7 *Quomodo id t. a. injuriæ* omittit ς. *accepta injuria* C H T.—8 Colon. omittit *venistis ad P.* pro gloss. habuit Heum.—9 Ita nonnulli codd. Wald. Græv. Schutz. Orell. *Quæ est hæc ergo* C H T ς ψ Dresd. Weisk. *Quæ ergo hæc* cod. Steph. *Quæ est ergo* Ven. 1483. Junt. Naug. Lamb. Mox, *accusetis* C H S T χ ψ, Ven. 1483. Junt. Lamb. Tum, *prohibitos vos esse* Erf. *esse vos prohibitos* Dresd.—10 Duo codd. Lambini, Colon. margo ed. 1584. Græv. Schutz. Orell. *si vultis, gloriemini;* Erf. Dresd. S χ ψ, Ven. 1483. Junt. *si velitis gloriari;* C H T ς *si vis gloriari;* Lamb. 1566. *vobis vel c. m. si vultis, gloriari.*

NOTÆ

[e] *Rex potentissimus*] Juba rex Numidiæ, devicto Pompeio, vicissim ipse in Africa superatus est. Is autem infensissimus erat dignitati Cæsaris.

[f] *Conventus firmi*] Ita Festus de conventu: 'Conventus uno modo intelligitur, cum a magistratibus judicii causa populus congregatur.' Hi autem potissimum in Italiæ præfecturis, tum etiam in provinciis fiebant.

[g] *Nempe ad eum*] Pompeio Africam tradere voluisse Tuberones constat.

Digitized by Google

fuisse Cæsari tradituros, etiamsi a Varo et quibusdam aliis prohibiti essetis: ego autem confitebor culpam esse Ligarii, qui vos tantæ laudis occasione privaverit. IX. 26. Sed vide, quæso, C. Cæsar, constantiam ornatissimi viri, L. Tuberonis: quam ego, quamvis ipse probarem,[1] ut probo, tamen non commemorarem, nisi a te cognovissem inprimis eam virtutem solere laudari. Quæ fuit igitur unquam in ullo homine tanta constantia? constantiam dico? nescio, an melius patientiam possim dicere.[2] Quotus enim istud quisque fecisset, ut, a quibus[3] in dissensione civili non esset receptus, essetque etiam cum crudelitate rejectus, ad eos ipsos rediret? Magni cujusdam animi, atque ejus viri esset, quem de suscepta causa, propositaque sententia, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere.[4] 27. Ut enim cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent; honos, nobilitas, splendor, ingenium, quæ nequaquam[5] fuerunt; hoc certe præcipuum Tuberonis fuit, quod justo cum imperio[h] ex senatusconsulto in provinciam suam venerat. Hinc prohibitus, non ad Cæsarem,[i] ne iratus, non domum, ne iners, non aliquam in regionem,[6][k] ne

Idem mox, *Cæsari trad. fuisse.* Tum, *prohibiti non essetis* cod. Ursin. Lall. Schutz. Deinde, *ego tamen* H S ϛ χ ψ, Ven. 1488. Junt. *ego tum* cod. Steph. Pith. Dresd. *confiteor* C S T χ ψ, Dresd. *culpam* deest in ϛ. *privarit* margo ed. 1584.

CAP. IX. 1 Cod. χ ψ, Grut. Græv. *probarim.*—2 Ita Colon. alii codd. Ven. 1483. Schutz. Orell. *possem dicere* Crat. Lamb. Grut. Græv.—3 Omnes codd. Grævii, ceteri plerique, Ven. 1483. Lamb. Weisk. Orell. *a quibus partibus.* Actutum, *in discessione* Colon. *etiam* deest in Erf. Tum, *crudel. ejectus* edd. vett. Deindè, *ad eas ipsas* Grut. Græv. Orell. *ad eas ipsas partes* Colon. *a quibus ... ad eas ipsas partes* Heum. et Mœb.—4 Codd. plerique, septem Oxon. edd. ante Ernesti, Mœb. *viri est ... posset depellere;* Colon. Dresd. *viri est ... possit depellere;* Pith. Rom. Venet. 1483. *viri, quem ... posset depellere.*—5 C T ψ *imperium ingeniumque nunquam.* Mox, *fuit* deest in Colon.—6 C T *aliquamve in regionem;* ψ *ad aliquam regionem.* Statim, *secutus*

NOTÆ

[h] *Justo cum imperio*] Justum imperium dicitur, quod ex senatusconsulto datum est.

[i] *Ad Cæsarem*] Tubero non venit ad Cæsarem, ne iratus videretur Pompeio.

[k] *Aliquam in regionem*] Qua in regione nullus armorum tumultus, nullum bellum esset.

Digitized by Google

condemnare causam illam, quam secutus esset, videretur: in Macedoniam, ad Cn. Pompeii castra venit, in eam ipsam causam, a qua erat rejectus cum injuria. 28. Quid? cum[7] ista res nihil commovisset ejus[d] animum, ad quem veneratis; languidiore, credo,[l] studio in causa fuistis: tantummodo in præsidiis eratis;[m] animi vero a causa abhorrebant: an, ut fit in civilibus bellis, nec in vobis magis, quam in reliquis, omnes vincendi studio tenebamur? Pacis equidem semper auctor fui:[n] sed tum[8] sero:[o] erat enim amentis, cum aciem videres, pacem cogitare. Omnes,[9] inquam, vincere volebamus: tu certe præcipue, qui[e] in eum locum venisses, ubi tibi esset pereundum, nisi vicisses: quanquam, ut nunc se res habet, non dubito, quin hanc salutem[p] anteponas illi victoriæ. x. 29. Hæc ego

[d] *Pompeii.* [e] *Quoniam.*

est C. *secutus erat* ψ. *in Cn. Pomp.* codd. aliquot, etiam T, Ven. 1483. Lamb. *ad* omittunt χ ψ. Deinde, *ejectus* C S T χ, Colon. Ven. 1483. Junt. *rejectus injuria* Lamb. in marg. 1584.—7 *Quod cum* Dresd. Pith. ψ. *Quid tum* χ. *nihil ejus animum, ad q. v. commovisset* Lamb. Mox, *tantum corpore in pr.* conj. Patric. Paulo post, *neque in vobis* Colon. *omnes enim vinc.* duo codd. Oxon. Ven. 1483. Junt. *tenebantur* C T ς, Colon. Dresd. Pith.—8 Colon. Dresd. C T χ ψ, Junt. *sed tamen.* Statim, *viderem de pace cogitare* ψ.—9 *Omnes, omnes* Schutz. et Orell. de Goerenzii conj. Mox, *locum veneras* Erf. S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Lamb. in marg. ed. 1584. *uti tibi* Colon. probante Græv. Paulo post, *nunc sese res* C, Junt. *se* deest in Dresd.

NOTÆ

[l] *Credo*] Ironice loquitur; neque enim coacti in castra Pompeii venerunt Tuberones, sed ira concitati, ut contra Cæsarem pugnarent.

[m] *In præsidiis eratis*] Non ad castra profecti fuerant Pompeii Tuberones, ut tantum essent in illius præsidio, sed revera ut in acie pugnarent.

[n] *Pacis equidem semper auctor fui*] Argumento a minore ad majus, et a se desumto, ostendit Cicero summam fuisse in Tuberone vincendi cupiditatem. Nam licet Cicero semper pacis auctor fuisset, tamen ardebat vincendi cupiditate; ergo majori Tuberones, qui tanto studio Pompeium adjuvabant. Quod autem pacem semper suaserit, patet tum ex Plutarcho, qui refert sæpius de pace scripsisse ad Cæsarem, sæpius Pompeium obsecrasse, ut eam acceptaret, sed incensis utrimque animis nihil effecisse; tum ex Epist. Fam. lib. VII. 16. ad Tironem, ubi testatur se omnia et fecisse et dixisse quæ ad pacem pertinerent.

[o] *Tum sero*] Jam nulla pax fieri poterat cum instructa jam esset acies, et ad prælium expedita.

[p] *Hanc salutem*] Loquitur de salute, quam ipse Cicero obtinuit a

Digitized by Google

non dicerem, Tubero, si aut vos constantiæ vestræ, aut Cæsarem beneficii sui[q] pœniteret. Nunc quæro, utrum vestras injurias,[r] an reipublicæ persequamini:[1] si reipublicæ, quid de vestra in ea causa perseverantia[s] respondebitis? si vestras, videte, ne erretis, qui Cæsarem vestris inimicis iratum fore putetis, cum ignoverit suis.

Itaque num tibi videor, Cæsar, in causa Ligarii occupatus esse?[f 2] num de ejus facto[t] dicere? Quicquid dixi, ad unam summam[g] referri volo vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ. 30. Causas, Cæsar, egi multas, et quidem[3] tecum,[u] [*p.* 142.] dum te in foro[x] tenuit ratio honorum tuorum: certe nunquam hoc modo,[y] 'Ignoscite, judices: erravit: lapsus est: non putavit: si

[f] *Laborare.* [g] *Caput.*

CAP. X. 1 Schell. et Mœb. de Heumanni conj. *persequemini.* Mox, *in illa causa* Colon. Erf. duo codd. Lambini, margo ed. 1584.—2 Ven. 1483. Junt. *esse occupatus.*—3 Duo codd. Goerenzii, Pith. Schutz. Orell. *egi m. equidem.* Statim, *te tenuit in foro* Junt. Lamb. Deinde, *Ignoscite, judices,* ... *ad paren-*

NOTÆ

Cæsare post relatam ab eo victoriam.

[q] *Beneficii sui*] Indicat beneficium salutis, quam ipsi Tuberones obtinuerunt a Cæsare, cum ipsis ignovit.

[r] *Vestras injurias*] Quænam istæ injuriæ? nisi quibus se affectos putaverunt Tuberones cum a portu prohibiti sunt a Ligario. Vide argumentum.

[s] *In ea causa perseverantia*] Constantes illi Tuberones fuerunt in causa Pompeii usque ad Cæsaris victoriam: in quo si peccavit Ligarius, illi quoque peccaverunt.

[t] *De ejus facto*] Id est, de facto Ligarii, de quo accusatus est a Tuberone; quod nempe in Africa fuerit.

[u] *Causas, Cæsar, egi ... tecum*] Antequam prætor esset, multas causas egit Cæsar in foro, et orationes edidit in lucem, quas se Brutus legisse apud Ciceronem libro de Claris Oratoribus ait; et ibidem Cicero de eodem, negat videre se, cui Cæsar debeat cedere; aitque eum elegantem, splendidam, magnificam, ac generosam dicendi rationem tenere.

[x] *Dum te in foro*] Ab anno ætatis suæ vigesimo primo, quo Dolabellam repetundarum accusavit, usque ad annum trigesimum nonum versatus est in foro Cæsar, et causas egit, ut refert Tacitus.

[y] *Nunquam hoc modo*] Apud judices non agitur deprecatione, cum ea tantum apud parentem, non apud judicem valere debeat. Tacite autem et assentatorie Cæsarem patrem patriæ appellat.

Digitized by Google

unquam posthac...' Ad parentem sic agi solet: ad judices, 'Non fecit, non cogitavit, falsi testes, fictum crimen.' Dic, te,[4] Cæsar, de facto Ligarii judicem esse: quibus in præsidiis fuerit,[z] quære: taceo: ne hæc quidem colligo, quæ fortasse valerent etiam apud judicem: 'Legatus ante bellum profectus,[5] relictus in pace, bello oppressus, in eo non acerbus, tum etiam totus animo et studio tuus.' Ad judicem sic agi solet:[6] sed ego ad parentem loquor: 'Erravi; temere feci; pœnitet: ad clementiam tuam confugio; delicti veniam peto; ut ignoscas, oro.' Si nemo impetravit, arroganter;[7] si plurimi, tu idem fer opem, qui spem dedisti. 31. An sperandi Ligario causa non sit, cum mihi[a] apud te sit locus[a][8] etiam pro altero deprecandi? Quanquam neque in hac oratione[9] spes est posita causæ, nec in eorum studiis,[b] qui a te pro Ligario petunt, tui necessarii. XI. Vidi enim et cognovi,[1] quid maxime spectares, cum pro alicujus salute multi laborarent:[b] causas apud te ro-

[a] *Facultas.* [b] *Soliciti essent.*

tem desunt in H.—4 Colon. Dresd. ψ *te oro.* Colon. Dresd. *de factis.* Pro *quære* cod. Steph. et Colon. *quærere.*—5 Dresd. *profectus est.* Mox, *in eo ipso* Erf. Colon. S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Græv. Tum, *non acerbus, totus* Dresd. Græv. Lall. Orell. prob. Wolf. *non acerbus, tametsi totus* Erf. S, Ven. 1483. *non acerbus fuit tametsi totus* C H T ς χ ψ, Junt. Crat. Hervag. Camer. *non acerbus, tametsi fuit totus* Pith. *non acerbus; tum etiam fuit totus* Naug. Manut. Steph. ed. 1584. *non acerbus: quin etiam fuit totus* Lamb. *fuit* post *tuus* excidisse putabat Ernesti.—6 Pith. H ς, Ven. 1483. omittunt *agi solet.* Actutum, *sed ego apud* Erf. Tum, *Erravit t. fecit* Dresd. Pith. C ς χ ψ, Junt. *tuam* omittit cod. Steph. Deinde, *delicto* ς. *ut ignoscatur* χ, Erf. Colon. et duo codd. Lambini.—7 Colon. Dresd. Ven. 1483. Junt. *arroganter peto.*—8 Quintil. v. 10. 93. Ven. 1483. Junt. Schutz. Orell. *locus sit.*—9 Erf. *in hac ratione.* Mox, *neque in eorum* Lamb.

CAP. XI. 1 *Vidi et cognovi* Pith. Mox, *graviores ... vultus* est de conj. Bruti. *gratiosiores ... vultus* Victorius ex optt. codd. Steph. Lamb. in marg. ed. 1584. Græv. Oliv. Lall. Weisk. Orell. prob. Wernsd. *gratiosiores* firmant Colon. Dresd. C, et duo codd. Lambini. *vultus* Colon. Dresd. Pith. quinque

NOTÆ

[z] *Quibus in præsidiis fuerit*] Nullas urbes contra Cæsarem defendit Ligarius.

[a] *Cum mihi*] Argumentum a difficiliori: difficilius enim fuit Ciceroni, qui Pompeium secutus erat, deprecari pro alio, qui Pompeium quoque secutus est, quam alium sperare veniam a Cæsaris clementia.

[b] *Nec in eorum studiis*] Intelligit studia eorum, qui Cæsari necessitate conjuncti erant.

Digitized by Google

gantium[c] graviores esse, quam vultus; neque spectare te, quam tuus esset necessarius is, qui te oraret, sed quam illius, pro quo laboraret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita multa, ut mihi beatiores illi esse[2] videantur interdum, qui tua liberalitate fruuntur, quam tu ipse, qui illis tam multa concedis. Sed video tamen, apud te causas, ut dixi, rogantium[3] valere plus, quam preces; ab iisque te moveri maxime, quorum justissimum dolorem videas in petendo.

32. In Q. Ligario conservando multis tu quidem gratum facies necessariis tuis: sed hoc, quæso, considera, quod soles. Possum fortissimos viros, Sabinos,[d] tibi probatissimos, totumque agrum Sabinum, florem Italiæ ac[4] robur reipublicæ proponere: nosti optime homines: animadverte horum omnium mœstitiam et dolorem: hujus T. Brocchi (de quo non dubito quid existimes) lacrymas squaloremque ipsius[5] et filii vides. 33. Quid de fratribus dicam? Noli, Cæsar, putare, de unius capite[e] nos agere: aut tres tibi Ligarii retinendi in civitate sunt,[6] aut tres ex civitate exterminandi: quodvis exilium his est optatius, quam patria, quam domus, quam Dii penates, uno illo exulante.

[e] *Salute.*

codd. Oxon. Wald. Junt. *gratiores ... vultus* quædam vett. *gratiores ... preces* Ven. 1483. Grut. *gratiosiores ... preces* Lamb. 1566. *graviores ... preces* Heum. Schutz. Mœb. *neque te spectare* Erf. C S T χ, Ven. 1483. Junt. Lamb. Græv. *te* omittunt Crat. Hervag. Naug. Grut. Paulo post, *sed quam illius causa* cod. Steph. C H S T ϛ ψ, Ven. 1483. Junt. *sed quæ illius causa* Erf.—2 Junt. *esse beatiores illi;* Colon. omittit *esse.* Idem cod. *fruantur.* Deinde, *concedas* Colon. Pith. ϛ χ ψ, Ven. 1483. Junt. *credas* C.—3 Erf. *rogantium, ut dixi, causas.* Actutum, *valere plus, quam vultus* Lamb. Tum, *videas dolorem* Erf.—4 C H T ϛ ψ, Naug. Lamb. omittunt *ac.* Mox, *nosti homines istos optime* Junt. *nosti optimos homines* Erf. χ, prob. Græv. *optime* deest in T.—5 Heum. conj. *et ipsius.*—6 *Lig. tibi in civ. ret. sunt* Junt. *Lig. in civ. ret. tibi sunt* Hervag. *Lig. in civ. tibi ret. sunt* Lamb. *tibi* omittunt Ven. 1483. Crat. Naug. ed. 1584. Mox, *nam quodvis exilium* S, Ven. 1483. Junt.

NOTÆ

[c] *Causas apud te rogantium*] Id est, eorum qui rogant pro aliorum salute.

[d] *Sabinos*] Sabinus videtur fuisse Ligarius.

Digitized by Google

Si fraterne, si pie, si cum dolore faciunt; moveant te [7] horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas: [e] valeat tua vox illa, quæ vicit. Te enim [8] dicere audiebamus, nos, omnes adversarios putare, nisi qui nobiscum essent; te omnes, qui contra te non essent, tuos. Videsne igitur hunc splendorem, omnem hanc Brocchorum domum,[f] hunc L. Marcium,[g] C. Cæsetium,[h] L. Corfidium,[9] [i] hosce omnes equites Romanos, qui adsunt veste mutata,[k] non solum notos tibi, verum etiam probatos viros, tecum fuisse? [10] Atque his irascebamur,[11] hos requirebamus,[d] his nonnulli etiam minabamur. Conserva igitur tuis suos; ut, quemadmodum cetera, quæ dicta sunt a te,[12] sic hoc verissimum [l] reperiatur. XII. 34. Quodsi penitus perspicere

[d] *Desiderabamus.*

Tum, *quam domus* desunt in ed. 1584.—7 Colon. Dresd. omittunt *te.* Statim, *illa vox tua* Junt. *vox illa tua* Lamb. 1566. *vox tua illa* Lamb. in marg. ed. 1584. Actutum, *quæ dicit* codd. aliquot ap. Lamb.—8 Pith. omittit *enim.*—9 *L. Cornificium* H S T ϛ ψ, alii codd. et edd. ante Grut. Mox, *qui adstant veste* margo ed. 1584.—10 Orell. e conj. sua, *viros? Tecum fuerunt.* Cod. Steph. omittit *fuisse.*—11 Ita Colon. Dresd. Erf. cod. Steph. duo codd. Lambini, Junt. Græv. Schutz. Orell. *Atque his maxime irasceb.* C T ϛ χ, Ven. 1483. Crat. Herwag. Lamb. Heum. Mœb. Statim, *et hos r. et his . . . minabantur* edd. vett. et Grut.—12 Lamb. Junt. *quæ a te dicta sunt.*

NOTÆ

[e] *Germanitas*] Germanitas est conjunctio inter germanos, qui sunt quasi ex eadem stirpe geniti.

[f] *Brocchorum domum*] Brocchum trem, et filium, qui Ligarii consobrinus fuit.

[g] *L. Marcium*] Marcius eques Romanus fuit, Ligarii affinis.

[h] *Cæsetium*] Ille forte fuit Cæsetius, qui factus tribunus plebis, ejectus est e tribunatu, quod coronam lauream, alba fascia religatam, statuæ Cæsaris impositam, detraxisset.

[i] *L. Corfidium*] Fatetur Cicero hic, errasse Epist. ad Att. XIII. 44. 'Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiavit, quod appelletur L. Corfidius in oratione Ligariana, erratum esse meum; sed, ut aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. Sciebam Corfidium pernecessarium Ligariorum; sed eum video ante esse mortuum. Da igitur, quæso, negotium Pharnaci, Antæo, Salvio, ut id nomen ex omnibus libris tollatur.'

[k] *Adsunt veste mutata*] Non solum rei in judicio vestem mutabant, sed omnes, etiam propinqui, et amici, qui judicio aderant.

[l] *Hoc verissimum*] Dixerat Cæsar, se suos omnes putare, qui contra se non fuissent. Cum igitur Ligarius contra eum arma non sumserit, tanquam suum debet conservare.

Digitized by Google

posses concordiam Ligariorum, omnes fratres tecum [1] [m] judicares fuisse. An potest [2] quisquam dubitare, quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia futurus fuerit, in qua fratres fuerunt? quis est, qui horum consensum conspirantem et pæne conflatum,[n] in hac prope æqualitate fraterna, non noverit? qui hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam, ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur? [*p.* 143.] Voluntate igitur omnes tecum fuerunt: tempestate abreptus [3] est [e] unus; qui, si consilio id fecisset, esset eorum similis, quos tu tamen salvos esse voluisti. 35. Sed ierit ad bellum: discesserit [4] non a te solum, verum etiam a fratribus: hi te orant tui. Equidem, cum tuis omnibus negotiis interessem,[5] memoria teneo, qualis T. Ligarius quæstor urbanus [o] fuerit erga te et dignitatem tuam. Sed parum est, me hoc meminisse: spero etiam te, (qui oblivisci nihil soles, nisi injurias, quoniam hoc est animi,[f] quoniam etiam ingenii tui) [6] te, aliquid de hujus illo quæstorio officio cogi-

[e] ***Divisus est.*** [f] ***Es hoc animo.***

Cap. xii. 1 Lamb. *tecum fratres*.—2 *Aut potest* Dresd. Paulo post, *in eadem s. fuisset futurus* duo codd. Lambini, Ven. 1483. *in e. s. futurus fuisset* Erf. χ ψ, Græv.—3 C ψ *arreptus*.—4 C S T χ ψ, Ven. 1483. Junt. Lamb. *dissenserit*; codex unus Lambini *dissederit*; H *dissiderit*.—5 Lamb. *omnibus interessem negotiis*; C *omnibus necessariis*. *At hæc memoria, &c.* Mox, *qualis tum T. Ligarius* codd. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Naug. Lamb. Orell. *qualis tum fuerit T. Ligarius* T.—6 Lamb. *quoniam est ing. tui*. Statim, *de hujus quæstoris officio* C T, Junt. Lamb. et edd. ante Grut. *de hujus quæstionis off.* S χ. *de hujus illo quæstoris officio* H ψ. *etiam* omittit Dresd. *quibusdam*

NOTÆ

[m] *Omnes fratres tecum*] Duo alii Ligarii istius fratres Cæsarem secuti fuerant. Hic solus fuerat in Africa, qui, si Romæ fuisset cum fratribus, ab iis non recessisset.

[n] *Conspirantem et pæne conflatum*] Metaphoræ sumtæ a ventis.

[o] *Qualis T. Ligarius quæstor urbanus*] Ligarius quæstor urbanus, Lentulo et Philippo coss. cum stipendium Cæsari decretum est, cujus Cicero meminit ad Famil. i. 7. ei præstitit: quo tempore ipse Cicero stipendium se non solum ei decrevisse, sed etiam ut senatus decerneret, laborasse ait, Orat. de Provin. Coss. Porro quæstores urbani curabant ærarium, ejusque pecunias expensas et acceptas in tabulas publicas referebant, ut docet Asconius Verr. iii.

Digitized by Google

tantem, etiam de aliis quibusdam quæstoribus reminiscentem, recordari. 36. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud [7] (neque enim hæc divinabat) nisi ut tu eum studiosum tui, et bonum virum judicares, nunc a te supplex fratris salutem petit: quam, hujus admonitus officio, cum utrisque his dederis, tres fratres optimos et integerrimos, non solum sibi ipsos,[8] neque his tot ac talibus viris, neque nobis necessariis suis, sed etiam reipublicæ condonaveris. 37. Fac igitur, quod de homine nobilissimo et clarissimo [9] M. Marcello [p] fecisti nuper in curia, nunc idem in foro [q] de optimis et huic omni frequentiæ probatissimis fratribus. Ut concessisti illum senatui, sic da hunc populo, cujus voluntatem carissimam semper habuisti: et, si ille dies tibi gloriosissimus, populo Romano gratissimus fuit; noli, obsecro, dubitare, C. Cæsar, similem illi gloriæ laudem quam sæpissime quærere. Nihil est enim tam [10] populare, quam bonitas: nulla de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior, nec gratior misericordia est. 38. Homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando: [11] nihil habet nec fortuna tua majus, quam ut possis; nec natura tua melius, quam

omittunt C, Junt.—7 Lamb. *nihil aliud egit.* Mox, *neque enim hoc* Dresd. C H T ψ. *tui studiosum* Colon. Orell. *tuis studiosum* Lamb. Græv. *tui* omittunt edd. vett. et Grut. Deinde, *tibi petit* C.—8 Schutz. Mœb. Orell. de Ernestii conj. *sibi ipsis.* Colon. omittit *ac* ante *talibus.* Tum *suis* omittunt Colon. Dresd. C H T ς ψ, Ven. 1488. Junt. Hervag. Lamb. pro quo *tuis* habet Erf. Deinde, *condonabis* ψ. *condonaris* margo ed. 1584.—9 Lamb. *clarissimo viro.* Statim, *M. Marcello* omittunt tres codd. Lambini, et Colon. pro gloss. habuit Græv. *M. Marcello restituto* C H T ς ψ, et edd. ante Grut. Tum, *nunc item* conj. Schell.—10 *Nihil est tam* Colon. Dresd. Erf. *Etenim nihil est tam* Junt. Mox, *nec gratior, nec admirabilior* Ven. 1488. Hervag. Naug. Lamb.—11 Ita codd. omnes Oxon. Ven. 1488. Junt. Crat. Grut. seqq. *salute hominibus danda* Hervag. Camer. Lamb. Actutum, *nihil enim habet* C ψ, alii codd. et Junt. Tum, *tua* omittunt cod. Steph. Colon. et duo Lambini. Pro *servare*, quod habent C S T ς ψ, Colon. Erf. duo codd. Lambini, Græv.

NOTÆ

[p] *M. Marcello*] Pepercit M. Marcello Cæsar, licet infensissimo sibi; de cujus acerbitate palam in senatu conquestus fuerat.

[q] *In foro*] In foro agebatur hæc Ligarii causa.

ut velis, servare quamplurimos. Longiorem orationem causa forsitan[12] postulat, tua certe natura breviorem. Quare, cum utilius esse arbitrer, te ipsum, quam aut me, aut quenquam,[13] loqui tecum, finem jam faciam: tantum te ipsum admonebo, si illi absenti salutem dederis, præsentibus his omnibus te daturum.

Schutz. Orell. *conservare* H χ, et edd. vett.—12 Erf. *forsan*.—13 Junt. *quenquam alium*. Mox, *te admonebo* Manut. Steph. Lamb. Weisk. *te admoneo* Dresd. *te ipsum admoneo* C ψ, ut volebat Heum. *ipsum* uncis inclusit Orell. Denique, *omnibus* omittit Lamb. cum duobus codd.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

PRO REGE DEIOTARO

AD C. CÆSAREM

ORATIO XLII.

ARGUMENTUM.

Deiotarus tetrarcha Gallo-Græciæ sive Galatiæ fuit. Is, quod summa ejus in Romanos fides constabat, a Pompeio regno Armeniæ Minoris donatus, et a senatu rex est appellatus. His beneficiis senatus Pompeiique permotus, cum in bello civili Pompeio auxilia misisset, Cæsaris animum offendit. Itaque bello Alexandrino composito, cum Cæsar in Asiam, Pharnacis Ponti regis bello persequendi causa, venisset, eo devicto, Deiotarum etiam regno Armeniæ mulctavit, nomen autem regium et reliqua senatus beneficia concessit. Quo tempore, cum ad eum divertisset Cæsar, liberalissime a rege habitus est, magnificeque donatus. Graves autem inimicitiæ intercedebant Deiotaro cum Castore, ex filia nepote, quæ Saocondario nupserat. Itaque cum Castor omnem avo nocendi occasionem captaret, ad eam rem abusus est tempore illo, quo Cæsar ad Deiotarum diversatus erat. Nam, abducto ab avo servo medico Phidippo, misit eum cum legato Romam, accusandi avi causa, quod Cæsari apud se diversanti insidias fecisset. Legati Deiotari causam ad Ciceronem detulerunt, antiquum Deiotari hospitem et amicum. Is, causa suscepta, coram Cæsare, intra domesticos parietes, Deiotarum defendit, et non modo caput accusationis diluit, sed cetera etiam, quæ criminis confirmandi causa allata erant, tanquam, de odio Deiotari in Cæsarem, de exercitu contra eum comparato, et alia.

I. 1. [*Ed. Ald.* p. 144.] Cum in omnibus causis gravio-

Digitized by Google

ribus, C. Cæsar, initio[1] dicendi commoveri soleam[a] vehementius, quam videtur vel usus,[a] vel ætas mea postulare; tum in hac causa ita me multa perturbant, ut, quantum mea fides studii[b] mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat. Primum dico pro capite[c] fortunisque regis:[2] quod ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo;[c] tamen est ita inusitatum regem capitis reum esse, ut ante hoc tempus non sit auditum. 2. Deinde eum regem, quem ornare antea cuncto cum senatu solebam,[3] pro perpetuis ejus in nostram rempublicam meritis,[d] nunc contra atrocissimum crimen cogor defendere. Accedit,[4] ut accusatorum alterius crudelitate,[d] alterius indignitate[e] conturber. Crudelem Castorem![5] ne dicam sceleratum et impium; qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit, adolescentiæque suæ terrorem[f] intulerit ei, cujus senectutem tueri et tegere debebat; commendationemque ineuntis ætatis ab impietate et

[a] *Exercitatio.* [b] *Animi.* [c] *Salute.* [d] *Beneficiis.*

CAP. I. 1 C *in initio.* Mox, *quam videatur* Colon. C H *u* ψ. *vel ætas mea, vel usus* codex unus Lambini. *tamen in hac causa* C S *u* ϛ ψ, Ven. 1483. Junt. *ita multa me* Colon. Tum, *mihi* omittunt χ 1. 3. *tantum mihi facultatis* Dresd. Ven. 1483. Junt. *tamen facultatis* C T *u* ϛ ψ.—2 C S *u* ϛ ψ *regis Deiotari.* Pro *etsi,* C H S T *u* ψ, cod. Steph. Ven. 1483. Junt. habent *si.* Mox, *regem reum capitis* duo codd. Lambini.—3 Quatuor codd. Regg. C T *u* ϛ χ 3. edd. ante Grut. et Lamb. *solebamus.* Mox, *nunc autem contra* S.—4 *Et accedit* C *u* ψ. Paulo post, C H T ϛ ψ, Naug. Lamb. al. ante Grut. *perturber.*—5 *Crudelis Castor u* ϛ, Crat. Lamb. *Crudelem Castoremne dicam, an scel.* Ven. 1483. Junt. Mox, *commendationem intuentis* Steph. Lamb. Heum. Mœb. Deinde, *et a scelere* C H T, Junt. Lamb. *et ab scelere* Colon. Pith. S, Ven. 1483.—

NOTÆ

[a] *Commoveri soleam*] Vide Divinat. in Verr. § 41.

[c] *In tuo duntaxat periculo*] Iniquum vult esse, dicere pro rege, nisi ageretur de vita Cæsaris, quæ omnium aliorum vitæ longe anteponenda est, propter summa ejus in rempublicam merita.

[d] *Alterius crudelitate*] Carpit Castorem, qui nepos avum accusat.

[e] *Alterius indignitate*] Jam notat Phidippum medicum, qui servus dominum accusat, quem vitæ periculo tueri deberet.

[f] *Adolescentiæque suæ terrorem*] Mos fuit apud Romanos, ut adolescentes sibi commendationem facerent magnatum accusatione.

Digitized by Google

scelere duxerit;[f] avi servum, corruptum præmiis, ad accusandum dominum impulerit, et a legatorum pedibus[g] abduxerit. 3. Fugitivi[h] autem, dominum accusantis, et dominum absentem, et dominum amicissimum nostræ reipublicæ, cum os[ε] videbam, cum verba audiebam; non tam[6] afflictam regiam[i] conditionem dolebam, quam de fortunis communibus extimescebam. Nam, cum more majorum de servo in dominum,[k] ne tormentis[7] quidem, quæri liceat (in qua quæstione dolor veram vocem elicere possit etiam ab invito); exortus est servus, qui, quem in equuleo[l] appellare non posset, eum accusaret solutus. II. 4. Perturbat me, C. Cæsar, etiam illud[1] interdum; quod tamen, cum te penitus recognovi,[δ] timere desino: re enim iniquum est,[m] sed tua sapientia fit æquissimum. Nam dicere apud eum[2] de facinore, contra cujus vitam consilium facinoris inisse arguare, si per seipsum consideres, grave est: nemo enim fere est, qui sui

[f] *Auspicatus sit.* [ε] *Impudentiam.* [δ] *Cognovi valde.*

6 Cod. χ omittit *cum verba audiebam: non tam.*—7 C H S ν ψ *nec tormentis.* Statim, *quærere liceat: in qua q. ne dolor* C. Tum, *elicere veram vocem* duo codd. Lambini et Junt. Deinde, *accusaret* est e conjectura Ernestii, pro quo codd. et edd. habent *accuset.*

Cap. II. 1 Lamb. *illud etiam;* χ 8 omittit *etiam.* Mox, *quod tantum* idem cod. *est* post *iniquum* omittit Pith.—2 *Nam apud eum dicere* Lamb. Paulo post, *inisse argueris* C ψ. Pro *si* H S ς habent *cum.* Tum, *considere* χ 8.—

NOTÆ

[g] *Legatorum pedibus*] Hyperbole ad augendum servi scelus: eum enim cum legatis suis Romam miserat Deiotarus: ibi tamen eo impietatis devenit, ut corruptus pecunia a Castore, quasi facinoris ipsius conscius, dominum accusaverit.

[h] *Fugitivi*] Fugitivus dicitur tum qui consilium fugiendi a domino suscepit, tum qui de facto fugit.

[i] *Non tam afflictam regiam*] Significat ab illo tam pernicioso servi exemplo, toti reipublicæ periculum imminere; quis enim se tutum a servorum perfidia pollicebitur?

[k] *De servo in dominum*] Vide Orat. pro Mil. § 60.

[l] *Quem in equuleo*] Argumentatur a minore ad majus. Si non licet a servo quæri in dominum, multo minus licet a servo dominum accusari. Porro equuleus tormenti genus est ad extorquendam a reis veritatem, ab equi forma dictum. Tamen aliqui ardentem laminam interpretantur.

[m] *Re enim iniquum est*] Iniquum est, ut reus apud Cæsarem defendatur, qui vitæ ejus struxisse insidias accusatur.

Digitized by Google

periculi judex, non sibi se æquiorem, quam reo præbeat: sed tua, C. Cæsar, præstans singularisque natura hunc mihi metum minuit: non enim tam timeo, quid tu de rege Deiotaro, quam intelligo, quid de te ceteros[3] velis judicare. 5. Moveor etiam loci ipsius[4] insolentia,[i] quod tantam causam, quanta nulla unquam in disceptatione[k] versata est, dico intra domesticos[n] parietes, dico extra conventum[o] et eam frequentiam, in qua oratorum studia niti solent: in tuis oculis, in tuo ore vultuque acquiesco:[l] te unum intueor: ad te unum omnis mea[5] spectat oratio: quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis gravissima sunt, ad motum animi et ad omnem impetum dicendi contentionemque leviora. 6. Hanc enim, C. Cæsar, causam si in foro dicerem, eodem audiente et disceptante te,[6] quantam mihi alacritatem[m] populi Romani concursus afferret! Quis enim civis ei regi[7] non faveret, cujus omnem ætatem in populi Romani bellis consumtam esse meminisset? Spectarem curiam, intuerer forum, cœlum denique testarer ipsum.[8] Sic, cum et Deorum immortalium, et populi Romani, et senatus beneficia in regem Deiotarum recordarer, nullo modo mihi deesse[9] posset oratio. 7. Quæ quoniam angustiora parietes faciunt, actioque causæ maxime[10] debili-

[i] *Solitudine.* [k] *Controversia.*
[l] *Habeo spem meam repositam in te uno.* [m] *Vigorem.*

3 C ʁ ψ *de ceteris.*—4 Colon. Dresd. *loci vel vocis ipsius.* Mox, *ulla nunquam* ψ. *unquam* deest in C. *domesticos* omittunt Colon. H. *dico intra conv.* C ʁ ϛ ψ.—5 Colon. C T ʁ ϛ, et Vet. Schol. omittunt *mea.* Statim, *gratissima sunt* ψ. *gravia satis sunt* C.—6 Ven. 1483. Junt. *te eodem audiente et spectante.*—7 *Quis enim ei* cod. Steph. et aliquot Oxon. Statim, *æstatem omnem* Lamb.—8 C T *contestarer;* Patric. conj. *contemplarer.*—9 Margo ed. 1584. *deesse mihi.*—10 Lamb. in marg. ed. 1584. e duobus codd. *actioque maximæ causæ.* Paulo

NOTÆ

[n] *Intra domesticos*] In domo Cæsaris hæc agebatur causa, ubi nemo judex præter illum, nullus populi conventus; ideoque difficilior oratori, quia facilius multitudo quam unus permovetur: mutuo enim studia accenduntur.

[o] *Extra conventum*] Quoties in foro causæ agebantur, præter judices, multi ad oratores audiendos confluebant; qua frequentia non mediocriter illi ad dicendum accendebantur.

Digitized by Google

tatur loco; tuum est, Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, [p. 145.] quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre;[a] quo facilius tum æquitas tua, tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationem meam.

Sed antequam de accusatione ipsa dico,[11] de accusatorum spe[p] pauca dicam: qui cum videantur neque ingenio, neque usu atque exercitatione[12] rerum valere, tamen ad hanc causam non sine aliqua spe et cogitatione venerunt. III. 8. Iratum te regi Deiotaro fuisse non erant nescii:[a] affectum[1] illum quibusdam incommodis et detrimentis,[a] propter offensionem animi tui, meminerant: teque cum huic iratum, tum sibi amicum cognoverant: cumque apud ipsum te de tuo periculo dicerent, fore putabant, ut in exulcerato[b] animo facile fictum crimen insideret.[c 2] Quamobrem hoc nos primum metu, C. Cæsar,[3] per fidem, et constantiam, et clementiam tuam, libera, ne residere in te ullam partem iracundiæ suspicemur. Per dextram te istam oro,[4] quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti:[b]

[a] *Judicare ex te ipso quem animum habeam.*
[a] *Ignorabant.* [b] *Commoto.* [c] *Infigeretur.*

post, *mihi nunc* tres codd. Lambini, Junt. Lamb. in marg. 1584.—11 C T *u* χ 3. ψ *dicam.*—12 Cod. Steph. *neque usu, neque exercitatione; u ς ψ neque exercitatione;* Schutz. de Ernesti conj. *neque usu rerum atque exerc.*

CAP. III. 1 Colon. Erf. C *u* χ 1. 3. ψ, Schol. Græv. et Ambros. *afflictum.* Mox, *animi tui offensionem* Lamb. *tum* pro *meminerant* C *u*. *teque tum* C T, Junt. *amicum esse* C H T *u* ς ψ, Colon. Dresd. Erf. cod. Steph. duo Lambini, et ed. Lamb. *amicum fuisse* Ven. 1483. Junt. *quodque aperte ipsum* C. *quodque apud ipsum te* H ς, duo codd. Lambini, et ed. 1584. *te ipsum* Colon. Dresd. Junt.—2 H ς *consideret; ψ insiderent.*—3 *C. Cæsar* omittit ψ. Prænomen *C.* omittunt C H S T. *per constantiam u* χ 3. ψ.—4 *Et per d. te i. oro*

NOTÆ

[p] *De accusatorum spe*] Accusatores sunt Castor, et Phidippus medicus, servus Deiotari.

[a] *Detrimentis*] Collegerant a signis accusatores, infensum fuisse Deiotaro Cæsarem; nam Mediam ipsi detraxerat Cæsar, quam uni e suis comitibus Græcis dederat: Armenia, quam obtinuerat a senatu, eum privavit: magnam pecuniæ summam imperaverat. Et Philipp. II. § 79. 'Quis enim cuiquam inimicior quam Deiotaro Cæsar?'

[b] *Porrexisti*] Cum Cæsar, confecto bello Alexandrino, ad Ponticum proficisceretur, hospitio exceptus est a Deiotaro.

Digitized by Google

istam, inquam, dextram, non tam in bellis, et in præliis, quam in promissis et fide firmiorem. Tu illius domum inire,[d] tu vetus hospitium[c] renovare voluisti: te ejus Dii penates[d] acceperunt: te amicum et placatum Deiotari regis aræ focique[e] viderunt. 9. Cum facile exorari,[5] Cæsar, tum semel[e] exorari soles: nemo unquam te[f] placavit inimicus, qui ullas resedisse in te simultatis reliquias senserit. Quanquam cui sunt inauditæ cum Deiotaro[6] querelæ tuæ? nunquam tu illum accusavisti, ut hostem, sed ut amicum officio parum functum, quod propensior in Cn. Pompeii amicitiam fuisset, quam in tuam: cui tamen ipsi rei[7] veniam te daturum fuisse dicebas, si tantum auxilia Pompeio, vel si etiam filium misisset, ipse excusatione ætatis usus esset.[g] Ita cum[8] maximis eum rebus liberares,[h] perparvam amicitiæ culpam relinquebas. 10. Itaque non so-

[d] *Intrare.* [e] *Integre.*

C *v*. *Per d. istam te oro* Colon. Dresd. Pith. tres codd. Lambini, Ven. 1483. Junt. margo ed. 1584. *Per, te, dextram istam oro* conj. Orell. Paulo post, *tam* delet Schutz. de conj. Manut. *non eam in bellis* conj. Wolf. *neque in præliis* Colon. Dresd. C ς ψ, Lamb. Orell. *nec in præliis v.*—5 *Tu facile orari* C T. *Cum facile orari* Colon. Erf. χ 1. 3. ψ, Junt. Mox, *residisse* C et Colon. —6 Rom. Ven. 1483. Junt. *de Deiotaro*. Statim, *sed ut amici* S, Ven. 1483. Junt.—7 Ita Colon. Erf. Pith. cod. Steph. Græv. Lall. Schutz. *regi* al. Utrumque pro gloss. habuit Heum. Mox, *si, cum auxilia* duo codd. Regg. *s* ψ, Lamb. Grut. Lall. Orell. *si tum auxilia* plerique codd. Ven. 1483. Crat. Grut. *si tantum aux.* Græv. Schutz. Alterum *si* omittunt S, Lamb. Lall. Orell. *ipse modo excusatione* C H ς. *ipse tamen excusatione v* ψ, et edd. vett. *ipse tamen ætatis excus.* Lamb. *ætatis* deest in T.—8 *Itaque cum* H *v*, Crat. Naug. Lamb. 1566. Grut. Statim, *de rebus* Rom. Ven. 1483. Junt. *inimicitiæ culpam* Colon. Dresd. Pith. cod. Steph. C H ς χ 3. *in amicitia culpam* duo codd.

NOTÆ

[c] *Vetus hospitium*] De hospitio dictum est Orat. pro Sextio, § 10.

[d] *Dii penates*] De iis dictum in Orat. pro Mil. § 39.

[e] *Aræ focique*] Foci domestici suam habuerunt religionem, in quos ciborum primitias, et libationes inferebant. Reges vero et principes aras privatas in suis ædibus habere consueverant.

[f] *Nemo unquam te*] Ostendit hic, quod statim atque Cæsar exoratur, omnino placatus sit, nullæque in eo odii reliquiæ supersint.

[g] *Ætatis usus esset*] Jam erat sexagenarius Deiotarus, ideoque jam a belli legibus immunis; sed frui hoc otio noluit Deiotarus, ideoque ipsi iratus Cæsar.

[h] *Maximis eum rebus liberares*] Deiotaro Cæsar ignoverat, quod auxilia et filium Pompeio miserat.

Digitized by Google

lum in eum non animadvertisti, sed omni[9] metu liberavisti, hospitem agnovisti, regem reliquisti:[i] neque enim ille odio tui progressus, sed errore communi lapsus[k] est. Is rex, quem senatus hoc nomine sæpe honorificentissimis decretis appellavisset, quique illum[10] ordinem ab adolescentia gravissimum sanctissimumque duxisset,[f] iisdem rebus est perturbatus, homo longinquus et alienigena,[g] quibus nos, in media republica nati, semperque versati. IV. 11. Cum audiret,[1] senatus consentientis auctoritate arma sumta; consulibus, prætoribus,[l] tribunis plebis, nobis imperatoribus[m] rempublicam defendendam datam; movebatur animo, et vir, huic imperio amicissimus, de salute populi Romani extimescebat, in qua etiam suam inclusam videbat. In summo tamen timore quiescendum sibi esse arbitrabatur:[2]

[f] *Æstimavisset.* [g] *Externus.*

Lambini, et ed. Lamb.—9 Lamb. *sed eum omni.* Mox, *neque enim illo* de Heumanni conj. Schutz. *neque enim ille eo* Patric. *progressus est* C H S T *u* ς ψ, Ven. 1483. Junt. *aliquo progr.* conj. Ernesti.—10 Ven. 1483. Junt. Crat. Naug. *qui eum illum; u* χ 1. 2. ψ *quique cum illum.* Paulo post, *perturbatus est* Lamb. *homo* deest in C.

Cap. IV. 1 *Cum enim audiret* Dresd. C *u* ψ. *Cum audisset* Crat. Hervag. Naug. Lamb. *consentientis* deest in Colon. Dresd. C. *sumta esse* C H S T *u* ς ψ, cod. Steph. Ven. 1483. Junt. *esse sumta* Lamb. Pro *nobis* codd. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Naug. Grut. Græv. *novis.* Mox, *animo vir, ... et de salute* conj. Patric. *animo vir i. a.; de salute* suspic. Wolf. Deinde, *esse inclusam videbat* Lamb. in marg. ed. 1584. *inclusam esse videbat* al. ante Ernesti.—2 Colon. Pith. et tres codd. Oxon. *quiescendum ut sibi esset arb.* Mox, *ei nuntiabatur* Colon. Pith. cod. Steph. Lamb. in marg. ed. 1584. *esse* ante

NOTÆ

[i] *Regem reliquisti*] Cæsar reliquit avitum Gallogræciæ regnum Deiotaro, et aliis privavit.

[k] *Errore communi lapsus*] Non odio incitatus contra Cæsarem, ad Pompeium profectus est Deiotarus; sed errore communi ductus; quia videlicet videbat consules et senatores quamplurimos esse in castris cum Pompeio.

[l] *Consulibus, prætoribus, &c.*] Conflato bello civili, L. Lentulo et C. Marcello consulibus, senatusconsultum factum est, quo jubebatur, ut illi omnes viderent, ne quid detrimenti caperet respublica: cum autem semper addictus fuisset populi Rom. saluti Deiotarus, non potuit non partes senatus, et magistratuum sequi.

[m] *Nobis* [*novis*] *imperatoribus*] Per novos imperatores, eos intelligit viros consulares, qui antea nomen imperatoris non obtinuerant, at qui eo jam fruebantur, ut Cicero, qui e Ci-

Digitized by Google

maxime vero perturbatus est, ut audivit, consules ex Italia profugisse, omnesque consulares, (sic enim nuntiabatur) cunctum senatum, totam Italiam esse effusam:[n] talibus enim nuntiis et rumoribus patebat ad Orientem via,[o] nec ulli veri[3 p] subsequebantur. Nihil ille de conditionibus[q] tuis, nihil de studio concordiæ et pacis,[4] nihil de conspiratione audiebat certorum hominum[r] contra dignitatem tuam. Quæ cum ita essent, tamen usque eo se tenuit,[h] quoad a Cn. Pompeio[5] ad eum legati literæque venerunt. 12. Ignosce, ignosce, Cæsar, si ejus viri[s] auctoritati rex Deiotarus cessit, quem nos omnes secuti sumus: in quem cum Dii atque homines omnia ornamenta congessissent, tum tu ipse plurima et maxima. Neque enim, si tuæ res gestæ ceterorum laudibus obscuritatem attulerunt, idcirco Cn. Pompeii memoriam amisimus. Quantum nomen ejus[6] fuerit, quantæ opes,[i] [*p.* 146.] quanta in omni genere bellorum[t] gloria, quanti honores populi Romani, quanti se-

[h] *Continuit domi.* [i] *Quanta potentia.*

effusam omittunt Colon. Pith. C H T.—3 Colon. Pith. S χ, Ven. 1483. Junt. *nec ulli veri nuntii;* C ψ *sed nulli veri nuntii;* H T *nulli veri nuntii*, omisso *nec.* —4 Lamb. *pacis et concordiæ.* Statim, *audebat* χ 1. 3. *ceterorum hominum* C *u* ς ψ. *ceterorum omnium* H.—5 Colon. Erf. C S χ 1. Ven. 1483. *quo a Cn. P.* Junt. *quoad Cn. Pompeii.* Mox, *legati ad eum literæque* duo codd. Lambini, et margo ed. 1584. *ad eum* omittit C.—6 *Quantum nunc illius* C H T. *Quan-*

NOTÆ

licia proconsul redibat.

[n] *Esse effusam*] Cum Cæsar, rediense Gallia provincia, Romam armatus, et triumphans intrare vellet, prohibitus est; iratus cum copiis ad urbem venit: quod cum audiere consulares et consules, statim ex urbe profugerunt.

[o] *Orientem via*] Id est, in Asiam, ubi regnum erat Deiotari.

[p] *Ulli veri*] Rumores scilicet.

[q] *De conditionibus*] Has conditiones Pompeius offerebat; ut consul Cæsar non fieret, nisi prius provinciam et exercitum successori reliquisset: at contra Cæsar se salvum esse non posse objiciebat, si exercitum dimisisset: consentiebat tamen, ut simul exercitum dimitterent. Vide Epist. Matii ad Ciceronem, Epist. ad Divers. XI. 28.

[r] *Certorum hominum*] Indicat Lentulum et Marcellum, qui Cæsaris dignitati et triumpho, quem petebat, resistebant.

[s] *Ejus viri*] Pompeium intelligit, qui summa auctoritate tum apud civitatis principes, tum apud Deiotarum valebat.

[t] *In omni genere bellorum*] Bella

natus, quanti tui, quis ignorat? tanto ille superiores vicerat gloria, quanto[7] tu omnibus præstitisti. Itaque Cn. Pompeii bella, victorias, triumphos, consulatus, admirantes numerabamus;[8] tuos enumerare non possumus. v. 13. Ad eum igitur rex[1] Deiotarus venit, hoc misero fatalique bello, quem antea justis hostilibusque bellis[u] adjuverat;[x] quocum erat non hospitio solum, verum etiam familiaritate conjunctus: et venit vel rogatus,[2] ut amicus; vel arcessitus, ut socius; vel evocatus,[y] ut is, qui senatui parere didicisset: postremo venit, ut ad fugientem, non ut ad insequentem,[z] id est, ad periculi, non ad victoriæ societatem. Itaque, Pharsalico prælio facto, a Pompeio discessit: spem infinitam[a] persequi[3] noluit: vel officio, si quid debuerat, vel errori, si quid nescierat, satisfactum esse duxit: domum se contulit: teque Alexandrinum bellum gerente,[b] utilita-

tum nomen illius Dresd. cod. Steph. Junt. *fuerint* C.—7 Erf. aliquot Oxon. Ven. 1483. Junt. *quanto ille . . . tanto.* Actutum, *tu in omnibus* Colon. Dresd. Pith. C *u* ς.—8 Cod. ψ *adnumerantes mirabamur.* Statim, *tuos autem* Junt.

Cap. v. 1 C omittit *rex.* Mox, *et fatali bello* Pith. *quem ante* Lamb.—2 C *ut vel rogatus.* Statim, *vel vocatus* quinque codd. Oxon. Paulo post, *non ut insequentem* H *u.* *et ut ad inseq.* ς. Deinde, *ad periculum* Erf. Pith. C.

NOTÆ

maritima cum piratis, et terrestria cum aliis hostibus gessit: de quibus fuse in Orat. pro Lege Manil. et pro Cornelio Balbo, § 9.

[u] *Justis hostilibusque bellis*] Bella justa externa dicuntur, quæ contra hostes populi Romani, non quæ contra cives geruntur.

[x] *Adjuverat*] Deiotarus Pompeium adjuverat in bello Mithridatico.

[y] *Evocatus*] Evocati ceteris militibus præstantiores habebantur; quique emeritis stipendiis, sive ex civibus, sive ex sociis, aut literis, aut precibus, aut nuntiis ab imperatore ad bellum evocabantur; unius præfecti imperio suberant: ab excubiis, ab operibus castrorum eximebantur, ac cum imperatore tantum in acie dimicabant.

[z] *Insequentem*] Deiotarus non venit ad Pompeium hostem victum persequentem, sed ut fugientem amicum in periculo adjuvaret.

[a] *Spem infinitam*] Postquam victus et fugatus est Pompeius, apud se recessit Deiotarus; nec incertum bellum, quod ex reliquiis Pompeii, Scipio et Cato restaurare voluerunt, persecutus est.

[b] *Alexandrinum bellum gerente*] Victo Pompeio, venit Cæsar in Ægyptum, relicto Domitio Calvino in Asia, ut eam cum finitimis provinciis [illegible] ministraret. Ad eum venit Dei[illegible]rus orans, ne minorem Armeni[illegible]egnum suum, neve Cappado[illegible], regnum Ariobarzanis, occu[illegible] vastarique a

tibus tuis paruit.[4] 14. Ille exercitum Cn. Domitii, amplissimi viri, suis tectis et copiis[b] sustentavit: ille Ephesum[c] ad eum, quem tu ex tuis[5] fidelissimum et probatissimum omnibus delegisti, pecuniam misit: ille iterum, ille tertio, auctionibus factis,[d] pecuniam dedit, qua ad bellum utereris: ille corpus suum periculo objecit, tecumque in acie contra Pharnacem[e] fuit, tuumque hostem esse duxit suum. Quæ quidem a te in eam partem accepta sunt, C. Cæsar, ut eum amplissimo regis honore[f] et nomine[6] affeceris.

15. Is igitur, non modo a te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur domi te suæ interficere

[b] *Facultatibus.*

—3 Colon. et ς *sequi.*—4 Lamb. conj. *patuit.*—5 Dresd. C H υ ψ *ex civibus*; cod. Steph. *ex militibus.* Actutum, *et probatissimum* omittunt cod. Steph. C H T ς, Lamb. *omnibus* omittunt cod. Steph. υ ψ. *delegasti* C. *pecuniam misit* desunt in eodem codice. Tum, *ille tertium* Lamb. *auctoribus factis* s. *auctionis factis* χ 1. *qua ad b. uteremini* C H υ ς ψ. *qua ad b. uterere* Erf. et Orell. *tecum in acie* cod. Steph. *duxit esse* Junt. Lamb. *esse* delendum putat Orell. *ad se duxit* χ 1. 3.—6 Colon. Dresd. Junt. Græv. *ampl. honore et regis nomine.* Verba, *amplissimo r. h. et n. a. Is i. n. m. a te p. l. sed etiam*, desunt in C. *a te* omittunt Colon. et Dresd. Mox, *te domi suæ* duo codd. Lambini, Colon.

NOTÆ

Pharnace pateretur; neque aliter pecuniam imperatam a Cæsare posse persolvere. Domitius adversus Pharnacem in Armeniam agmen ducit: huic duas legiones adjunxit Deiotarus, quas ad Romanum morem jam a longo tempore instituerat: ad Nicopolim pugnatum est. Multis ex amicis, cum magna militum Deiotari parte, interfectis, Domitius se in Asiam per Cappadociam recepit. Ita Hirtius de Bello Alexandrino.

[c] *Ephesum*] Ephesus urbs Ioniæ fuit, Dianæ templo celebris; quam Amazones condidisse ferunt.

[d] *Auctionibus factis*] Auctio est publica rei alicujus venditio, quæ ei qui plus offert, ceditur. Supellectilem suam ita vendidit Deiotarus, ut Cæsari pecuniam suppeditaret.

[e] *Pharnacem*] Pharnaces filius fuit Mithridatis: qui, cum Cæsarem aliis bellis occupatum videret, Ponti regiones, quibus spoliatus fuerat a Romanis, armis sibi restituere conatus est.

[f] *Regis honore*] Hirtius de Bello Alex. refert, quod, cum Cæsar adversus Pharnacem iret, Deiotarus, positis regiis insignibus, privato, et reorum habitu, supplex venerit ad Cæsarem, ab eo veniam impetraturus, quod Pompeium secutus esset: cui Cæsar, commemoratis beneficiis, quibus eum affecerat, propter vetus hospitium, dignitatem, et ætatem, ignovit, vestitumque ei regium restituit.

Digitized by Google

voluisse: quod tu, nisi eum furiosissimum judicas, suspicari profecto non potes.[7] Ut enim omittam, cujus tanti sceleris fuerit,[8] in conspectu Deorum penatium, necare hospitem; cujus tantæ importunitatis,[a] omnium gentium, atque omnis memoriæ clarissimum lumen[g] exstinguere; cujus tantæ[9] ferocitatis, victorem orbis terrarum non extimescere; cujus tam inhumani et ingrati animi, a quo rex appellatus esset, in eo tyrannum inveniri: ut hæc omittam,[h] cujus tanti furoris fuit, omnes reges, quorum multi erant finitimi,[i] omnes liberos populos,[k] omnes socios,[10][l] omnes provincias, omnia denique omnium arma contra se unum excitare? Quonam ille modo, cum regno,[11] cum domo, cum conjuge, cum carissimo filio distractus[b] esset, tanto scelere non modo perfecto, sed etiam cogitato? VI. 16. At, credo, hæc homo inconsultus et temerarius non videbat. Quis[1] consideratior illo? [quis tectior?[c]] quis prudentior? quanquam hoc loco Deiotarum non tam ingenio et prudentia, quam fide et religione vitæ[2] defendendum puto. Nota tibi est, C. Cæsar, hominis probitas,[3] noti mores, nota constantia. Cui porro, qui modo populi

[a] *Improbitatis.* [b] *Separatus.* [c] *Callidior.*

Junt. *domi suæ te* Lamb.—7 Colon. *profecto susp. non potes;* Junt. *profecto non potes suspicari.* H omittit *profecto.*—8 H ψ *fuit.* Mox, *Deorum petatum* ψ.—9 C T υ ς χ 1. 3. omittunt *tantæ.* Mox, *animi* omittunt χ 1. 3. et ed. 1584. *in eum tyrannum* Grut. et al. ante Græv. *in eo tyrannus* C S T. *ut hoc omittam* υ. *ut ergo omittam* Junt.—10 Ven. 1483. Junt. Lamb. *omnes socios, omnes lib. pop.*—11 Ernesti conj. *a regno.* Statim, *cum clarissimo* C H S T υ ς χ 1. 3. ψ.

Cap. VI. 1 *Quis enim* C υ ψ. Mox, *quis tectior* delevit Weisk. *quis rectior* C S υ ς χ 1. 3. ψ, et H a m. sec.—2 Cod. χ 3 *fide.* Statim, *putem* C T, Dresd.—3 Erf. Venet. 1483. Junt. *hominis probitas, C. Cæsar;* υ omittit *hominis.*—

NOTÆ

[g] *Lumen*] Cæsarem. Metaphora.

[h] *Ut hæc omittam*] Scelus amplificat ab adjunctorum frequentatione, ut omnino illud incredibile videatur.

[i] *Erant finitimi*] Hi finitimi reges fuerunt Thraciæ, Cappadociæ, Ciliciæ partis, &c.

[k] *Liberos populos*] Populi liberi dicuntur qui suis legibus vivunt, [illegible] quibus nullum jus a Romanis [illegible]tur.

[l] *Socios*] Socii sunt qui communi fœdere cum Romanis [illegible]ti sunt.

Romani nomen audivit, Deiotari integritas,[4] gravitas, virtus, fides non audita est? Quod igitur facinus nec[5] in hominem imprudentem cadere posset, propter metum præsentis exitii, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id vos et a viro optimo et ab homine minime stulto cogitatum esse confingitis. 17. At quam non modo[6] non credibiliter, sed ne suspiciose quidem! Cum, inquit, in castellum Luceium venisses,[7] et domum regis, hospitis tui, divertisses, locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus rex te munerare[m] constituerat: huc te e balneo,[n] priusquam accumberes, ducere volebat. Erant enim[8] armati, qui te interficerent, in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa,[9] cur regem fugitivus, dominum servus accuset. Ego, mehercule, C. Cæsar, initio, cum est ad me ista causa delata, Phidippum[10] medicum, servum regium, qui cum legatis missus esset, [*p.* 147.] ab isto adolescente esse corruptum, suspicione sum percussus: medicum indicem subornabit:[o] finget videlicet aliquod crimen veneni. Etsi a veritate longe, tamen a consuetudine criminandi non

4 *Deiotari probitas, integritas* Naug. Manut. Steph. Lamb. 1566. 1584. *gravitas, virtus, fides* desunt in T. *est audita* Lamb. in marg. ed. 1584. *sit audita* Erf. Crat. Hervag. Naug. Lamb. *audita sit* χ 1. 3.—5 C *nec etiam.* Statim, *impudentem* Naug. Camer. *prudentem* Lamb. Pro *cadere posset* Pith. C ϰ ψ habent *caderet.* Tum, *præsentis metum . . . ni idem esset* Lamb.—6 *Atque non modo* C ψ. *At non modo* ϰ.—7 Lamb. in marg. ed. 1584. *venisset;* Puteanus conj. *voluisses.* Mox, *erant omnia composita* Lamb. *quibus te rex* Junt. *munerari* S. *numerare* ς χ 3. ψ.—8 *Ibi enim erant* edd. ante Græv. *Enim erant* C ς. *enim* omittunt χ 1. 3. *Ibi enim erant armati, qui te . . . loco, collocati* Patric. et Wolf.—9 Cod. ψ *in causa;* ϰ *in causam.*—10 *Philippum* S T ϰ ψ, Venet. 1483. Junt. Lamb. Mox, *ab ipso* S ϰ χ 1. 3. ψ. *existimavi esse* S T, Venet. 1483. Junt. Crat. *extimavi esse* C ς. Tum, *perculsus sum* quinque codd. Oxon. Venet. 1483. Lamb. 1566. Deinde, *subornavit* codd. Regg. aliquot Oxon. Venet. 1483. Junt. Lamb. Lall. Schutz. Orell. *fingit* septem

NOTÆ

[m] *Rex te munerare*] Cum imperatores populi Romani per aliquas vel sociorum, vel liberorum populorum nationes transibant, solebant aliquibus muneribus ab eis ornari, quo suam in eos amicitiam significarent.

[n] *E balneo*] Consueverant antiqui, antequam prandium vel cœnam sumerent, lavare se, valetudinis causa.

[o] *Medicum indicem subornabit* [*subornavit*] Ratiocinatur hic Cicero ; id est, instruxit ut falsum testaretur contra Deiotarum.

Digitized by Google

multum res abhorrebat. Quid ait medicus? nihil de veneno. 18. At id fieri potuit primo [11] occultius in potione, vel in cibo: deinde etiam impunius fit; quod, cum est factum, negari potest. Si palam [12] te interemisset; omnium in se gentium non solum odia, sed etiam arma convertisset: si veneno; Jovis illius quidem Hospitalis [p] numen nunquam celare potuisset; homines fortasse celavisset. Quod igitur et occultius conari,[13] et efficere cautius potuit; id tibi, et medico callido, et servo, ut putabat, fideli, non credidit; de armis, de ferro, de insidiis celare te noluit? 19. At quam festive [d] crimen contexitur! [e] Tua te, inquit, eadem, quæ semper,[14] fortuna servavit; negavisti tum te inspicere velle. VII. Quid postea? an Deiotarus, re illo tempore non perfecta,[1] continuo dimisit exercitum? nullus erat alius insidiandi locus? At eodem te, cum cœnavisses, rediturum dixeras; itaque fecisti.[q] Horam unam aut duas eodem loco armatos, ut collocati fuerant,[2] retinere magnum fuit? cum in convivio comiter [f] et jucunde fuisses, tum illuc [r] isti, ut dixeras. Quo in loco Deiotarum talem erga

[d] *Ridicule.* [e] *Componitur.* [f] *Grate.*

codd. Oxon. Venet. 1483. Junt.—11 Colon. Dresd. H T, Lamb. *primum.* Statim, *in potione, in cibo* Dresd. Erf. tres codd. Lambini, *u* χ 3. ψ, Lamb. in marg. ed. 1584. Græv. *in potione, vel cibo* al. *vel in cibo* suspecta sunt Ernestio. *At id fieri potuit, primo occultius, deinde etiam impunius. Si palam, &c.* conj. Patric. probante Wolf. *At id* omittunt Erf. *u* χ 1. 3. *etiam* deest in Dresd. Deinde, *fit, quicquid negari potest* Colon.—12 *Sed si palam* S, Venet. 1483. Junt. *Nam si palam* Dresd. *u* ψ. Mox, *Jovis ille* conj. Ernesti. Deinde, *homines vero fortasse* S, Venet. 1483. Junt. Lamb. 1566. *celavissent* ψ.—13 Codex unus Lambini, Junt. Lamb. *conari occultius.* Statim, *id tibi, Phidippe* conj. Schutz.—14 Dresd. Pith. C *u* ς ψ, Lamb. in marg. ed. 1584. *quæ sæpe.* Tum, *negasti* margo ed. 1584. ex uno cod.

CAP. VII. 1 *Deiotarus rex, illo tempore non perfecta re* C H S *u* ς ψ.—2 Codd. Lambini *ubi c. fuerant;* ed. 1584. Grut. Græv. *ut c. fuerunt.* Mox, *comiter atque jucunde* Pith. *illuc ivisti* Junt. Lamb. al. ante Græv. *tunc illic*

NOTÆ

[p] *Jovis Hospitalis*] Antiqui coluerunt Jovem Hospitalem. Unde Virg. Æneid. I. 'Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.'

[q] *Itaque fecisti*] Id est, post cœnam munera inspexit Cæsar.

[r] *Illuc*] Cæsar ad locum ivit, ubi erant munera.

Digitized by Google

te cognovisti, qualis rex Attalus[s] [3] in P. Africanum[t] fuit; cui magnificentissima dona, ut scriptum legimus, usque ad Numantiam misit ex Asia; quæ Africanus, inspectante exercitu, accepit. Quod cum præsens Deiotarus, regio et animo et more,[4] fecisset; tu in cubiculum discessisti. **20.** Obsecro, Cæsar,[5] repete temporis illius memoriam: pone illum ante oculos diem: vultus hominum te intuentium atque admirantium recordare: num quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid, nisi moderate, nisi quiete, nisi ex hominis gravissimi et sanctissimi disciplina?[u] Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum[ε] voluerit, cœnatum noluerit occidere? **21.** In posterum, inquit, diem distulit, ut, cum in castellum Luceium[x] ventum esset,[6] ibi cogitata perficeret. Non video causam loci mutandi: sed tamen[7] acta res criminose est.[y] Cum, inquit, vomere[8] [z] te post cœnam velle dixisses, in balneum te ducere cœperunt; ibi enim erant insidiæ: at te eadem tua fortuna servavit: in

[ε] *Lavatum.*

isti χ 1. 3.—3 *Attalis* ψ. *Antiochus* Schutz. e. conj. Vid. Liv. Epit. lib. LVII. *qui magnif.* ψ. Mox, *usque Numantiam* Junt.—4 C H T, Dresd. Pith. et cod. Steph. *regio animo et more.* Statim, *tunc in cubic.* χ 1. 3. *tum in cubic.* Lamb. —5 *Obsecro te, Cæsar* C H, Junt. *Obsecro te, C. Cæsar* Lamb. *Obsecro* deest in T. *illius temporis* Junt. Lamb. *pone ante o. illum diem* Pith. Junt. Mox, *num qua trep.* margo ed. 1584. et Schutz. Pro *moderate* C habet *modo*; Erf. *modeste.*—6 Cod. Steph. *venisset.*—7 Colon. *sed tunc.* Pro *acta* Ernesti conj. *dicta.*—8 C S T *movere*; *u* ς ψ *moveri.* Mox, *cœperunt, ubi erant insidiæ* Lamb. *tua illa fortuna* cod. Steph. Junt. Lamb. Orell. *illa tua fortuna* C *u* ς ψ. *illa fortuna tua* Venet. 1488. *illa fortuna*, omisso *tua*, T. *tua* omittunt etiam H χ 3. *tum illa fortuna* Colon. Dresd. *in cubiculo te malle dixisti* codd. aliquot Lam-

NOTÆ

[s] *Rex Attalus*] Attalus, rex Pergamenorum, fuit socius pop. Rom. et amicus, quem hæredem reliquit. Ex ejus supellectili Roma et ornata fuit, et corrupta.

[t] *In P. Africanum*] P. hic Africanus Pauli filius fuit, qui Numantiam in Hispania captam delevit.

[u] *Disciplina*] Nulla signa apparuerunt, quæ Deiotarum cogitavisse de insidiis Cæsari parandis, vel quæ familiam male institutam denotarent.

[x] *In castellum Luceium*] Castellum vel oppidum parvum mœnibus cinctum, vel castrorum munitionem significat.

[y] *Acta res criminose est*] Id est, res acta est cum suspicione criminis. Objectio est adversariorum.

[z] *Vomere*] Usitatus fuit vomitus apud veteres, ad cruditates ejiciendas.

Digitized by Google

cubiculum te ire malle dixisti. Dii te perduint,[9] [a] fugitive! ita non modo nequam et improbus, sed fatuus et amens es. Quid? ille signa aënea [b] in insidiis posuerat, quæ e balneo in cubiculum transferri [10] non possent? Habes [A] crimina insidiarum: nihil enim dixit amplius. Horum, inquit, eram conscius. Quid tum? [11] ita demens ille erat, ut eum, quem conscium tanti sceleris habebat, a se dimitteret? Romam etiam mitteret, ubi et inimicissimum sciret esse nepotem suum, et C. Cæsarem, cui fecisset insidias? præsertim cum is unus esset, qui posset de absente se vindicare? [12] 22. Et fratres [13] meos, inquit, quod erant conscii, in vincula conjecit. Cum igitur eos vinciret, quos secum habebat; te solutum Romam mittebat, qui eadem scires, quæ illos scire dicis? [14]

VIII. Reliqua pars accusationis duplex fuit: una, regem semper in speculis fuisse, cum a te animo esset alieno; altera, exercitum eum contra te magnum comparasse. De exercitu dicam breviter,[1] ut cetera. Nunquam eas copias rex Deiotarus habuit, quibus inferre bellum populo Romano posset; [*p*. 148.] sed quibus fines suos ab excursionibus hostium et latrociniis [2] tueretur, et imperatoribus nostris auxilia mitteret. Atque antea quidem majores copias alere poterat; nunc exiguas vix tueri potest. 23.

[A] *Audivisti.*

bini; *ire te* Junt.—9 *Dii te perdant* Lamb. et edd. ante Grat. *Dii te perduint* Erf. Statim, *sed etiam fatuus* C H S T χ 3. Weisk. Orell. *sed et fatuus* Junt. Crat. *et improbus, et fatuus, sed et amens es* Erf. Græv.—10 C H S T υ ς ψ, Lamb. *transire.*—11 *Quid tu* unus cod. Oxon. ut conj. Patric. recepit Mœb. *Quid?* omisso *tum*, Schutz. de Heumanni conjectura. Mox, *tanti sceleris conscium* Lamb. *haberet* C H S T υ ς, Venet. 1483. Junt.—12 Codd. Regg. duo Oxon. aliquot Græviani, Victor. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Schutz. Orell. *de absente se indicare;* υ ς χ 1. ψ *de a. s. judicare.*—13 *At fratres* Schutz. de Heumanni conj.—14 Schutz. *scisse dicis* de conjectura Ernesti.

CAP. VIII. 1 Junt. *dicam breviter.*—2 Colon. Pith. Junt. *ab excursionibus et latrociniis hostium;* Ernesti conj. *ab incursionibus.* Erf. et duo codd. Oxon.

NOTÆ

[a] *Dii te perduint*] Formula execrationis apud veteres usitata.

[b] *Signa aënea*] Intelligit aëneas imagines, quæ in balneis ad ornatum positæ erant, quæ nihil nocere Cæsari potuerunt.

At misit ad Cæcilium,[3] nescio quem:[c] sed eos, quos misit, quod ire noluerunt, in vincula conjecit. Non quæro, quam verisimile sit,[4] aut non habuisse regem, quos mitteret; aut eos, quos misisset, non paruisse; aut, qui dicto audientes in tanta re non fuissent, eos vinctos potius, quam necatos fuisse. Sed tamen[5] cum ad Cæcilium mittebat, utrum causam illam victam esse nesciebat, an Cæcilium istum magnum hominem putabat? quem profecto is, qui optime nostros homines novit, vel quia nosset, vel quia non nosset, contemneret. 24. Addidit[6] etiam illud, equites non optimos misisse: veteres,[d] credo, Cæsar; nihil ad tuum equitatum: sed misit ex iis, quos habuit, electos. Ait[7] nescio quem ex eo numero, servum judicatum:[e] non arbitror: non audivi: sed in eo,[8] etiamsi accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer.

IX. Alieno autem a te animo fuit:[1] quomodo? speravit,

omittunt *hostium*.—3 *Cælium* hic et infra edd. ante Græv. *ad nescio quem Cælium* Colon. Pith. Junt. *qui ire voluerunt* $\varkappa$ ψ.—4 C H S T *non sit*. Pro *mitteret* H a m. sec. habet *misisset*. Pro *quos misisset* C H S T $\varkappa$ ς ψ, cod. Steph. Venet. 1483. Junt. *qui missi essent*. Statim, *aut quod dicta* C. *aut dicta obaudientes* $\varkappa$ ψ. *obedientes* χ 1. 3. *obsequentes* ς. *tantam rem* H. Deinde, *fuisse* omittunt C H T $\varkappa$ ς, Colon. Dresd. Erf. Pith. Lamb. 1584. uncis inclusit Orell. pro quo Venet. 1483. et Junt. habent *voluisse*.—5 *Sed tunc* Colon. Mox, *quem profecto rex is* Dresd. Junt. *quem profecto is rex* C T $\varkappa$. Deinde, *vel quia non nosset, vel quia nosset* Erf. et edd. ante Lamb. *contenderet* χ 1. 3. —6 *Addit* H $\varkappa$ χ 1. 3. ψ. *non optime* χ 1. *non optimum* ψ. *misisse tibi* Junt. ed. 1584. Heum. Schutz. *veterem, cr., C., nihil ad t. equitatum* conj. Orell. Pro *electos* Patric. conj. *lectos*; Orell. emend. *delectos*.—7 *Ait etiam* Lamb. in marg. ed. 1584. *At* C χ 1. 3.—8 Lamb. *sed ex eo*. Statim, *arbitrarer fuisse* Junt.

CAP. IX. 1 Erf. χ 1. 3. omittunt *fuit*. Statim, *speravit* omittunt $\varkappa$ ψ.

NOTÆ

[c] *Cæcilium* [*Cœlium*], *nescio quem*] Probabile est hunc Cœlium aut flagitiosum fuisse, aut nullius auctoritatis virum. Certe ille non fuit Cæcilius Rufus prætor, quia ante Pharsalicam pugnam a Cæsaris militibus interfectus est, de quo Cæsar in Comment. de Bello Civil. lib. III. scribit.

[d] *Veteres*] Habebat Deiotarus equites jampridem Romanæ militiæ disciplina institutos, quos tamen cum Cæsarianis non esse comparandos dicit.

[e] *Servum judicatum*] Objecerat Philippus servum inter milites habuisse Deiotarum: at id facile refellit; quia nulli servi inter milites ascribebantur, nisi in extremis periculis.

Digitized by Google

credo, difficiles tibi Alexandria fore exitus, propter regionis naturam[a] et fluminis. At eo ipso tempore[2] pecuniam dedit, exercitum aluit:[b] ei, quem Asiæ præfeceras,[f] nulla in re defuit: tibi victori,[g] non solum ad hospitium, sed ad periculum[h] etiam, atque ad aciem præsto fuit. 25. Secutum est bellum Africanum:[i] graves[c] de te rumores sparsi;[3] qui etiam furiosum illum Cæcilium[k] excitaverunt. Quo tum erga te rex[4] animo fuit? qui auctionatus sit,[l] seseque exspoliare maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare. At eo, inquit, tempore ipso Nicæam[5][m] Ephesumque[n] mittebat, qui rumores Africanos exciperent,[o] et celeriter ad se referrent. Itaque cum esset ei nuntiatum, Domitium naufragio periisse, te in castello circumsideri;[d][6] de Domitio dixit versum Græcum eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum: 'Pereant amici, dum una

[a] *Situm.* [b] *Sustentavit.* [c] *Constantes.* [d] *Obsideri.*

Alexandria edd. ante Ernesti; *Alexandria* est de conj. Patric. Pro *regionis* C T *u ψ regionum;* H *regionem.*—2 Erf. *tempore ipso.* Mox, *nulla re defuit* duo codd. Lambini.—3 Iidem codd. et Erf. omittunt *sparsi.* Statim, *Cælium excitavere* Junt.—4 Junt. *rex erga te;* Erf. aliique codd. Lamb. 1584. Græv. Lall. omittunt *erga.* Ernesti conj. *quo tum ergo rex,* vel *ergo in te rex.* Mox, *seseque et filium suum exspoliare* Junt. et ed. 1584. *seseque et filium suum spoliare* Lamb. *et se et filium suum exspoliare* al. *spoliare* C H *u ς χ* 1. 3. *ψ.* *voluerit χ* 1. 3.—5 *Nipheam* C. *Nicena u ψ.* *Niceam χ* 1. 3. *in cena ς.*—6 C *supersederi;* H T *circumsederi;* duo codd. Oxon. Venet. 1483. Junt. *etiam te in*

NOTÆ

[f] *Quem Asiæ præfeceras*] Domitio Calvino Asiam et finitimas provincias regendas Cæsar dederat.

[g] *Tibi victori*] Id est, post victoriam Pharsalicam, et Alexandrinam.

[h] *Ad periculum*] Affuit Deiotarus Cæsari in bello Pontico, quod contra Pharnacem gestum est.

[i] *Bellum Africanum*] Bellum illud exortum est contra Jubam Numidiæ regem, Varum, Scipionem, et Catonem, qui ex reliquiis Pompeiani exercitus novum contra Cæsarem conscripserant.

[k] *Illum Cæcilium* [*Cælium*] Emendat hunc locum Abrahamus, et *Cæcilium* reponit; ait enim Dio, quod auditis de Cæsare adversis rumoribus, copias contra eum comparaverit.

[l] *Auctionatus sit*] Vide supra.

[m] *Nicæam*] Nicæa urbs est Bithyniæ, et ejus metropolis.

[n] *Ephesum*] Urbs est Asiæ Minoris Ephesus.

[o] *Rumores exciperent*] Id est, observarent rumores, vel nuntios, qui de Cæsare, et de bello Africano afferrentur.

Digitized by Google

inimici intercidant:'[*] quod ille, si[7] esset tibi inimicissimus, nunquam tamen dixisset: ipse enim mansuetus; versus immanis. Qui[8] autem Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? tibi porro inimicus cur esset, a quo cum vel interfici, belli lege, potuisset, regem et se et filium suum constitutos esse meminisset? 26. Quid deinde?[9] furcifer[p] quo progreditur? ait, hac lætitia Deiotarum elatum, vino se obruisse, in convivioque nudum saltavisse.[q] Quæ crux[r] huic fugitivo potest satis supplicii afferre? Deiotarum saltantem quisquam, aut ebrium vidit unquam? Omnes sunt in illo rege regiæ virtutes,[10] quod te, Cæsar, ignorare non arbitror; sed præcipue singularis et admiranda frugalitas: etsi hoc verbo scio laudari reges non solere. Frugi hominem dici, non multum habet laudis in rege: fortem, justum, severum, gravem, magnanimum,[11] largum, beneficum, liberalem; hæ sunt regiæ laudes: illa privata est. Ut volet,[12] quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, id est, modestiam et temperantiam, virtutem esse maximam judico. Hæc in illo est ab ineunte ætate, tum a cuncta Asia, tum[13] a magistratibus legatisque nostris, tum ab equitibus Romanis, qui in Asia negotiati sunt, perspecta et cognita, 27. Multis ille

[*] *Pereant.*

---

c. *circumsideri.* Paulo post, *inimici intereant* H 8, Venet. 1483.—7 H *ille etiam, si;* Junt. *si ille.* Tum, *mansuetus est* Venet. 1483. Junt.—8 *Quis* C ע ψ. Mox, *belli jure* ע ψ. Deinde, *constitutum esse* T, Lamb.—9 *At deinde* T. *Quid denique* χ 3. ψ. Statim, *et in convivio* Franc. Junt. *nudum salutavisse* χ 3.—10 Ita Erf. Græv. Schutz. Orell. *in illo regiæ virtutes* Ven. Lamb. Grut. *in illo rege virtutes* cod. Steph. C ς χ 1. ψ, Junt. Mox, *admiranda fragilitas* χ 1. *etsi hoc uno socio laudari* χ 1. 3.—11 Cod. χ 1. unus Lambini, et margo ed. 1584. *magni animi.*—12 *Ut valet* cod. unus Oxon. Paulo post, *esse* omittunt C H, Pith. Lamb. 1584.—13 Lamb. *cum a c. A. cum.* Mox, *conspecta et cog-*

NOTÆ

[p] *Furcifer*] Furcifer idem est ac fugitivus. Fugitivi enim, quod aufugissent a dominis suis, crucem sive furcam in vestibus suis, vel morte damnati humeris ferebant.

[q] *Nudum saltavisse*] Summæ fuit impudicitiæ saltare nudum apud Romanos.

[r] *Quæ crux*] Crux fuit supplicium servorum.

Digitized by Google

quidem[14] gradibus officiorum[f] erga rempublicam nostram ad hoc regium nomen ascendit: sed tamen quicquid a bellis populi Romani vacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res rationesque jungebat; ut non solum tetrarcha[s] nobilis, sed optimus paterfamilias, et diligentissimus agricola[t] et pecuarius[u] haberetur. Qui igitur[15] adolescens, nondum tanta gloria præditus, nihil unquam, nisi severissime et gravissime, fecerit; is, ea existimatione, eaque ætate, saltavit? X. 28. [*p.* 149.] Imitari potius, Castor, avi tui[1] mores, disciplinamque debebas, quam optimo et clarissimo viro fugitivi[a] ore maledicere. Quodsi saltatorem avum habuisses,[2] neque eum virum, unde pudoris pudicitiæque exempla peterentur; tamen hoc maledictum[a] minime in illam ætatem conveniret. Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat, non saltandi,[3] sed bene ut armis, optime ut equis uteretur; ea tamen illum cuncta jam, ætate exacta,[b] defecerant. Itaque Deiotarum cum plures in equum sustulissent, quod hærere in eo senex posset, admirari solebamus. Hic vero adolescens, qui

[f] *Beneficiorum.* [a] *Calumniæ.* [b] *Extrema senectute.*

---

nita C ς, Junt. *prospecta et cognita* υ.—14 *Multis quidem ille* Erf. Paulo post, *sed etiam quicquid* cod. Steph. et Dresd. Verba, *ad hoc r. n. a. sed t. q. a b. p. R. vacabat*, desunt in T. *a bellis* desunt in χ 1. 3. Deinde, *res nationesque* ς ψ. *res notionesque* υ. *tetrarches nobilis* χ 3. Erf. Lamb. Pro *paterfamilias* C T habent *agricola*; ψ *pater*. Lamb. ex uno cod. legit *sed etiam opt. paterfamilias*.—15 *Quid igitur* T υ. *Quod igitur* ψ. *Qui ergo* margo ed. 1584. Pro *nondum* Dresd. C T habent *non*; ς *non tam*; υ ψ *non tanta*. Statim, *et gravissime et verissime* C. *et gravissime* desunt in T. Denique, *atque ætate quæ contra te salvabitur* ψ.

Cap. x. 1 *Imitare, Castor, potius avi tui* C, Erf. Junt. *Imitare, Castor, avi tui* T. *tui* omittunt 8 χ 1. 3. ed. 1584. *disciplinasque* χ 1. 3. *debebas* deest in C T ς.—2 C *scivisses*; T *finxisses*; ς *fuisses*; χ 1. 3. ψ *habuisset*.—3 Patric conj. *non ut saltaret*. Mox, *exacta ætate* Lamb. 1566. *cuncta* et *ætate* omittunt codd. aliquot; *ætate* omittit Erf. *exacta* deest in ed. 1584. *illum dicta in*

NOTÆ

[s] *Tetrarcha*] Tetrarcha dicitur qui quartæ regni parti imperat.

[t] *Agricola*] Cicero de Senect. § 59. ait Xenophonti 'nihil tam regale videri, quam studium agri colendi.'

[u] *Pecuarius*] Pecuarius hic dicitur, qui ex pecore utilitates percipit.

[a] *Fugitivi*] Phidippi medici, et servi Deiotari.

Digitized by Google

meus in Cilicia miles,[b] in Græcia commilito[c] fuit, cum in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus, quos una cum eo ad Pompeium pater[d] miserat, quos concursus[4] facere solebat! quam se jactare! quam ostentare! quam nemini in illa causa studio et cupiditate concedere! 29. Cum vero, exercitu amisso, ego, qui pacis auctor semper fui, post Pharsalicum autem prælium[5] suasor fuissem armorum non deponendorum, sed abjiciendorum,[e] hunc ad meam auctoritatem[f] non potui adducere, quod et ipse ardebat studio ipsius belli, et patri satisfaciendum esse arbitrabatur. Felix ista domus,[6] quæ non impunitatem solum adepta sit, sed etiam accusandi licentiam: calamitosus Deiotarus, qui et ab eo, qui in iisdem castris[g] fuerit, non modo apud te, sed etiam a suis accusetur.[7] Vos vestra secunda fortuna, Castor,[8] non potestis, sine propinquorum calamitate, esse contenti?

jam, &c. C.—4 C T ϛ, et Lamb. *cursus.* Statim, *se ostentare* C H T ϛ, Venet. Crat. Lamb. 1566. Oliv.—5 C ϛ, H a m. sec. codd. Lambini, et Dresd. *fui, Pharsalico autem prælio.* Verb. *fui* omittunt ν ϛ, ed. Wald. Lamb. Orell. *ego qui p. a. s. fuissem, post Pharsalicum prælium suasor essem armorum* Schutz. de conjectura Ernestii; *semper fuissem .... suasor essem* Beier. ad Offic. tom. I. p. 83. *autem* omittit Erf. *non ponendorum* H. Pro *adducere* C H ν ϛ ψ, Venet. 1483. Junt. Crat. *revocare.* Pro *ipsius* Ernesti conj. *istius*, vel *illius.*—6 Dresd. C H S T ν ϛ χ 3. ψ, Venet. 1483. Junt. *domus Castoris.* Mox, *sed habeat accusanti etiam licentiam* S ψ, Venet. 1483. *sed habeat etiam accusandi licentiam* Junt. *sed habet etiam accusandi potestatem* cod. Steph.—7 Ita ed. 1584. Grut. Græv. Schutz. Mœb. *qui et ab eo, &c.* Crat. Hervag. Cam. Steph. Orell. *qui et ab eo, qui ...fuerit, n. m. a peregrinis apud te, sed, &c.* unus cod. Oxon. Ven. 1483. *qui et ab eodem, qui .... fuerit, et n. m. a peregrinis apud te, sed a suis etiam, &c.* aliquot Oxon. Junt. *qui modo ab eo, qui ... fuerit, non modo a peregrinis, sed etiam, &c.* Lamb. 1566. *qui non modo ab eo, qui in iisdem castris fuerit, apud te, sed etiam a suis accusetur* emend. Orell. *apud te* desunt in quibusdam codd. *accusatur* C.—8 *Castor* deest in uno cod. Lambini.

NOTÆ

[b] *In Cilicia miles*] Castor ille militavit Cicerone proconsule in Cilicia.

[c] *In Græcia commilito*] Fuit in castris Pompeii cum Cicerone.

[d] *Pater*] Castoris pater gener fuit Deiotari.

[e] *Abjiciendorum*] Abjiciuntur arma celerius, quam deponuntur.

[f] *Ad meam auctoritatem*] Cicero persuadere Castori non potuit, ut ab armis desisteret.

[g] *In iisdem castris*] Comparat domum Castoris et Deiotari. Licet enim Castor tam Pompeium secutus fuerit contra Cæsarem quam Deiotarus, tamen auditur ille Castor a Cæsare, et reus accusatur a Castore apud Cæsarem Deiotarus.

Digitized by Google

XI. 30. Sint sane inimicitiæ, quæ esse non debebant. Rex enim Deiotarus vestram familiam, abjectam [1] et obscuram, e tenebris in lucem evocavit. Quis tuum patrem ante, qui esset, quam cujus gener esset, audivit? Sed quamvis ingrate et impie necessitudinis [c] nomen repudiaritis,[2] tamen inimicitias hominum more [h] gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere.[d] Esto: concedatur [3] hæc quoque acerbitatis et odii magnitudo: adeone, ut etiam omnia vitæ salutisque communis, atque etiam humanitatis jura violentur? Servum solicitare verbis, spe promissisque [4] corrumpere, abducere domum, contra dominum armare; hoc est, non uni propinquo, sed omnibus familiis bellum nefarium indicere: nam ista corruptela servi, si non modo impunita fuerit, sed etiam a tanta auctoritate [i] approbata; nulli parietes nostram salutem, nullæ leges, nulla jura custodient. Ubi enim id, quod intus [k] est atque nostrum, impune evolare potest, contraque nos pugnare; fit in dominatu servitus,[l] in servitute dominatus. 31. O tempora, o mores!

[c] *Affinitatis.* [d] *Accusare de crimine capitali.*

CAP. XI. 1 C T ς, Dresd. Lamb. *dejectam;* χ 3 *objectam.* Mox, *lucem revocavit* duo codd. Oxon. et Lamb. *lucem vocavit* tres codd. Oxon. Crat. Hervag. Deinde, pro *ante* S T χ 3. ψ, Erf. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Lamb. habent *antea.*—2 Cod. Steph. Junt. Crat. Hervag. *repudiaveritis;* Erf. H S χ 1. 3, Ven. 1483. Lamb. *repudiaretis.*—3 *Ego concedo* ν. *Esto: concedantur* C. Statim, *acerbitas* C H T ν ς ψ, Lamb. 1584. *concedant hoc quoque acerbitas* cod. Steph. *etiam* ante *omnia* omittunt codd. Oxon. omnes, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. 1483. Schutz. Orell.—4 Ven. 1483. Junt. Crat. *præmiisque.* Mox, *abducere domo* cod. unus Reg. Franc. Mediol. Junt. Græv. Lall. *adducere domum* C H ν ς ψ, alii codd. Ven. 1483. Crat. Hervag. Lamb. Grut. Tum, *nefarium bellum* Erf. Dresd. duo codd. Lambini, Junt. Orell. *inducere* ν ς χ 3. ψ.

NOTÆ

[h] *Hominum more*] Homo alium accusare potest, non autem confingere crimina, quod extremæ est inhumanitatis.

[i] *A tanta auctoritate*] Si Cæsar vir tantæ auctoritatis approbet istam corruptelam, nemo deinceps tutus erit.

[k] *Intus*] Id est, domi nostræ.

[l] *Fit in dominatu servitus*] Docet mala, quæ a servis consciis consequentur.

Digitized by Google

Cn. Domitius[5] ille, quem nos pueri consulem, censorem, pontificem maximum vidimus, cum tribunus plebis M. Scaurum, principem civitatis, in judicium populi vocasset,[m] Scaurique servus ad eum clam domum venisset, et crimina in dominum delaturum se esse dixisset; prehendi hominem jussit, ad Scaurumque deduci. Vide, quid intersit: etsi inique Castorem cum Domitio comparo:[6] sed tamen ille inimico servum remisit; tu ab avo abduxisti: ille incorruptum audire noluit; tu corrupisti: ille adjutorem servum contra dominum repudiavit; tu etiam accusatorem adhibuisti. 32. At semel iste est corruptus a vobis? nonne, cum esset productus,[7] et cum tecum fuisset, refugit ad legatos? nonne etiam ad hunc Cn. Domitium venit? Nonne, audiente hoc Ser. Sulpicio,[8] clarissimo viro, qui tum casu apud Domitium cœnabat, et hoc T. Torquato, optimo adolescente, se a te corruptum, tuis promissis in fraudem[n] impulsum esse confessus est? XII. Quæ est ista tam impudens,[1] tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? [p. 150.]

—5 *Cum Domitius* χ 1. 3. *Cn.* deest in ϛ. Paulo post, *cum tribunum* C χ 1. Pro *vocasset* Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Lamb. *vocavisset*; ψ *evocasset*. Verba, *Scaurique s. ad e. c. d. venisset* desunt in χ 3. *servum Scauri qui* ս ϛ ψ. *servus ejus clam* C. *domi venisset* ս ψ. *apprehendi* Erf. Palatt. C H T ս ϛ χ 1. 3. ψ, Junt. *comprehendi* S, Ven. 1483. Crat. Lamb. *ad S. duci* C χ 1. 3. *ad S. reduci* margo ed. 1584.—6 Cod. ψ *compares*; χ 1. 3 *comparem*. Actutum, *sed tamen in illo* χ 1. 3. Paulo post, *etiam* omittunt codd. aliquot.—7 C H T, Ven. 1483. Lamb. *perductus*. Actutum, *et tecum fuisset* C T. *esset* S. Pro *refugit ad leg.* C T ϛ χ 3. ψ habent *regis ad legatos*; Lamb. *ad legatos regis*. Erf. et Lamb. 1584. omittunt *etiam*. Verba, *nonne, cum e. p. et c. t. f. r. ad l. nonne e. ad h. Cn. D. venit*, desunt in χ 1. *vel hunc Cn. Domitium vetuit* χ 3.—8 *Sergio prosulpicio* C. *pro supplicio* ϛ. *clarissimo viro* omittunt cod. Steph. Erf. C T ս ϛ. *qui tunc* C H. Paulo post, *impulsum se esse* Dresd. ϛ, Junt. *propulsum esse* Ven. 1483. *depulsum esse* ս ψ.

CAP. XII. 1 Cod. Steph. H, Lamb. in marg. ed. 1584. *impotens*, probante Wernsd. *potens* C T ս ϛ ψ. Mox, *tua immanitate* Junt. Lamb. Grut. *tua in-*

NOTÆ

[m] *In judicium populi vocasset*] Iratus Scauro, quod ab eo in augurum collegium cooptatus non esset, illum accusavit, quod sacra publica Deorum penatium minus caste, recteque fierent.

[n] *In fraudem*] Fraus hic pro vitio ponitur: quod usitatum est Ciceroni. Sic pro Milone, 'Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem.' Impulsus est autem ille servus a Castore, ut dominum accusaret.

Digitized by Google

Idcirco in hanc urbem venisti, ut hujus urbis jura et exempla corrumperes, domesticaque immanitate [o] nostræ civitatis humanitatem inquinares?

33. At quam [2] acute collecta crimina! [p] Blesamius,[q] inquit, (ejus enim nomine, optimi hominis, nec tibi ignoti, maledicebat tibi) ad regem scribere solebat, te in invidia esse; tyrannum existimari; statua inter reges posita [r] animos hominum vehementer offensos; plaudi tibi non solere.[s] Non intelligis,[3] Cæsar, ex urbanis malevolorum sermunculis hæc ab istis esse collecta? Blesamius tyrannum Cæsarem scriberet? multorum enim civium capita [4] viderat: [t] multos jussu Cæsaris vexatos, verberatos, necatos: multas afflictas et eversas domos: armatis militibus refertum forum. Quæ semper in civili victoria sensimus, ea te victore non vidimus. 34. Solus, inquam,[5] es, C.

humanitate codd. aliquot, Ven. 1483. Hervag. *inhumanitate* Erf. C S ς χ 1. ψ. *in humanitate* χ 3.—2 *Atque* C. *At quot* S. *Belsamis* C. *Blesannus* ψ. Statim, *viri optimi* C H T υ ς ψ, alii codd. Priscian. tom. II. p. 168. ed. Krehl. Junt. Lamb. *optimi viri* Dresd. *ad regem inquit* C H S T υ ς χ 1. 3. ψ. Deinde, *te invidiose tyrannum* Erf. C H T υ ς. *te studiose invidia esse* ψ. *esse* omittunt alii.—3 *Nonne intelligis* codd. et edd. ante Ernesti. Verba, *Non i. C. ex u. m. s. h. ab i. e. collecta*, desunt in ς.—4 Erf. Junt. Lamb. *capita civium*. Mox, *multas* omittunt H T. *afflictas* deest in υ. *eversas domus* C T.—5 *Solus, solus, inquam* Lamb. Orell. *inquies* χ 1. 3. *inquit* ψ. Statim, *ceciderat* C ς. *cecidit*

NOTÆ

[o] *Domesticaque immanitate*] Quæ domestica illa inhumanitas, nisi Asiatica, et barbara?

[p] *At quam acute collecta crimina*] Ironia.

[q] *Blesamius*] Homo fuit Gallogræcus ille Blesamius, amicus Deiotari, quem accusatores fingebant fuisse illius exploratorem.

[r] *Statua inter reges posita*] Confecto bello civili, erecta fuit Cæsari statua, et inter septem primorum regum statuas in Capitolio collocata a populo, non tam amoris, quam timoris causa; tantum enim et tot populorum victorem verebatur.

[s] *Plaudi tibi non solere*] Cum Cæsar triumphali habitu aurea in sella sedens, e rostris Lupercalia spectaret, Marcus Antonius, qui ludos illos exhibebat, ejus capiti diadema imposuit; quod modico plausu exceptum est. Plura de plausu vide in Orat. pro Sextio, § 95.

[t] *Multorum civium capita viderat*] Laudat hic Cicero Cæsaris humanitatem, qui non eam carnificinam exercuit victor, quam exercuere Marius, Sulla, aliique, qui, postquam victoria potiti sunt, urbem cædibus repleverunt.

Digitized by Google

Cæsar, cujus in victoria ceciderit nemo, nisi armatus. Et quem nos liberi, in summa populi Romani[6] libertate nati, non modo non tyrannum, sed etiam clementissimum in victoria ducimus; is Blesamio, qui vivit in regno, tyrannus videri potest? Nam[4] de statua quis queritur, una præsertim, cum tam multas videat? Valde enim invidendum est ejus statuis, cujus tropæis[u] non invidimus.[7] Nam, si locus affert invidiam, nullus locus est, ad statuam quidem, Rostris[x] clarior. De plausu autem quid respondeam? qui nec desideratus unquam a te est, et nonnunquam, obstupefactis hominibus,[8] ipsa admiratione compressus est; et fortasse eo prætermissus, quia nihil vulgare[y] te dignum videri potest.

XIII. 35. Nihil a me arbitror prætermissum, sed aliquid ad extremam causæ partem reservatum. Id autem aliquid[a] est, te ut plane[a] [1] Deiotaro reconciliet oratio mea: non enim jam metuo, ne tu illi succenseas: illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suspicere: quod abest longissime, mihi crede, Cæsar: quid enim retineat per te,[b] meminit,

[4] *Deinde.* [a] *Perfecte.*

Junt.—6 H, Lamb. et edd. ante Grut. *reipublicæ*; S χ 1. 3. omittunt *populi Romani*; C omittit *Romani*. Mox, *etiam* omittunt C T ς, Junt. Lamb. *in victoria videmus ducem* S, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *in v. vidimus ducem* χ 1. 3. *vidimus*, omisso *ducem*, Erf.—7 C H S *u* ς, Rom. Wald. Ven. 1483. Junt. Hervag. Lamb. Schutz. Orell. *invidemus*. 'Grut. *invidimus*, sine auctoritate, fortasse errore typogr. nam etiam ed. 1584. habet *invidemus*.' Orell. Actutum, *Jam si* conj. Patric. probante Wolf. *locus* omittunt C H T *u* ς ψ, Vet. Schol. Lamb. 1584.—8 Cod. Steph. Dresd. *u* ς *omnibus*.

CAP. XIII. 1 Vir quidam doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. ita scripsit e codd. *præteritum, sed a. ad extremum causæ reservatum. Id autem quid est? Te ut plane, &c.* Actutum, *Deiotaro regi* H *u* ψ. *Deiotari regis* ς. *ne illi tu* Junt. Postea, *ne illum tibi* Lamb. Deinde, *suspiceris* C H T *u* ς, cod. Steph.

NOTÆ

[u] *Tropæis*] De his dictum Orat. in Pison. § 92.

[x] *Rostris*] De Rostris dictum in Orat. pro Lege Manil. § 1. Hic civium, qui de republica bene meriti fuerant, statuæ collocabantur.

[y] *Nihil vulgare*] Plausus levissima res est, nec digna magno viro.

[a] *Id autem aliquid*] Scilicet quod reservatum est.

[b] *Retineat per te*] Cæsar Deiotaro reliquit Gallogræciam, regnum avitum.

Digitized by Google

non quid amiserit:[c] neque[2] se a te mulctatum arbitratur; sed, cum existimaret, multis tibi multa esse tribuenda, quo minus a se, qui in altera parte fuisset,[d] ea sumeres, non recusavit. 36. Etenim si Antiochus[e] Magnus ille, rex Asiæ, cum, posteaquam a Scipione[3] devictus,[f] Tauro tenus[g] regnare jussus esset, omnemque hanc Asiam, quæ est nunc nostra provincia, amisisset, dicere est solitus, Benigne[b] sibi a populo Romano esse factum, quod nimis magna procuratione[h] liberatus, modicis regni terminis uteretur; potest multo facilius se Deiotarus consolari. Ille enim furoris[i] mulctam sustinuerat,[4] hic erroris. Omnia tu Deiotaro, Cæsar, tribuisti, cum et ipsi et filio nomen regium concessisti: hoc nomine retento atque conservato, nullum beneficium populi Romani, nullum judicium de se senatus[5] imminutum putat: magno animo et erecto est, nec unquam succumbet inimicis, ne fortunæ quidem. 37.

[b] *Liberaliter.*

Junt.—2 Cod. Steph. *non*. Statim, *mulctandum* ς. *esse arbitratur* cod. Steph. Dresd. C υ ς. *arbitrabatur* T. *cum existimares* χ 1. 3. *tibi postea esse* H. Tum, pro *a se, qui* C S υ ς χ 1. 3. ψ habent *assequi*. Deinde, *ea sumere* C T. *ea sumeres ab illo* S χ 1. 3.—3 C H T ς ψ *a L. Scipione*. C T υ ς ψ *jussus est*. C T υ ψ, Dresd. Junt. *Asiam quam nunc*. Actutum, *nostri provinciam fecerunt* Dresd. Junt. *nostram provinciam fecerunt* C. *nostram provinciam*, omisso *fecerunt*, T υ ψ.—4 Dresd. C H ς, Junt. *subierat; υ ψ subjecerat*. Mox, *nomen regis* χ 1. 3. Tum *servato* H, Dresd. Erf. *reservat* C T.—5 Codex unus Oxon. *de senatu*. Ernesti conj. *nullum senatus de se judicium*. Statim, *et*

NOTÆ

[c] *Quid amiserit*] Privavit Armenia eum Cæsar.

[d] *Qui in altera parte fuisset*] Si vicisset Pompeius, multa Deiotarus assequi potuisset: quod autem victus sit, multa sibi a victore sumi non recusat.

[e] *Antiochus*] Ille est Antiochus, qui Dei nepos appellatus est. Magnus autem ille dictus est, quia Babyloniam, Ægyptum, Judæam, et alias nationes suo subjecerit imperio.

[f] *A Scipione devictus*] Is Scipio intelligitur, qui ab Asia devicta, Asiaticus dictus est, frater Publii Scipionis, qui Africani nomen accepit.

[g] *Tauro tenus*] Jussus est a Scipione, comprobante senatu, populoque Rom. ut regnum suum citra eum montem non extenderet.

[h] *Procuratione*] Per procurationem intelligit, ingentis imperii regendi solicitudinem atque curam.

[i] *Furoris*] Mulctatus est ille Antiochus, quod nulla lacessitus injuria populo Romano bellum intulerit.

Multa se arbitratur et peperisse[6] ante factis, et habere in animo atque virtute, quæ nullo modo possit amittere. Quæ enim fortuna, aut quis casus, aut quæ tanta[7] possit injuria omnium imperatorum de Deiotaro decreta delere? Ab omnibus enim his ornatus est,[8] qui, postquam in castris esse potuit per ætatem,[k] in Asia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella gesserunt:[l] senatus vero judicia de illo tam multa, tamque honorifica, quæ publicis populi Romani literis monumentisque consignata sunt, quæ unquam vetustas obruet, aut quæ tanta[9] delebit oblivio? Quid de virtute ejus dicam? [*p.* 151.] quid de magnitudine animi,[10] gravitate, constantia? quæ omnes docti atque sapientes summa, quidam etiam sola[m] bona esse dixerunt, hisque, non modo ad bene, sed etiam ad beate vivendum, contentam virtutem esse. 38. Hæc ille reputans, et dies et noctes[11] cogitans, non modo tibi non succenset, (esset enim non solum ingratus, sed etiam amens) verum omnem tranquillitatem et quietem senectutis acceptam refert clementiæ tuæ. XIV. Quo quidem animo cum antea fuit,[1] tum non dubito, quin tuis literis, quarum exemplum legi, quas ad

recto Erf. χ 1. 3. ψ. *nec fortunæ* cod. Steph. C H *x* ς ψ.—6 T *arbitratur peperisse;* χ 1. 3. *arbitratur reperisse.* C H T *antea factis.*—7 C *aut etiam tanta.* C T *x* ς ψ omittunt *possit.* C H T omittunt *de* ante *Deiotaro.* Actutum, *poterunt decreta delere* T *x* ς ψ. *decora delere* H. *decreta debere* χ 1. *decreta habere* χ 3.—8 *Ab om. est enim iis ornatus* Colon. *Ab om. enim iis o. est* codex unus Oxon. Orell. *Ab om. enim ornatus est* Erf. Lamb. *Ab om. enim est ornatus* Ven. 1483. Junt. *qui, posteaquam* C H T, Colon. Junt. Orell.—9 Patric. conj. *tandem.*—10 Lamb. *de animi magnitudine;* C H T *dicam de magnitudine animi.* Paulo post, *quidam sola x.* *quidam et sola* Dresd. *quædam et sola* C H T. *quidem sola* ψ. Deinde, *esse virtutem* Junt. Lamb.—11 Codd. Goerenzii, Lamb. Schutz. Orell. *et dies noctesque;* Junt. *noctes diesque*, omisso priori *et.* Statim, *non* ante *succenset* deest in H ς. *veruntamen omnem* ψ. *verum etiam tranq.* C S.

CAP. XIV. 1 *Quo q. animo c. a. fuerit* C T, Junt. et ed. 1584. *Quo q. animo*

NOTÆ

[k] *Per ætatem*] Apud Romanos, anno ætatis decimo septimo militare poterant.

[l] *Bella gesserunt*] Pompeius in omnibus fere illis provinciis bellum gessit; Sulla et Lucullus in earum plerisque; Murena in Cappadocia, Ponto, et Phrygia; Bibulus in Syria; Cicero in Cilicia.

[m] *Summa, quidam etiam sola*] Loquitur in sententia Stoicorum.

Digitized by Google

eum Tarracone[n] huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omnique solicitudine abstraxerit. Jubes enim eum bene sperare,[2] et bono esse animo; quod scio, te non frustra scribere solere: memini enim iisdem fere verbis[o] ad me te scribere, meque tuis literis bene sperare non frustra esse jussum. 39. Laboro equidem regis Deiotari causa, quocum mihi amicitiam respublica[3] conciliavit, hospitium voluntas utriusque conjunxit, familiaritatem consuetudo attulit, summam vero necessitudinem magna ejus officia in me[p] et in exercitum meum effecerunt: sed cum de illo laboro, tum de multis amplissimis viris, quibus semel[4] ignotum a te esse oportet, nec beneficium tuum in dubium vocari, nec hærere in animis hominum solicitudinem sempiternam, nec accidere, ut quisquam te timere incipiat eorum, qui semel a te sint liberati timore. 40. Non debeo, C. Cæsar, quod fieri solet in tantis periculis, tentare, quonam modo dicendo[5] misericordiam tuam commovere possim: nihil opus est; occurrere ipsa solet supplicibus et calamitosis, nullius oratione evocata.[c] Propone tibi duos

[c] *Excitata.*

tuo c. a. fuerit ψ. Paulo post, *dedisti magis* C H T ς, cod. Steph. *dedisti sed magis* χ 3. *etiam erexeris* cod. Steph. *etiam traxerit* υ. *etiam erexit* ψ. *abstraxeris* cod. Steph.—2 Junt. *sperare bene.* Mox, *meministi enim* υ χ 3. ψ.—3 H *amicitiam populi Romani.* Actutum, *reconciliavit* υ ψ. Paulo post, *magna officia et in me* C H T υ ς ψ. *magna ejus officia et in me* cod. Steph. Dresd. Ven. 1470. Orell.—4 Cod. ψ *simul*, ut volebat Patric. *esse* deest in Lamb. *esse ignotum a te* ed. 1584. *nec tuum beneficium* Junt. *in d. revocari, nec habere* ψ. Deinde, *nec accedere* χ 3. *qui sint semel a te* Lamb. *qui sunt a te semel* Junt.—5 Colon. *et quonam modo dicendo;* unde Gulielm. conj. *ecquonam modo dicendo.* H omittit *dicendo;* χ 1. 3 *dicendi.* Statim, *commovere non possim* ψ. *convenire possim* C H. *nisi opus* C. *nihil enim opus est* H T ς. *nihil enim est*

NOTÆ

[n] *Tarracone*] Tarraco urbs fuit Hispaniæ citerioris, ubi tum erat Cæsar, bello contra filios Pompeii occupatus.

[o] *Iisdem fere verbis*] Cæsar ex Ægypto dedit literas ad Ciceronem, ut idem esset, qui fuisset; ut ex Orat. pro Ligario patet.

[p] *Officia in me*] Cum Cicero proconsul esset in Cilicia, adjutus est a Deiotaro et equitatu et pedestribus copiis: et cum Parthi cum maximo exercitu Euphratem trajecissent, Deiotarus ad Ciceronem legatos misit, se cum omnibus suis copiis in castra ejus venturum esse, ut patet ex Epist. ad Famil. lib. XV.

Digitized by Google

reges,[q] et id animo contemplare,[6] quod oculis non potes: dabis profecto misericordiæ, quod iracundiæ negavisti. Multa sunt tuæ clementiæ monumenta; sed maxime eorum incolumitates,[7] quibus salutem dedisti: quæ si in privatis gloriosa sunt, multo magis commemorabuntur in regibus. Semper regium[8] nomen in hac civitate sanctum fuit: sociorum vero regum et amicorum sanctissimum. XV. 41. Quod nomen hi reges ne amitterent, te victore, timuerunt; retentum vero, et a te confirmatum,[1] posteris etiam suis tradituros esse confido. Corpora vero sua, pro salute regum suorum, hi legati[r] tibi regii[2] tradunt, Hieras, et Blesamius, et Antigonus, tibi nobisque omnibus jam diu noti, eademque fide et virtute præditus Dorylaus, qui nuper cum Hiera legatus est ad te missus, tum regum amicissimi, tum tibi etiam, ut spero, probati. 42. Exquire de Blesamio, numquid ad regem contra dignitatem tuam scripserit.[3] Hieras quidem causam omnem suscipit, et criminibus illis pro rege se supponit[d] reum: memoriam tuam implorat, qua vales plurimum; negat unquam se[4] a te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse: inprimis finibus[e] tibi se

[d] *Offert.* [e] *Limitibus.*

opus: occurrere solet supplicibus ipsa et, &c. Junt.—6 Duo codd. Oxon. *complectere.* Iidem codd. *dabis profecto id;* Lamb. *dabis id profecto.* Deinde, *denegasti* C H T *u* χ 3. ψ, Dresd. Junt. Lamb. Orell. *denegavisti* cod. Steph. Erf. ς.—7 *Multa sunt monimenta tuæ clementiæ; sed m. e. incolumitas* Erf. *monimenta clementiæ* C. *incolumitatis u* χ 1. 3. Verba, *Multa sunt t. c. m. sed m. e. i. q. s. dedisti,* desunt in T ς. *quod si in p. gloriosum est* T. *gloriosa facit* χ 1. 3.—8 *Semper enim regium* Dresd. C H T *u* ς ψ. *Semper regum* codex unus Lambini, χ 1. 3. Mox, *regum* deest in C. *regium* ψ.

CAP. XV. 1 Dresd. et Junt. *vero a te confirmatum.* Statim, *tradituros confido* Erf. Schutz. *tradituros esse confidunt* Junt. ut volebat Patric. *traditum esse confido u.* *traditurum esse confido* ψ.—2 C H *u* ψ *regis;* T *reges.* Mox, *tibi nobiscum o. jam noti* C. *jam diu non* ψ.—3 *Exquirere de B. n. ad r. c. d. t. scripserit* desunt in T. *Enquære* habet H. *Ea que re de* C. *Ea quæ re de* ς. *et misericordiam tuam scripserit* H. *memoriam suam scripserit* C. *scripsit* ς ψ.—4 Codd. χ 1. 3 *negatum se;* C et Erf. omittunt *se.* Mox, *tibi præsto se*

NOTÆ

[q] *Duos reges*] Nempe Deiotarum patrem, et filium.

[r] *Hi legati*] Hieras, Blesamius, et Antigonus, legati Deiotari, qui huic causæ aderant, licet alia de causa Romam venissent, se obsides pro rege suo Cæsari obtulerunt.

Digitized by Google

præsto fuisse dicit, usque ad ultimos prosecutum: cum e balneo exisses, tecum se fuisse,[5] cum illa munera inspexisses cœnatus, cum in cubiculo recubuisses; eandemque assiduitatem tibi se præbuisse postridie. 43. Quamobrem, si quid eorum, quæ objecta sunt, cogitatum sit, non recusat, quin id facinus suum judices.[6] Quocirca, C. Cæsar, velim existimes, hodierno[7] die sententiam tuam, aut cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse regibus, aut incolumem famam cum salute; quorum alterum optare, illorum crudelitatis est; alterum conservare, clementiæ tuæ.

margo ed. 1584.—5 Cod. ς *tecum fuisset;* C H *tecum fuisse.* Paulo post, *eademque assiduitate* υ ψ. *tibi* deest in C H T ς. *postridie præbuisse* Lamb.—6 Cod. υ *objecta sunt facinus judices*, omissis intermediis.—7 Erf. T χ 1 *hodierna.* Mox, *esse* deest in υ. Deinde, *alteram . . . alteram* conj. Weisk. *optare illorum* deest in υ. *alterum illarum*, omisso *optare*, χ 1. 3. *illarum* deest in ψ.

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICARUM

LIBER PRIMUS,

SEU

PHILIPPICA PRIMA.

ORATIO XLIII.

ARGUMENTUM.

Interfecto Idibus Mart. C. Cæsare, M. Antonius, collega ejus in consulatu, sibi metuens, non solum eo die latuit, verum etiam texit aliquamdiu consilia sua, simulatione ad tempus accommodata. Postridie Idus actum est cum eo de communi concordia per consulares viros: post diem tertium, qui fuit XVI Kal. Apr. in ædem Telluris convocato senatu, Cicero, quantum in ipso fuit, jecit fundamenta pacis, discordiarumque memoriam omnem, vetere Atheniensium exemplo, oblivione sempiterna delendam censuit: quo die præclare de rep. locutus Antonius, consequentibus etiam diebus non dubia suæ voluntatis argumenta dare visus est. Misso parvo filio, pacis obside, in Capitolium, C. Cassium ipse, M. Brutum Lepidus, pontifex max. alii alios ex tyrannoctonis, (qui post Cæsaris necem, populi et Antonii maxime consulis metu, in Capitolium se contulerant) cœnæ adhibuerunt. Sed fictam personam sustinere diu nemo potest. Cum Cæsarem, quanquam in libera civitate singulari potestate usum, funere tamen efferri placuisset, qui fons malorum omnium fuit, (sic enim tyrannum non fuisse judicabatur, nam tyrannorum corpora projiciuntur inhumata) laudavit

Digitized by Google

eum de more Antonius in foro: commemoratisque rebus ab eo gestis, maximisque erga remp. meritis, explicata demum cruenta veste, in qua cæsus fuerat, multis pugionum ictibus perfossa, convertit orationem ad miserationem commovendam, populumque, jam dolore incensum, in eam iracundiam furoremque impulit, ut statim a funere ad domum Bruti et Cassii cum facibus accurreret; unde ægre repulsus est. Brutus et Cassius, vitato præsenti periculo, concitatæ multitudinis vim timentes, Antoniique perfidiam jam satis experti, Antium et Lanuvium aufugerunt, eo consilio, ut inde in provincias a senatu decretas proficiscerentur. Decreverat autem senatus, postridie quam e Capitolio Cæsaris interfectores descenderant, Bruto Cretam, Cassio Africam, Trebonio Asiam, Cimbro Bithyniam: D. Bruto Galliam citeriorem, datam a Cæsare antea, confirmarat. Idem tamen, quasi ad sanitatem revocatus, reliquis diebus in Capitolio præclara S.C. fecit, primum illud e Ser. Sulpicii sententia, ne qua post Idus Mart. immunitatis tabula, neve cujus beneficii figeretur: deinde, ut dictaturæ nomen in perpetuum e rep. tolleretur. Lux quædam oblata videbatur: erecti erant spe libertatis et otii bonorum animi: constituta resp. putabatur: sed cito ille simulationem sustulit, suique similis visus est: habito enim Kalendis Jun. senatu, non eum, quem antea, de rep. sensum, nec superiorum dierum actis consentientem voluntatem ostendit: nihil deinde ad senatum referebat: per populum, id est, per infimam corruptamque plebem, contemta amplissimi ordinis auctoritate, agebat omnia. Contra S.C. quod ipse fieri voluerat, tabulas figebat, civitatem immunitatesque dabat, exules reducebat; eaque se facere omnia dicebat ex legibus Cæsaris, aut ex ejus commentariis. Tum Cicero, desperata prorsus Antonio consule libertate, urbem reliquit, in Græciam iturus, ea mente, ut Kalendis Jan. quo die Pansa et Hirtius consulatum inituri erant, adesset: nec tamen iter illud absolvit: nam Leucopetræ adversa tempestate detentus, ab iis, qui ab urbe venerant, et concionem accepit Antonii, quam valde probavit, et ea cognovit, unde revertendi consilium cepit. Post reversionem, de via languens, in senatum, qui Kalendis Sept. ut Phil. v legitur, in æde Concordiæ habebatur, non venit: quo graviter commotus Antonius, fabros se missurum, et domum ejus disturbaturum, audiente senatu, dixit. Postridie, id est, xiv Non. Sept. in senatum venit, absente Antonio: et hac oratione prima exposuit consilium profectionis et reversionis suæ: deinde questus est graviter de Antonii hesterna injuria: tum leges illius reprehendit: postremo utrumque consulem, absentem Antonium, præsentem Dolabellam, quem sibi, profecturus ad bellum Parthicum, Cæsar suffecerat, hortatur, ut veram solidamque gloriam sequantur, diligi a suis civibus malint, quam metui; rempublicam omni ratione complectantur.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 153.] ANTEQUAM de republica, patres conscripti,[a] dicam ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror,

NOTÆ

[a] *Patres conscripti*] De his dictum est Orat. de Provinc. § 1.

Digitized by Google

exponam vobis breviter consilium et profectionis et reversionis meæ. Ego cum sperarem,[1] aliquando[a] ad vestrum consilium[b] auctoritatemque rempublicam esse revocatam, manendum mihi statuebam, quasi in vigilia[c] quadam consulari ac senatoria: nec vero usquam[d] discedebam, nec a republica dejiciebam oculos, ex eo die,[e] quo in ædem Telluris[f] convocati sumus. In quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis, Atheniensiumque[g] renovavi[2] vetus exemplum; Græcum etiam verbum usurpavi,[h] quo tum in sedandis discordiis erat usa[3] civitas illa; atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui.[i] 2. Præclara tum oratio M. Antonii;[k]

[a] *Tandem.*

CAP. I. 1 *Ego cum comperiem* φ.—2 Idem cod. *revocavi.*—3 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *usa erat;* codd. aliquot, etiam φ, Rom. Junt. Camer. *quod tum in s. d. usurpaverat civitas illa;* Schutz. de Ferrarii conj. *quod tum in s. d. civitas illa.* Pro *censui* O habet *statui.* Actutum, *Præclara t. o. M. An-*

NOTÆ

[b] *Ad vestrum consilium*] Per Julium Cæsarem patribus sublata fuerat auctoritas administrandæ reipublicæ: verum eo occiso, eis restituta est.

[c] *In vigilia*] Metaphora sumta est a militibus, qui in statione excubant. Hanc autem vocat 'consularem et senatoriam;' quia consul fuerat Cicero, et senator erat, ad quos potissimum pertinet invigilare reipublicæ.

[d] *Usquam*] Per illam vocem ostendit, ita se invigilasse reipublicæ conservandæ, ut nec in locum aliquem, nec ex aliquo loco discesserit; milites in statione sua imitatus.

[e] *Ex eo die*] Decimo quinto Kal. April. venit in ædem Telluris. Vide Epist. ad Att. XIV. 11. et 12.

[f] *In ædem Telluris*] Post cædem Cæsaris, ab Antonio convocatus est senatus in Telluris templum, quod ad forum Romanum, et Viam Sacram erat, non procul a Capitolio et Palatio. Huic ædi vicinior fuit ædes Antonii, ut ait Appianus; ibique potius quam in curia senatum haberi voluit, quod subjecta hæc erat Capitolio, unde facile a conjuratis ad cædem gladiatores evocari potuissent.

[g] *Atheniensium*] Cum Athenienses victi essent a Lacedæmonibus, triginta rectoribus, qui tyranni dicti sunt, regendi dati sunt; qui cum tyrannidem in eos exercerent, tandem a Thrasybulo victi sunt et expulsi; restitutaque civitatis libertate, lex ab eodem lata est, ne quis rerum anteactarum accusaretur, ne qua præteritarum injuriarum mentio fieret, ne quis mulctaretur.

[h] *Verbum usurpavi*] Legem illam Græci dixere ἀμνηστίαν, id est, *oblivionem injuriarum.* De hac lege loquitur Val. Max. lib. IV. tit. 'de Moderatione.'

[i] *Delendam censui*] Scribit Dio, ita a Cicerone permotum fuisse senatum,

Digitized by Google

egregia etiam voluntas: pax denique per eum, et per liberos ejus[l] cum præstantissimis civibus confirmata est. Atque his principiis[4] reliqua consentiebant. Ad deliberationes eas, quas habebat domi de republica, principes civitatis adhibebat:[5] ad hunc ordinem[m] res optimas deferebat: summa constantia ad ea, quæ quæsita erant, respondebat: nihil tum in C. Cæsaris commentariis[n] reperiebatur.[6] 3. Num qui exules restituti?[7] unum aiebat,[o] præterea neminem: num immunitates datæ?[p] nullæ, re-

tonii desunt in eodem cod. *egregia enim voluntas* O.—4 *Atque his principes* φ.—5 Ernesti conj. *referebat*.—6 Pall. Junt. Græv. Wernsd. *summa constantia ad ea, q. q. e. r.; nihil tum, nisi quod erat notum omnibus, in C. Cæsaris c. reperiebatur;* codd. plerique, edd. ante Muret. item Grut. *summa cum dignitate et constantia . . . nisi quod erat notum omnibus, in C. &c.* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. exhibent *nihil tum, nisi quod erat notum omnibus, in C. Cæsaris c. reperiebatur: summa constantia ad ea q. q. erat, respondebat.*—7 Cod. φ *resti-*

NOTÆ

ut senatusconsultum factum sit, ne quis acceptæ ab alio injuriæ in posterum meminisset.

[k] *Oratio M. Antonii*] Antonius in æde Telluris de concordia habuit orationem.

[l] *Per liberos ejus*] Plures pro uno sic reponit Cicero; unum enim tantum habuisse ex prima sua conjuge Fadia legitur. Cum interfectores Cæsaris in Capitolio tutius remanerent, non ausi ad senatum venire, parvum filium Antonius obsidem in Capitolium misit; et, ut Plutarchus in Bruto scribit, e Capitolio descenderunt; ac Brutus apud Lepidum, Cassius apud Antonium, cęteri apud alios cœnarunt. Postero die provinciæ eisdem in senatu decretæ, Bruto Creta, Cassio Africa, Trebonio Asia, Cimbro Bithynia, D. Bruto Gallia citerior. Sed cum Cæsar funere elatus, et a M. Antonio laudatus esset, plebs cum facibus ad domum Bruti, Cassii, et aliorum cucurrit, et ægre depulsa. Cicero de his scribit ad Att. lib. XIV. Tum M. Brutus et Cassius urbem reliquerunt, et Antium atque Lanuvium profecti, ibi otiosi fuerunt. Ad Att. lib. XIV. et XV.

[m] *Ad hunc ordinem*] Senatorium ordinem intelligit, ad quem res majoris momenti deferebantur. Inde autem sperabatur ut pristinæ libertati respublica restitueretur ab Antonio.

[n] *Cæsaris commentariis*] Commentaria, sive commentarii, libri sunt, in quibus summa tantum capita, et velut initia describuntur.

[o] *Unum aiebat*] Quis fuerit ille exul restitutus, non facile judicatur, nisi sit Sextus Clodius, Publii Clodii filius, qui Ciceroni fuit infensissimus. Certe id aperte testatur Antonius epistola quadam ad Ciceronem, ad Att. lib. XIV.

[p] *Immunitates datæ*] Dabatur alicui populo vel civitati immunitas, cum a tributo, quod populo Romano pendebant, liberabantur.

Digitized by Google

spondebat. Assentiri etiam[8] nos Ser. Sulpicio,[q] clarissimo viro, voluit, ne qua tabula[r] post Idus Martias ullius decreti Cæsaris aut beneficii figeretur. Multa prætereo, eaque præclara:[9] ad singulare enim M. Antonii factum festinat oratio. Dictaturam,[s] quæ vim jam[10] regiæ potestatis obsederat,[b] funditus ex republica sustulit, de qua ne sententias quidem diximus: scriptum senatusconsultum, quod fieri vellet, attulit: quo recitato, auctoritatem ejus summo studio secuti sumus, eique amplissimis verbis per senatusconsultum gratias egimus. II. 4. Lux[c] quædam videbatur oblata,[1] non modo regno,[t] quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato: magnumque pignus ab

[b] *Obtinuerat.* [c] *Felicitas.*

tuisti.—8 *Assentiet etiam* in eodem cod.—9 Idem, *eaque clara sunt.*—10 Vat. Manut. Faërn. Orell. *jam vim.* Mox, pro *obsederat* Ernesti conj. *obtinebat.* Deinde, *de qua nos sent. q. diximus* φ.

NOTÆ

[q] *Ser. Sulpicio*] Sulpicius jurisconsultus fuit doctissimus, et eloquentissimus. Is, cum videret multas immunitats tum civitatibus, tum hominibus, qui Cæsari faverant contra Pompeium, ab eodem esse datas, atque illarum immunitatum edicta in tabulas æreas incidi, et in Capitolio figi ad memoriam sempiternam, senatusconsultum fieri obtinuit, ne id deinceps fieret.

[r] *Ne qua tabula*] Leges, fœdera, et decreta, quæ lata fuerant, in tabulis æreis incisa, in locis publicis, sed maxime in Capitolio, clavis ad parietes aut columnas figebantur.

[s] *Dictaturam*] Dictator hinc dictus est, quod a consule dicebatur: aliquando etiam a populo nominatus est; sed qui tamen a consule diceretur, ut Livius observat lib. XXVII. quandoque vero ab interrege, ut a Valerio Flacco Cornelius Sulla, teste Appiano Bell. Civil. lib. I. denique etiam a senatu; sic enim Caius Julius Cæsar dictator creatus est, ut Plutarchus in ejus Vita scribit. Porro creabatur quando discordiæ civium graviores poscebant, ut notavit Cicero de Leg. lib. III. vel crebra bella, eaque graviora a finitimis populis oriebantur. Tantum autem illius fuit imperium, ut eo creato, magistratus omnes, præter tribunos, auctoritate sese abdicarent: haud amplius quam per sex menses sine provocatione, et majore quam consules potestate, imperabat. Primus omnium Sulla, deinde Cæsar perpetuam hanc sibi potestatem usurparunt: unde ait, Cæsarem usurpavisse sibi regiam potestatem, qua summa uti apud omnes videbatur.

[t] *Non modo regno*] Intelligit dictaturam, quam perpetuam invaserat Cæsar.

Digitized by Google

eo reipublicæ datum, se liberam civitatem esse velle, cum dictatoris nomen, quod sæpe justum fuisset,[u] propter perpetuæ dictaturæ recentem memoriam,[x] funditus ex republica sustulisset. 5. Liberatus cædis periculo[2 y] paucis post diebus senatus: uncus impactus est fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaserat. Atque hæc omnia communiter cum collega: alia porro propria Dolabellæ; quæ,[3] nisi collega abfuisset, credo eis fuisse futura communia. Nam, cum serperet in urbe[4] infinitum malum,[e] idque manaret in dies latius; iidemque bustum[z] in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam[a] effecerant; et quotidie magis magisque perditi homines, cum sui similibus servis, tectis ac templis urbis minarentur; talis animadversio fuit Dola-

[e] *Seditio domestica.*

CAP. II. 1 Ernesti conj. *oberta*, et sic legitur in φ.—2 *Liberatus periculo cædis* Vat. Manut. Faërn. Orell. Mox, *senatus videbatur* nonnulli codd. Græv. *unicus impactus est* O. *junctus in paucis est* φ. *est* omittit Acron. Schol. Cruq. ad Horat. Od. I. 35. 26. probante Garat. Deinde, *in Mari* Vat. *qui M. C. Marii* O. *in* omittit cod. Liliensis, probantibus Gulielm. et Garat.—3 O *quod*. Mox, *eis fuisse futura* Vat. Faërn. Orell. *eis inter ipsos fuisse futura* Lamb. e conj.—4 Vat. et φ *in urbem*, probantibus Muret. et Garat. Paulo post, *sepulturam refecerant* cod. Lil. et Grut. Deinde, *cum suis similibus* Vat.

NOTÆ

[u] *Sæpe justum fuisset*] Dictatoris dignitas sæpe justa fuit, cum legitime concedebatur a consule, populo, vel senatu; et post sex menses deponebatur.

[x] *Recentem memoriam*] Antonius decreverat, ne quis deinceps dictator crearetur, propter recentem illam dictaturam quam sibi Cæsar perpetuam vindicarat contra leges.

[y] *Liberatus cædis periculo*] Periculum indicat, quod nasci poterat ex quodam fugitivo et incognito homine, qui a Livio epit. lib. CXVI. 'Chamaces,' Valerio Max. IX. 16. 'Herophilus, equarius medicus,' ab Appiano lib. III. 'Amatius' nominatur. Is se filium C. Marii, et propterea Cæsaris affinem dictitabat. Hominem popularem et seditiosum Antonius, indicta causa, summa cum approbatione senatus, interfecit; et interfectus unco ferreo ad Gemonias scalas, ad rupem Tarpeiam tractus est; unde in Tiberim fluvium damnati projiciebantur.

[z] *Iidemque bustum*] Bustum proprie locus dicitur, ubi cadaver combustum est. Verum hic sumitur pro ipso monumento quod in honorem Cæsaris erectum est, et ad quod plurimæ ejus imagines appensæ sunt.

[a] *Insepultam sepulturam*] Vocat Cæsaris sepulturam insepultam, quia quotidie novæ quædam imagines Cæsaris comburebantur, ut illius mortui ac sepulti memoria semper superesset.

Digitized by Google

bellæ, cum in audaces sceleratosque[b] servos, tum in impuros[5] et nefarios liberos; talisque eversio illius execratæ columnæ,[c] ut mirum mihi videatur, tam valde reliquum tempus ab illo uno die[d] dissensisse. 6. Ecce enim Kalendis Juniis,[6] quibus ut adessemus edixerat,[e] mutata omnia: nihil per senatum, multa et magna per populum, et absente populo et invito: consules designati[f] se audere negabant[7] in senatum venire: [*p.* 154.] patriæ liberatores[g] urbe carebant ea, cujus a cervicibus jugum servile dejecerant: quos tamen ipsi consules[h] et in concionibus[ſ] et in omni sermone laudabant. Veterani[i] qui appellan-

ſ *Conventu.*

et edd. ante Hervag.—5 Cod. φ *tum impuros.* Artutum, *et nefarios cervos* O. *illius* deest in φ. Tum, *ut mihi mirum* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. Deinde, *ab illo primo die* conj. Ernesti.—6 *Kalendis Junii* O. *Kalendæ Juniæ* Lamb. *edixerant* O φ, Vat. alii codd. Manut. Wernsd. Orell.—7 Vat. Teeg.

NOTÆ

[b] *In audaces sceleratosque*] Plebs solidam columnam, duce Amatio, prope viginti pedum, lapidis Numidici, in foro, in busto Cæsaris statuerat, et inscripserat, 'Parenti Patriæ;' atque apud eundem sacrificabat, vota suscipiebat, et controversias quasdam, interposito per Cæsarem jurejurando, distrahebat, ut Suetonius scribit. Hanc Dolabella, consulum alter, sustulit, et homines seditiosos, qui illam eversionem moleste ferebant, partim in crucem egit, partim de saxo dejecit. Vide Epist. ad Att. XIV. 17. et Epist. ad Famil. IX. 14.

[c] *Execratæ columnæ*] Hanc eandem columnam bustum appellavit supra, quod Dolabella, absente collega Antonio, in foro evertit.

[d] *Ab illo uno die*] Intelligit diem quo repressi scelerati sunt, et columna disjecta est a Dolabella.

[e] *Edixerat*] Antonius consul edixit, ut Cicero, qui mense Aprili et Maio rure fuerat in villis suis, adesset in senatu Kal. Junii.

[f] *Consules designati*] Hirtius et Pansa, consules designati, inire proximo mense Januario consulatum debebant.

[g] *Patriæ liberatores*] Qui Cæsarem interfecerant, M. Brutus, D. Brutus, Cassius, aliique: hos 'liberatores patriæ' nominat.

[h] *Ipsi consules*] Antonius et Dolabella publice quidem in concionibus liberatores illos patriæ laudabant, quos tamen ad mortem clam persequebantur.

[i] *Veterani*] Milites veterani dicebantur, qui viginti annis stipendia fecerant; quibus confectis, mittebantur in colonias, eisque agri dividebantur. Cum autem se Romam retulisset Antonius, peragratis veteranorum illorum coloniis, multos secum ex eis adduxit: quod in causa fuit cur multi senatores, metu perterriti repente diffugerint.

Digitized by Google

tur,[8] quibus hic ordo[k] diligentissime caverat, non ad conservationem earum rerum quas habebant,[l] sed ad spem novarum prædarum incitabantur.[m] Quæ cum audire mallem quam videre, haberemque jus legationis liberum,[9] [n] ea mente discessi, ut adessem Kalendis Januariis,[o] quod initium senatus cogendi fore videbatur.

III. 7. Exposui, patres conscripti, profectionis consilium: nunc reversionis, quæ plus admirationis habet, breviter exponam. Cum Brundisium,[a] iterque[1] illud, quod tritum in Græciam est, non sine causa[b] vitavissem, Kalendis Sextilibus[c] veni Syracusas,[d] quod ab urbe ea trans-

Manut. Faërn. Orell. *negabant se audire.*—8 Vat. Junt. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *appellabantur.* Paulo post, *ad spem n. p. concitabantur* O.——9 Manut. de Beroaldi conjectura *liberæ.*

CAP. III. 1 Cod. φ *uterque.* Statim, *quod ab ea urbe* Vat. Manut. Faërn.

NOTÆ

[k] *Quibus hic ordo*] Senatus prospexerat, ut omnibus veteranis militibus, ac iis maxime qui cum Cæsare fuerant, nihil deesset, ut commode et honeste vivere possent.

[l] *Quas habebant*] Possessiones agrorum obtinuerant a Cæsare, dum viveret.

[m] *Incitabantur*] Veterani illi milites ab Antonio et Lepido impellebantur ad bona civium interficiendorum diripienda.

[n] *Legationis liberum*] Legatio libera dicebatur, quam senatores, privati negotii causa, a senatu ad aliquod tempus impetrabant. Cicero has legationes annuas lege sua fecerat: sed postea (ut scribit ad Att. lib. xv.) lege Julia quinquennium iis præfinitum fuit. Qui libera legatione aberat, non habebatur reipublicæ causa abesse, sed sua. Tribus autem de causis libera legatio dabatur: periculi vitandi causa, voti solvendi, et hæreditatis nominumque persequendorum.

[o] *Ut adessem Kalendis Jan.*] Cicero profectus fuerat Roma propter potentiam Antonii; qui omnia ad arbitrium gerebat, sine ulla senatus auctoritate. Sperabat autem se rediturum ad Kalendas Januarias, quibus novi consules magistratum Pansa et Hirtius inirent; a quibus senatus cogeretur de rebus publicis deliberaturus.

[a] *Brundisium*] Urbs est Calabriæ, portu suo celebris, unde solvebant Romani ituri in Græciam; quoque redeuntes in Italiam, appellebant.

[b] *Non sine causa*] Brundisii multi erant e veteranis Cæsariani milites, qui ab Antonio solicitati erant; quos evitare voluit.

[c] *Kalendis Sextilibus*] Id est, mense Augusto, qui tum Sextilis dicebatur, quique ab Augusto Cæsare Augustus, sicut Quintilis Julius a Julio Cæsare nominatus est.

[d] *Syracusas*] Syracusæ urbs fuit Siciliæ amplissima, ab Archia Corinthio annis ante Christum plus sep-

Digitized by Google

missio[a] in Græciam laudabatur: quæ tamen urbs, mihi conjunctissima,[e] plus una me nocte cupiens retinere, non potuit. Veritus sum, ne meus repentinus ad meos necessarios adventus suspicionis aliquid afferret, si essem commoratus. Cum autem me ex Sicilia ad Leucopetram,[f] quod est promontorium agri Rhegini,[2] [g] venti detulissent; ab eo loco conscendi, ut transmitterem:[b] nec ita multum provectus, rejectus austro[h] sum in eum ipsum locum, unde conscenderam. 8. Cumque intempesta nox[i] esset, mansissemque in villa P. Valerii, comitis[k] et familiaris mei, postridieque apud eundem, ventum expectans, manerem; municipes[l] Rhegini complures ad me venerunt; ex his[3] quidam Roma recentes:[m] a quibus primum accipio M. Antonii concionem;[n] quæ ita mihi placuit, ut, ea lecta,

[a] *Trajectio.* [b] *Trajicerem.*

Lamb. Orell.—2 *Regini* Vat.—3 Junt. Manut. *ex iis.* Mox, *quæ mihi ita*

NOTÆ

tingentis condita.

[e] *Conjunctissima*] Cum quæstor esset in Sicilia Cicero, omnes Siculos ita humanitate et abstinentia sua sibi devinxerat, ut deinceps Romæ eum patronum et defensorem habere voluerint.

[f] *Leucopetram*] Leucopetra Italiæ in Calabriæ finibus promontorium est, quod montis Apennini finis esse dicitur, ut vult Strabo lib. VI. quod a colore 'Leucopetram,' id est, saxum album, appellant.

[g] *Rhegini*] Rhegium extremum agri Brutii oppidum est: nunc *Reggio.*

[h] *Austro*] Auster ventus est meridionalis, contrarius iis qui e Sicilia in Græciam navigant.

[i] *Intempesta nox*] Nox intempesta dicitur, in qua nullum est agendi tempus.

[k] *Valerii, comitis*] Valerius fuit jurisconsultus, ad quem scribit Cic. ad Fam. lib. I. qui cum eo profectus erat.

[l] *Municipes*] Municipes sunt cives Romani, ex municipiis suo jure et legibus suis utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes; a quo munere capessendo appellati videntur, nullis necessitatibus, neque ulla populi Rom. lege astricti.

[m] *Recentes*] Id est, qui nuperrime Roma venerant.

[n] *Antonii concionem*] Antonius concionem habuit in senatu pro Sextio Pompeio, Cn. Pompeii Magni filio, qui tunc in Hispania bellum contra Cæsaris legatos gerebat. Hunc in patriam revocandum esse censuit, et pro patris bonis, quæ in æde Opis in publicum redacta erant, vigesies et quinquagies, decies mille drachmas Atticas restituit, et præsidium maris ei institui debere censuit. Ita vulgo

Digitized by Google

de reversione primum cœperim cogitare. Nec ita multo 4
post edictum Bruti affertur et Cassii:[o] quod quidem mihi (fortasse quod eos etiam plus reipublicæ, quam familiaritatis gratia, diligo) plenum æquitatis videbatur. Addebant[5] præterea (fit enim plerumque, ut ii, qui boni quid volunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id, quod nuntiant, lætius) rem conventuram;[p] Kalendis Sextilibus senatum frequentem fore; Antonium, repudiatis malis suasoribus,[q] remissis Galliis[r] provinciis,[6] ad auctoritatem senatus esse rediturum. IV. 9. Tum vero tanta sum cupiditate incensus ad reditum,[1] ut mihi nulli neque remi, neque venti satisfacerent; non quo me ad tempus occursurum putarem,[2] sed ne tardius, quam cuperem, reipublicæ gratularer. Atque ego celeriter Veliam[s] devectus, Brutum

placuit Vat. Teeg. Faërn. Lamb. Orell.—4 *Nec multo* Junt. Grut. Mox, *quod eos plus etiam reip.* Vat. alii codd. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell. *plus* deest in φ.—5 *Addebat* ψ. Statim, *affigant aliquid* φ ψ.—6 *Gallicis provinciis* φ. *provinciis Galliis* Vat. Colot. Manut. Faërn. Lamb. Orell.

CAP. IV. 1 *Hic vero tanta sum c. incensus, ut ad reditum* e codd. aliquot Græv. Mox, *non quod me* O, Lamb.—2 '*Ad tempus occursurum non putarem*] Sic verissime Vat. Manut. Lamb. Sermo non jam est de senatu Kal. Sextil.

NOTÆ

omnes Ciceronis interpretes referunt; sed qua auctoritate fulti non apparet: saltem credibile est multa bene de republica dixisse, quæ spem quietis afferre videbantur.

[o] *Edictum Bruti et Cassii*] Brutus et Cassius, prætores urbani, edictum tulerunt, ne cui intra vigesimum annum provincia obveniret.

[p] *Rem conventuram*] Id est, rempublicam redituram ad pacem, compositis inter se Cæsaris interfectoribus, et Antonio.

[q] *Malis suasoribus*] Multi viri audaces, et parati ad prædam, Antonium in rempublicam et cives accendebant; quales fuere Capho, Saxa, Mustella, Tamisius.

[r] *Remissis Galliis*] In sortitione provinciarum, Cisalpina D. Bruto, Transalpina Planco evenerat. Cisalpinam Macedoniæ loco, quæ ei obtigerat, a senatu Antonius postulabat, ut refert Appianus Bell. Civil. lib. II. Cum autem fraudem senatus suspicaretur, scripsit ad D. Brutum, ut provinciam sibi conservaret, et exercitum compararet Antonio restiturus.

[s] *Veliam*] Velia urbs est et portus in agro Lucano in Italia; quam a terra Phocide fugati ab Harpalo, regis Cyri præfecto, condiderunt. Græci Ἔλιαν appellant, quoniam in *paludibus* sita est, quas ἕλη Græci dicunt: nunc autem *Basilicata* ab Italis nominatur. Veliæ autem Cicero Brutum vidit, quo cum legatio-

Digitized by Google

vidi; quanto meo dolore, non dico: turpe mihi ipsi videbatur, in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus [3] cederet; et ibi velle tuto esse, ubi ille non posset. Neque vero illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi:[4] erectus enim maximi ac pulcherrimi facti sui conscientia,[t] nihil de suo casu, multa de vestro querebatur. 10. Ex quo [5] primum cognovi, quæ Kalendis Sextilibus in senatu fuisset L. Pisonis oratio:[u] qui quanquam parum erat (id enim ipsum a Bruto audieram) a quibus debuerat, adjutus;[6] tamen et Bruti testimonio (quo quid potest esse gravius?) et omnium prædicatione, quos postea vidi, magnam mihi videbatur gloriam consecutus. Hunc igitur ut sequerer, properavi, quem præsentes non sunt secuti: non ut proficerem [7] aliquid, (neque enim sperabam id, neque præstare

habito: æque ridicule enim Cicero, qui a. d. VII Idus Sextil. nuntium illum acceperat, de illo si cogitasset, utrumque dixisset, et *non quo me ad tempus occursurum putarem*; id scil. per se intelligebatur; et, *non quo me ad t. o. non putarem*; id enim prorsus ἀδύνατον· de tempore autem post Kal. Sext. si intelligas, omissa negatione, falsissimum est: sed cum negatione hoc dicit, tam felici jam reip. statu, id optime sciebam, me etiam sine festinatione ad tempus occursurum, quo bonos pro virili mea parte adjuvarem, stabiliremque ea, quæ bene essent incepta: sed tamen festinabam præ gaudio, quo, quam celerrime fieri posset, reip. gratularer.' *Orell.*—3 Verba, *ipsi videbatur in e. u. me a. r. ex qua Brutus*, desunt in O.—4 Cod. φ *commotum vidi*, omisso *esse*. Mox, *et pulcherrimi* Manut. *atque pulcherrimi* Junt. *sui* omittunt codd. aliquot, edd. ante Manut. item Grut. probante Garat. Pro *vestro*, quod servant Vat. Junt. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. *nostro* habent φ, Ven. 1483. al. ante Manut. Wernsd. in ed. maj. probante Garat.—5 *Exque eo* Vat. Faërn. Lamb. Orell.—6 Cod. φ *aditus*.—7 Idem cod. *perficiem*. Mox, *neque enim s. id, nec, &c.* codd. plerique, Rom. Venet. Junt. Orell. et sic etiam Gell. XIII. 1. *nec enim s. id, nec, &c.* Vat. Manut. Faërn. Lamb. *speravi, neque sperare* O. *superabam* φ. Tum, *impendere videntur* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. et Gell. ibid. *præter naturam etiam* Gell. ibid. Vat. Junt.

NOTÆ

se libera venerat, quia vires suas confirmante Antonio, non tutum se Romæ arbitrabatur.

[t] *Pulcherrimi facti sui conscientia*] Laudat Brutum, quod Cæsarem occiderit, et patriam ab ejus servitute liberaverit.

[u] *L. Pisonis oratio*] L. Piso socer fuit interfecti Cæsaris. Suadebat autem ille, quod depositis armis, omnia ad senatus auctoritatem essent deferenda; libertas esset conservanda; Antonio esse obsistendum, eaque de causa advocandum esse Cn. Octavium, quem Julius adoptaverat.

Digitized by Google

poteram) sed ut, si quid mihi humanitus[e] accidisset, (multa autem impendere videbantur præter naturam præterque fatum[x]) hujus diei vocem testem reipublicæ relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis.

11. [*p.* 155.] Quoniam utriusque consilii[a] causam, patres conscripti, probatam vobis esse confido, priusquam de republica dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonii[8] injuria;[a] cui sum amicus; idque me nonnullo ejus officio[b] debere esse, præ me semper tuli.[9] v. Quid tandem erat causæ, cur in senatum hesterno die tam acerbe cogerer? solusne aberam? an non sæpe minus frequentes fuistis? an ea res agebatur, ut etiam ægrotos deferri[1] oporteret? Hannibal, credo,[c] erat ad portas, aut de Pyrrhi

[e] *Si mors.* [a] *Profectionis et reversionis.*

Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *præterque factum* φ. Deinde, *hujus diei vocem tamen* Wernsd. *hujus tamen diei vocem* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *hujus tamen diei vocem hanc testem* cod. unus Græv. Lall.—8 Manut. *de hesterna Antonii.*—9 Ita Vat. Junt. Manut. Faërn. Grut. Wernsd. Orell. *idque nonnullo . . . debere etiam præ me semper tuli* Lamb. *me* omittit etiam O, non improbante Garat. *esse* delevit Schutz. de Ernestii sententia.

NOTÆ

[x] *Præter naturam, præterque fatum*] Clarissime omnium, meo judicio, hanc explicuit orationem Abrahamus, in eundem locum: sic autem ait: Illa mors est secundum naturam, et secundum fata, quæ ex principiis naturæ intrinsecis, et ex pugna quatuor primarum qualitatum, una prævalente contingit. Illa præter naturam quidem, sed tamen secundum fata, quæ ab externa causarum serie infertur; ut si quis incendio, vel naufragio, vel alio casu pereat. Illa præter naturam, præterque fatum, quæ nec a principiis naturæ intrinsecis, nec a causis externis agendi necessitate constrictis, sed ab hominis libertate dependet; ut cum quis mortem sibi consciscit, vel alterius scelere occiditur.

[a] *Hesterna Antonii injuria*] Cum rescivisset Antonius Romam advenisse Ciceronem, neque adesse in senatu, minatus est se fabros, ad exturbandam ejus domum, et milites, qui eum vi adducerent, missurum.

[b] *Nonnullo ejus officio*] Officium vocat, quod ab Antonio Brundisii non sit occisus, ubi Ciceronem offendit, quo missus fuerat a Cæsare post pugnam Pharsalicam, ut Pompeianos aditu Italiæ prohiberet.

[c] *Hannibal, credo*] Ironice deprimit Antonii factum, proferendo periculum quod ab Hannibale Romæ creatum est, cum post Cannensem pugnam, ad Anienem fluvium castra posuit, ad tertium ab urbe lapidem; et urbem obequitando, intra muros hastam injecit: quo tempore summa Romæ trepidatio fuit.

Digitized by Google

pace[d] agebatur: ad quam causam etiam Appium illum, et cæcum, et senem, delatum esse, memoriæ proditum est. 12. De supplicationibus[e] referebatur: quo in genere senatores deesse non solent: coguntur enim non pignoribus,[f] sed eorum, quorum de honore[2] agitur, gratia:[b] quod idem fit, cum de triumpho[g] refertur. Ita sine cura[h] consules sunt, ut pæne liberum sit senatori, non adesse; qui cum mihi mos notus esset, cumque de via[3] languerem,[c] et mihimet displicerem; misi, pro amicitia,[i] qui hoc ei diceret. At ille, vobis audientibus, cum fabris se domum meam venturum esse dixit. Nimis iracunde hoc quidem, et valde intemperanter. Cujus enim maleficii ista[4] pœna est, ut dicere in hoc ordine auderet, se publicis operis[d] disturbaturum publice ex senatus sententia ædificatam[k] domum? Quis autem unquam tanto damno senatorem coëgit? aut quid est ultra pignus, aut mulctam?[l] Quodsi[5] scisset,

[b] *Causa.* [c] *Fessus essem.* [d] *Fabris.*

CAP. V. 1 Manut. *deferre.*—2 Vat. Manut. Faërn. Lamb. *de quorum honore.*—3 Vat. φ ψ, Junt. Manut. *cumque e via.* Mox, *qui hoc ediceret* φ ψ, Junt. Grut. 'Goerenz. observat 'edicere' pro 'dicere' utique Ciceronianum esse. Ægre tamen caremus pronomine.' *Orell.*—4 *Cujus enim m. tanta ista* Vat. Manut. Faërn. Lamb. in marg. ed. 1584. Wernsd. Orell.—5 Ita Vat. Ma-

NOTÆ

[d] *Pyrrhi pace*] Pyrrhus rex Epirotarum fuit, qui a Tarentinis advocatus contra Romanos bella gessit. Is ad vigesimum ab urbe lapidem castra posuit. Cum de pace cum eo ageretur, Appius, senex et cæcus, lectica in senatum delatus, turpes conditiones dissuasit. Florus lib. XIII.

[e] *De supplicationibus*] De supplicationibus dictum est Orat. pro Balbo § 61. Quoties autem de supplicationibus referendum erat, senatores convocabantur per amicos illius, cujus gratia illæ instituebantur.

[f] *Non pignoribus*] Quotiescumque senatus habebatur, adesse senatores debebant, aut mulcta cogebantur, nisi justa absentiæ causa subesset: quanquam non eadem pœna tenebantur, cum de supplicationibus aut triumpho agebatur.

[g] *Cum de triumpho*] Idem fiebat ac de supplicationibus, cum de triumpho decernendo agebatur.

[h] *Sine cura*] Id est, non curant consules.

[i] *Misi, pro amicitia*] Tunc amicus erat Antonio Cicero.

[k] *Ex senatus sententia ædificatam*] Cum Clodius, exulante Cicerone, domum ejus incendisset, ex senatus decreto publica pecunia restituta est.

[l] *Aut quid est ultra pignus, aut mulctam*] 'Pignus' est contractus,

Digitized by Google

quam sententiam dicturus essem, remisisset aliquid profecto de severitate cogendi. VI. 13. An me censetis, patres conscripti, quod vos inviti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus [m] miscerentur? ut inexpiabiles religiones [1] [n] in rempublicam inducerentur? ut decernerentur supplicationes mortuorum? nihil dico, cui.[o] Fuerit ille L. Brutus,[2] [p] qui et ipse regio dominatu rempublicam liberavit, et ad similem virtutem et simile factum stirpem in prope quingentesimum annum propagavit;[q] adduci tamen non possem, ut quenquam mortuum conjungerem cum immortalium [3] religione;[r] ut, cujus sepulcrum usquam extet, ubi parentetur,

nut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *Qui si* O φ, Junt. Grut. Græv. *Quod si sciret* conj. Garat.

CAP. VI. 1 Cod. φ *regiones*. Mox, pro *mortuorum*, quod exhibet Junt. *mortuo* præbent Vat. O φ ψ, Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *nil dico cujus* φ. *nihil dico quis* ψ.—2 *Fuerit ille Brutus* Vat. Faërn. Statim, *dominatu regio* Venet. Manut. Faërn. Orell. 'Consulto hæc conjunxit Tullius, *regio rempublicam*.' Orell. Deinde, *stirpem jam prope in*, &c. codd. et edd. ante Junt. item Orellius. *stirpem in prope jam*, &c. Faërn. *jam* pro gloss. habet Goerenz. 'Ciceronem semper dicere *prope jam*, cf. ad Div. Epist. II. 5. et pro Flacc. cap. 1.' *Orellius*.—3 Ita Vat. O, Manut. Faërn. Wernsd. Orellius. *cum Deorum immortalium* φ ψ, Junt. Lambinus, Gruterus. Mox,

NOTÆ

quo res aliqua creditori ea lege obligatur, ut in illa ipsa, cum primum ei satisfactum erit, reddenda, dolum et levem culpam præstet. 'Mulcta' vero species pœnæ est, pecuniaria duntaxat, quæ arbitrio ejus, qui mulctam pro suo jure dicit, cum specialis pœna constituta non esset, imponitur.

m *Parentalia cum supplicationibus*] Parentare, est manibus defunctorum parentum sacrificare: unde parentalia dicta sunt sacra, quæ Diis Manibus solvuntur.

n *Inexpiabiles religiones*] Inexpiabiles religiones dicuntur, quæ nullo supplicio, nullo sacrificio purgari et lui possunt. Tales autem dicit supplicationes, quæ pro mortuo fiunt.

o *Nihil dico cui*] Id invidiose dicit contra Cæsarem, quem tyrannum fuisse indicat; cuique opponit Brutum, libertatis Romanæ assertorem, cujus ne quidem ad sepulcrum fiunt supplicationes.

p *L. Brutus*] Repone Junium Brutum, a quo Tarquinius Superbus cum filiis ejectus est.

q *Stirpem . . . propagavit*] Extendit stirpem suam in hæc Ciceronis tempora, ex qua extitit M. Brutus, qui Cæsarem interfecit, qui regium dominatum vindicare sibi volebat.

r *Cum immortalium religione*] Supplicationes ad Deos pertinent, non ad mortuos, quibus tantum parentatur.

Digitized by Google

ei publice supplicetur. Ego vero eam sententiam dixissem, patres conscripti,[4] ut me adversus populum Romanum, si qui accidisset gravior reipublicæ casus, si bellum, si morbus,[e] si fames, facile possem defendere: quæ partim jam sunt,[s] partim timeo ne impendeant. Sed hoc ignoscant Dii[5] immortales, velim,[f] et populo Romano, qui id non probat, et huic ordini,[t] qui decrevit invitus. 14. Quid? de reliquis reipublicæ malis licetne dicere? mihi vero licet, et semper licebit, dignitatem tueri, mortem contemnere: potestas modo veniendi in hunc locum sit;[6] dicendi periculum non recuso. Atque utinam, patres conscripti, Kalendis Sextilibus[u] adesse potuissem! non quo[7] profici potuerit aliquid; sed ne unus modo consularis,[v] quod tum accidit, dignus illo honore, dignus republica inveniretur. Qua quidem ex re magnum accipio dolorem, homines amplissimis[8] populi Romani beneficiis usos, L. Pisonem, ducem optimæ sententiæ,[w] non secutos. Idcircone nos populus Romanus consules fecit, ut in altissimo gradu dignitatis locati, rempublicam pro nihilo haberemus? Non modo voce nemo L. Pisoni consularis,[9] sed

[e] *Pestis.* [f] *Utinam.*

nusquam extet Vat. Teeg. alii codd. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *cui parentetur* O.—4 Ita Ven. 1483. Junt. Lamb. Wernsd. Orell. *patres conscripti* omittunt Vat. Manut. Faërn. *Ego vero, patres conscripti, eam sententiam dixissem* malit Orell. *populum* deest in φ. *si quis accidisset* φ Junt. Manut.—5 Schutz. et Wernsd. in utraque ed. *ignoscent Dii.* Mox, *qui non probat ... quod decrevit* φ.—6 Junt. Manut. *in hunc locum veniendi sit.* Verbum *sit* deest in φ.—7 Manut. *non quod.*—8 Cod. ψ *amplissimos.* Mox, pro *consules,* quod servant O φ ψ, Vat. Colot. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *consulare* exhibent Junt. Manut. Grut. Tum, *altissimo amplissimoque gradu* codd. plerique, Vat. a m. sec. φ ψ, Junt. Manut. Wernsd. Orell.—9 *L. Pisoni consulari* φ ψ.—

NOTÆ

[s] *Partim jam sunt*] Bellum gerebatur in Hispania contra filios Pompeii.

[t] *Huic ordini*] Senatorio.

[u] *Kal. Sextilibus*] Hoc tempore ab Antonio relatum est de supplicationibus, et parentalibus Cæsari decernendis.

[v] *Unus modo consularis*] Piso, de quo supra, § 10.

[w] *Ducem optimæ sententiæ*] Dux sententiæ dicebatur, qui primus eam aperuisset. Auctor autem fuerat Piso, ne parentalia et supplicationes Cæsari fierent.

Digitized by Google

ne vultu quidem assensus est. 15. Quænam (malum!)[10] [x] est ista voluntaria servitus? fuerit quædam necessaria:[y] nec ego hoc ab omnibus iis desidero, qui sententiam loco consulari dicunt: alia causa est eorum, quorum silentio ignosco; alia eorum, quorum vocem requiro: quos quidem doleo in suspicionem populi Romani venire, non metu, quod ipsum esset turpe, sed alium alia de causa[z] deesse dignitati suæ. VII. Quare primum maximas gratias et habeo et ago[1] L. Pisoni, qui non, quid efficere posset in republica, cogitavit, sed quid ipse facere deberet: deinde a vobis, patres conscripti, peto, ut, etiamsi sequi minus audebitis orationem atque auctoritatem meam, [p. 156.] benigne tamen me, ut fecistis adhuc, audiatis.

16. Primum igitur acta Cæsaris[a] servanda censeo; non quo[2] probem, (quis enim id quidem potest?) sed quia rationem habendam maxime arbitror pacis et otii. Vellem

10 *Quodnam malum* ψ. *Quæ, malum* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. Statim, *neque ego hoc, &c.* Vat. Manut. Wernsd. Orell. *sententias* O. *consulari loco* Vat. Junt. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *causa eorum* φ. Verba, *quorum silentio i. a. eorum*, desunt in eodem cod. Deinde, *populo Romano* φ, Manut. Faërn. Lamb. Orell. *P. R.* Græv. *Romani populi* Junt. *non modo metus* Vat. φ ψ, Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell.

CAP. VII. 1 Ita Junt. Manut. Wernsd. *et ago et habeo* Vat. Faërn. Lamb. Orell. sicque affert h. l. Nizol. in v. 'Gratia.' Cf. Philipp. III. § 25. *efficere* deest in φ. *facere ipse deberet* Vat. Junt. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *ipse* omittit Schutz. de sententia Ernesti. Paulo post, *benigne me tamen* Vat. Junt. Manut. Faërn. Lamb. 1566. Wernsd. Orell. *ut adhuc fecistis* Vat. Manut. Faërn. Wernsd. Orell.—2 Lamb. *non quod;* O *non quo modo.* Statim, *arbitrio p. et otii* φ. *ac otii* Ven. 1483. Lamb. 1566. Wernsd. *atque otii* Vat.

NOTÆ

[x] *Malum*] Vox ista, *malum*, interjectio est indignantis hominis.

[y] *Quædam necessaria*] Cæsar sua potentia quandam intulerat in rempub. servitutem.

[z] *Alium alia de causa*] Multi, quia affecti fuerant beneficiis a Cæsare, tacuerunt.

[a] *Acta Cæsaris*] Actum est in senatu, utrum omnia Cæsaris acta rescinderentur, quibus aliis provincias, aliis alia beneficia conferebat: servanda senatus decrevit, propter bonum pacis. Libellos ejus conjux Calpurnia detulit ad Antonium, verita ne bona fisco addicerentur. Antonius hæc acta Cæsaris ad arbitrium suum mutavit, ac universam rempub. laceravit, Cæsaris nomen et auctoritatem prætexens.

Digitized by Google

adesset Antonius, modo sine advocatis:[b] sed, ut opinor, licet ei minus valere;[c] quod mihi heri per illum non licebat:[3] doceret me,[d] vel potius vos, patres conscripti, quemadmodum ipse Cæsaris acta defenderet. An in commentariolis,[e] et chirographis,[f] et libellis se uno auctore prolatis,[g] ac[4] ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis, acta Cæsaris firma erunt; quæ ille in æs incidit,[h] in quo populi jussa,[i] perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? 17. Equidem sic existimo:[5] nihil tam esse in actis Cæsaris, quam leges Cæsaris. An, si cui[6] quid ille promisit, id erit fixum, quod idem facere non potuit? ut multis multa promissa non fecit: quæ tamen multo plura[k] illo mortuo reperta sunt,[7] quam vivo beneficia per omnes annos tributa et data: sed ea non muto, non moveo: summo

Junt. Manut. Faërn. Lamb. 1584. Orell.—3 Vat. Ven. 1483. Junt. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *non licuit*.—4 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. omittunt *ac*. Actutum, *ne latis* O. *ne probatis* φ ψ.—5 *Equidem existimo* Vat. O φ ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Steph. Lamb. Orell. Pro *nihil* O habet *non hoc*.—6 *Ac si cui* φ. Mox, *non facere potuit* Manut. Lamb. 1584. Schutz. Wernsd. in ed. maj.—7 Grut. *reperta sunt illo mortuo*. Actutum, *quam a vivo* Vat. Manut. Faërn. Lamb. 1584. Orell. Paulo post, *etiam* omittit Vat. *studio illius*

NOTÆ

[b] *Sine advocatis*] Per advocatos milites illos veteranos intelligit, et fabros, quibus stipatus venit in senatum; alludens ad consuetudinem Romanorum, qui in judiciis tum privatis, tum publicis, amicos omnes suos advocabant, quorum auctoritate moveri posse judices arbitrabantur.

[c] *Licet ei minus valere*] Carpit Antonium quod abesset a senatu, qui quidem utebatur excusatione valetudinis, quam excusationem non admisit erga Ciceronem, qui revera de via languebat.

[d] *Doceret me*] Ostendit quod Antonius Cæsaris acta non servat, quia revera leges ejus non servat.

[e] *Commentariolis*] Commentarioli, libelli sunt, in quibus princeps eorum omnium nomina perscribit, quibus aliqua reipub. procuratio commissa est.

[f] *Chirographis*] Chirographum est privata cautio manu alicujus vel scripta, vel subscripta.

[g] *Se uno auctore prolatis*] Solus Antonius hæc dicebat esse acta Cæsaris, quæ ab omnibus aliis ignorabantur.

[h] *In æs incidit*] In æs incidebantur leges, ut perpetuæ servarentur.

[i] *Populi jussa*] Plebis scita et leges intelligit. Nam lex est generale jussum populi rogante magistratu.

[k] *Quæ tamen multo plura*] Carpit Antonii improbitatem, qui longe plura beneficia seu immunitates promisit, quam ipse Cæsar promiserit.

Digitized by Google

etiam studio præclara illius acta defendo. Pecunia utinam ad Opis[1] maneret! cruenta illa[m] quidem, sed his temporibus, quoniam his,[8] quorum est, non redditur, necessaria: quanquam ea quoque sit effusa,[n] si ita in actis fuit. 18. Ecquid est, quod tam proprie dici possit actum[o] ejus, qui togatus[9][p] in republica cum potestate imperioque versatus sit, quam lex? Quære acta Gracchi;[q] leges Semproniæ proferentur: quære Sullæ; Corneliæ: quid? Cn. Pompeii tertius consulatus in quibus actis constitit?[10][r] nempe in legibus. A Cæsare[11] ipso si quæreres, quidnam egisset in urbe et in toga; leges multas responderet se et præclaras tulisse: chirographa[s] vero aut mutaret, aut non daret: aut, si dedisset, non istas res in actis suis duceret.[a] Sed ea ipsa[12] concedo: quibusdam in rebus etiam conni-

[a] *Existimaret esse.*

præclara Vat. Manut. *studio præclara illa* Lamb.—8 Vat. Faërn. Lamb. Orell. *quoniam iis;* Junt. Manut. Wernsd. *cum his.* Mox, *in actis ejus fuit* Junt. Lamb. 1584.—9 Cod. φ *rogatus.* Idem cod. mox, *versatus est.*—10 Ita Vat. ψ, Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *consistit* O φ, Junt. *nempe* deest in Vat.—11 *De Cæsare* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell.—12 *Sed hæc ipsa* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. Mox, *quibusdam etiam in rebus* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell.

NOTÆ

[1] *Ad Opis*] Id est, ad Opis ædem, ubi erat ærarium. Ops autem mater est Deum, et Cybele dicitur, et Bona Dea, et Matuta.

[m] *Cruenta illa*] Mortuo Cn. Pompeio, et omnibus Pompeianis profligatis, bona eorum omnia in fiscum redacta sunt, et deportata ad ædem Opis, ut iis populus Romanus uteretur, si opus haberet.

[n] *Ea quoque sit effusa*] Non conqueritur Cicero dissipatam esse pecuniam illam ab Antonio, si in actis Cæsaris reperiatur, ut in aliquos dissiparetur; quanquam grave scelus ab illo committitur, si ad arbitrium suum, et in quos voluerit, dissipetur.

[o] *Quod tam proprie dici possit actum*] Probat leges esse acta per inductionem.

[p] *Qui togatus*] Per illam vocem *togatus* pacis tempus intelligit, quia tunc togis Romani utebantur, et sagis belli tempore.

[q] *Acta Gracchi*] Leges latæ a Graccho acta ejus sunt, quæ ab ejus nomine Semproniæ dictæ sunt; non enim a prænomine, aut cognomine, nominabantur.

[r] *In quibus actis constitit*] Tertium consul Pompeius multas leges tulit, quæ ejus acta appellantur.

[s] *Chirographa*] Chirographa hic significant res promissas, et propria manu subscriptas.

veo: in maximis vero rebus, id est, legibus, acta Cæsaris dissolvi, ferendum non puto. VIII. 19. Quæ lex melior, utilior, optima etiam republica [1] sæpius flagitata, quam, ne prætoriæ provinciæ [t] plus quam annum, neve plus [2] quam biennium consulares obtinerentur? Hac lege sublata,[u] videnturne vobis acta Cæsaris servari? [3] quid? ea lege, quæ promulgata est de tertia [x] decuria judicum, nonne omnes judiciariæ leges Cæsaris dissolvuntur? Et vos acta Cæsaris defenditis, qui leges ejus evertitis? nisi forte, si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis, et quamvis iniquum [4] et inutile sit, defendetur: quod ad populum centuriatis comitiis [y] tulit, id in actis Cæsaris non habebitur. 20. At quæ est ista [5] tertia decuria? Centurionum,[z] inquit. Quid? isti ordini judicatus[c] lege Julia,[a]

[c] *Potestas judicandi.*

CAP. VIII. 1 Junt. *etiam in republica;* ψ *etiam reipub.*—2 Codd. aliquot, et Manut. *neu plus.*—3 *Cæsaris acta servari* Vat. Junt. Faërn. Lambin. Wernsd. *posse Cæsaris acta servari* Manut. Statim, *quid? lege* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. *tertia* deest in φ. *judicum* omittunt Vat. Manut. Faërn. Wernsd. Orell.—4 Cod. φ *inimicum.*—5 *At quæ ista* Vat. Faërn.—

NOTÆ

[t] *Ne prætoriæ provinciæ*] Multas leges et egregias quidem tulerat Cæsar, sed hanc præcipue laudat; ne provinciæ prætoriæ, ad quas nempe prætores, plusquam annum; consulares vero, ad quas nempe consules mittebantur, ne plusquam biennium obtinerentur. Nam antea quandoque triennium, et quinquennium obtinebantur.

[u] *Sublata*] Hanc legem sustulit Antonius, quia quotidie contrarium illi legi et suadet et facit.

[x] *Promulgata est de tertia*] Tulit Cæsar ut judicia ad duo genera judicum redigerentur, equestris ordinis et senatorii; tribuni vero ærarii, quod erat tertium, tollerentur. Tertium genus, seu decuriam judicum, centurionum nempe, adjicere voluit Antonius.

[y] *Centuriatis comitiis*] Comitia centuriata curiatis honestiora fuere: in illis enim per classes, et secundum dignitatem, honestatem, et censum suffragia rogabantur: in his vero illud non fiebat; unde est comparatio. De comitiis vide secundam Orat. pro Lege Agr. § 27. ubi fuse de comitiis dictum est.

[z] *Centurionum*] Centuriones dicebantur qui certum militum numerum ducebant. Centuriones autem erant etiam equites Rom. quia vero Cæsar legem tulerat, ut equites Rom. judicarent, volebat Antonius ut centuriones etiam judicarent.

[a] *Lege Julia*] Lege lata a Julio Cæsare, de qua jam, jam soli senatores, et equites; lege lata paulo ante a

Digitized by Google

etiam ante Pompeia,[6] Aurelia, non patebat? Census præfiniebatur,[7] [b] inquit. Non centurioni quidem solum, sed equiti etiam Romano.[8] Itaque viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt,[c] res et judicant et judicaverunt. Non quæro, inquit, istos:[d] quicumque ordinem duxit, judicet. At si ferretis,[e] quicumque equo meruisset, quod est laudatius,[9] nemini probaretis. In judice enim spectari et fortuna[4] debet et dignitas. Non quæro, inquit, ista:[f] addo etiam judices manipulares[g] ex legione Alaudarum:[h] aliter enim nostri[i] negant posse se salvos esse.

[4] *Census.*

6 *Pompeiana* φ.—7 *Census finiebatur* cod. Grævii.—8 Cod. φ *sed etiam Ro-*

NOTÆ

Pompeio, senatores, equites, et ærarii tribuni; lege lata ab Aurelio Cotta, ex tribus illis ordinibus selecti judices judicarunt.

[b] *Census præfiniebatur*] Lege Pompeia præfiniebatur, ut ex iis ordinibus nemo judicaret, nisi qui amplissimo censu erat, et equestribus facultatibus: at Antonius tollebat hoc discrimen; volebat quippe, ut quicumque centurio fuisset, quacumque fortuna uteretur, posset judicare.

[c] *Qui ordines duxerunt*] Ducere ordinem in militia dicuntur, qui magistratum aliquem in ea gerunt, sive præsint vel decuriæ, vel centuriæ, manipulis, aut cohorti.

[d] *Non quæro, inquit, istos*] Respondet Antonius non istos quidem quærere in judices, qui censum habent equestrem, vel qui aliquo nominis splendore clari sunt, sed quicumque ordinem duxit, sive pauper, sive dives, &c. Id autem contendebat Antonius, ut omnes sibi militiæ duces addictos haberet, iisque uteretur ad arbitrium.

[e] *At si ferretis*] Id est, si permittatis, ut quicumque eques est, et cujus gradus splendidior est, judicet, nemo vestram sententiam probabit. Porro 'equo merere,' est equum habere ex publico: oportebat autem eum præsto esse cum equo, quoties resp. ejus opera indigebat.

[f] *Non quæro, inquit, ista*] Inducit semper respondentem Antonium, qui nec censum, nec dignitatem, in judicibus requirebat.

[g] *Judices manipulares*] Volebat Antonius etiam seligi judices ex iis, qui manipulos duxerant: erat vero manipulus parva militum manus ex viginti militibus conflata.

[h] *Ex legione Alaudarum*] Cæsar dictator legionem unam ex Transalpinis conscripsit, quam vocabulo quoque Gallico Alaudam appellavit: eamque postea universam disciplina cultuque Romano institutam et ornatam civitate donavit. Suetonius in Cæsare ait hinc dictam esse Alaudam, quod in galeis pro crista alaudæ formam haberent.

[i] *Aliter enim nostri*] Loquitur Antonius, aitque suæ factionis viros non posse salvos esse, neque evadere judicium, nisi homines ejusmodi judicent.

Digitized by Google

O contumeliosum honorem iis, quos ad judicandum nec opinantes vocatis! hic enim est legis index,[10] [k] ut ii in tertia decuria judicent, qui libere judicare non audeant. In quo quantus est error,[11] Dii immortales! eorum, qui istam legem excogitaverunt! Ut enim quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime[12] severitate judicandi sordes suas eluet,[e] [*p*. 157.] laborabitque, ut honestis decuriis potius dignus videatur, quam in turpem jure conjectus. IX. 21. Altera promulgata lex est, ut et de vi et de majestate[1] damnati ad populum provocent, si velint. Hæc utrum tandem lex est, an legum omnium dissolutio? quis enim est[2] hodie, cujus intersit[a] istam legem manere? nemo reus[b] est istis legibus: nemo, quem futurum putemus: armis enim gesta nunquam profecto in judicium vocabuntur. At res popularis.[3] Utinam quidem velletis aliquid esse[4] populare! omnes enim jam cives de reipublicæ salute, una et mente et voce consentiunt. Quæ est igitur ista cupiditas ejus legis[5] ferendæ, quæ turpitudinem summam habeat, gratiam nullam? quid enim turpius, quam qui majestatem populi Romani[6] per vim minuerit, eum, damnatum judicio, ad eam ipsam vim reverti, propter quam

[e] *Illustrabit suam obscuritatem.* [a] *Cui sit utile.* [b] *Accusatur.*

mano.—9 Vat. Manut. Lamb. Wernsd. Orell. *lautius.*—10 O φ ψ *judex.* Statim, *ut ii res in tertia, &c.* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell.—11 *In quo quantus error est* Vat. Manut. Faërn. Orell. *est* omittit φ.—12 Cod. ψ *liberalissime.* Actutum, *securitate judicandi* O.

Cap. IX. 1 Ita Ven. 1483. Junt. Manut. Lamb. Wernsd. Orell. *ut de vi et majestate* Vat. Faërn. *ut de vi et de majestate* conj. Orell.—2 Vat. Junt. Faërn. Schutz. Wernsd. Orell. *quis est enim.* Mox, *legem venire* codd. aliquot Lall. φ ψ. *nemo reus est legibus illis* Vat. Manut. Faërn. Lamb. *nemo est, quem, &c.* Grut.—3 *At res est popularis* conj. Ernesti. *Ad res pop.* φ ψ.—4 Codd. φ ψ, Naug. Grut. *vellet is aliquid esse;* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *aliquid velletis esse.*—5 Vat. Manut. Faërn. Orell. *legis ejus;* φ omittit *ejus.*—6 Lamb. *populo Romano.* Actutum, *minuerit per vim* Vat. Manut. Fa-

NOTÆ

[k] *Hic enim est legis index* [*judex*] Antonius viros ad judicandum eligit ex lege sua, qui neque leges norunt, neque audent, conscientia scelerum suorum constricti, judicare.

Digitized by Google

sit jure damnatus? 22. Sed quid plura de lege disputo? quasi vero id agatur,[7] ut quisquam provocet: id agitur, id fertur, ne quis omnino unquam istis legibus reus fiat. Quis enim aut accusator tam amens reperietur, qui, reo condemnato, objici[8] se multitudini conductæ[1] velit? aut judex, qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? Non igitur provocatio[c] ista lege datur; sed duæ maxime salutares leges[m] quæstionesque[d] tolluntur. Quid est aliud adhortari[9] adolescentes, ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi cives velint esse? quam autem ad reipublicæ pestem furor tribunicius[n] impelli non poterit,[10] his duabus quæstionibus, de vi et de majestate, sublatis? 23. Quid, quod obrogatur legibus Cæsaris, quæ jubent, ei,[11] qui de vi, itemque ei, qui majestatis damnatus sit, aqua et igni interdici?[o] quibus cum provocatio datur, nonne acta Cæsaris rescinduntur?[e] Quæ quidem ego, patres conscripti, qui illa nunquam probavi, ita conservanda[12] concordiæ causa arbitratus sum, ut non modo, quas vivus Cæsar leges tulisset, infirmandas hoc tempore

[c] *Jus provocandi.* [d] *Judicia.* [e] *Tolluntur.*

ërn. Lamb. Orell. *vim* ante *reverti* omittunt φ ψ.—7 Cod. φ *quasi vero propter id agatur.* Mox, *id agitur, infertur* ψ.—8 Vat. Faërn. Manut. Lamb. *objicere.* —9 *Quid est aliud igitur adhortari* O. *Quid est igitur aliud quam adhortari* Junt. *Quid est aliud hortari* Vat. Manut. Faërn. Lamb.—10 *Quam autem ad pestem furor tribunicius impelli non poterit* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *Quem autem ad pestem furor trib. impellere non poterit* Colot. Wernsd. *non potuerit* φ. Mox, *de vi et majestate* Vat. Manut. Faërn.—11 O *quo jubente hii.* Statim, *itemque majestatis* Faërn. e codice Vaticano.—12 Codex Vaticanus Manut. Wernsd. in editione majori, Orell. *tamen ita conservanda;* φ *ita*

NOTÆ

[1] *Multitudini conductæ*] Per multitudinem conductam intelligit vilissimos e plebe, et mercenariis operis, aliosque seditiosos viros, qui pecunia corrumpentur, ut reum absolvant.

[m] *Duæ maxime salutares leges*] Leges de vi et majestate, quas tulit Cæsar.

[n] *Furor tribunicius*] Fere per tribunos plebis omnes Romæ seditiones excitabantur; quare sæpe furiosi illi a Cicerone nominantur.

[o] *Aqua et igni interdici*] Aliquem interdicere aqua et igni, est illum prohibere ab usu aquæ et ignis, quibus duobus vita humana maxime continetur.

Digitized by Google

non putarem; sed ne illas quidem, quas post mortem Cæsaris prolatas esse et fixas[p] videtis.[13] X. 24. De exilio reducti[1] a mortuo:[q] civitas data non solum singulis, sed nationibus,[r] et provinciis universis a mortuo: immunitatibus infinitis sublata vectigalia a mortuo. Ergo hæc, uno, verum optimo, auctore[2][s] domo prolata, defendimus; eas leges, quas ipse, nobis inspectantibus, recitavit, pronuntiavit, tulit, quibus latis gloriabatur, iisque legibus rempublicam contineri putabat, de provinciis, de judiciis; eas, inquam, Cæsaris leges, nos, qui defendimus acta Cæsaris, evertendas putabimus?[3] 25. Ac de iis tamen legibus, quæ promulgatæ sunt, saltem queri possumus: de iis, quæ jam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit: illæ enim nulla promulgatione[t] latæ sunt ante quam scriptæ. Quærunt, quid sit,[4] cur aut ego, aut quisquam vestrum, patres conscripti, bonis tribunis[u] plebis, leges malas metuat: paratos habe-

servanda. Mox, *qui vivus leges Cæsar* Vat. Faërn.—13 Cod. φ *videmus.*

Cap. x. 1 *De exilio reductis* φ. *a mortuo* desunt in φ ψ.—2 Codd. plerique, etiam φ ψ, Junt. Grut. *uno viro optimo auctore.* Statim, *leges* deest in Manut. Pro *nobis* quod servant Junt. Grut. Wernsd. *vobis* alii, etiam Orell. Tum, *eisque legibus* Vat. Manut. Faërn. Orell. *continere putabat* φ.—3 Ven. 1483. Junt. *evertendas putabimus;* φ ψ *vertendas putabimus.* Paulo post, *illæ enim sine ulla* Vat. Manut. Faërn. Orell.—4 Ita codd. aliquot, Ven. 1483. Hervag. Manut. Wernsd. Orell. *Quærunt autem, quid sit* Junt. *Quæro autem quid sit* O, Vat. alii codd. Faërn. *Quærunt quidam, quid sit* Lamb. Schutz.

NOTÆ

p *Et fixas*] Leges in parietibus in æs incisæ figebantur, ut possent ab omnibus legi.

q *De exilio reducti a mortuo*] Pungit Antonium, qui multos ab exilio revocavit, multos civitate donavit, quasi ante mortem id Cæsar in commentariolis suis reliquisset. Illi autem qui ab Antonio his affecti sunt beneficiis 'Charonitæ' per jocum dicti sunt, quasi ab inferis transmissi a Charonte.

r *Nationibus*] Nationes dicuntur homines, qui in aliquo loco nati sunt, neque aliunde venerunt, quos indigenas dicimus.

s *Uno, verum optimo, auctore*] Ironia in Antonium; quod enim ipse domi meditatus est, profert tanquam a Cæsare scriptum; et quod scriptum est a Cæsare, evertit.

t *Nulla promulgatione*] Ut sæpe scripsimus in his orationibus, leges antequam ferrentur, promulgabantur, id est, populo per trinundinum proponebantur: si placerent, permittebat populus; sin minus, intercedebant apud populum tribuni ne ferrentur.

u *Bonis tribunis*] Id est, cum sint

Digitized by Google

mus, qui intercedant; paratos, qui rempublicam religione defendant: vacui metu esse debemus. Quas tu mihi, inquit, intercessiones, quas religiones?[5 x] Eas scilicet, quibus reipublicæ salus continetur. Negligimus ista,[y] et nimis antiqua et stulta ducimus:[6] forum sepietur:[f] omnes claudentur aditus: armati in præsidiis multis locis collocabuntur. 26. Quid tum? Quod erit ita gestum,[7] id lex erit; et in æs incidi videbitis. Cedo illa legitima:[z] 'consules populum jure rogaverunt,' (hoc enim a majoribus accepimus jus rogandi) 'populusque jure scivit.'[g] Qui populus?[a] isne, qui exclusus est? quo jure?[b] an eo, quod vi et armis omne sublatum est? Atque ego hoc[8] dico de futuris; quod est amicorum, ante dicere ea, quæ vitari possunt: quæ si facta non erunt, refelletur oratio mea. [p 158.] Loquor de legibus promulgatis,[c] de quibus est integrum vobis:[h] de-

[f] *Circumdabitur.* [g] *Decrevit.* [h] *Quas liberum est ferre.*

'Latet adhuc corruptela.' *Orell.* *aut* deest in O. Mox, *quam intercedant* φ.—5 Idem cod. omittit *quas religiones.*—6 Cod. φ *docemus.*—7 *Quod erit egestum* φ. *Quod ita erit gestum* Faërn. et Orell. *Quod ita gestum erit* Faërn. in annot. et Wernsd. Statim, *in æs i. jubebitis* O, Vat. alii codd. Junt. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *in æs i. jubetis* φ ψ. Actutum, pro *cedo*, quod exhibent Ferrar. Naug. Manut. Grut. *credo* habent O φ, al. cum reliquis edd. Deinde, *hoccine a maj. a. j. rogandi?* cum interrogatione Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *populus quod jure scivit* O. *sciunt* ψ.—8 *Atque ego hæc* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Oliv. Orell. Mox, *quod est augurum* φ, Ven. 1483. Junt. *quæ vitari possint* Vat. φ ψ, Faërn. Lamb. Orell.

NOTÆ

in repub. boni tribuni, qui poterunt intercedere.

[x] *Quas religiones*] Per religiones auspicia intelliguntur, sine quibus lex nulla ferri poterat. Unde augures, cum aliqua ferebatur, de cœlo servabant, et obnuntiabant, si quid observatum erat, quo impediri comitia possent.

[y] *Negligimus ista*] Antonius respondet, a se omnes istas religiones auguriorum, et intercessiones negligi.

[z] *Cedo illa legitima*] Verba sunt Antonii. Legitima autem dicuntur, quæ legibus fiunt et continentur.

[a] *Qui populus*] Respondet Cicero: An ille sit populus qui seditiose partes Antonii; an ille qui partes reipub. sequitur? cujus maxima pars exclusa est ab Antonio.

[b] *Quo jure*] Negat jus esse, ubi armati homines dominantur.

[c] *De legibus promulgatis*] Promulgabantur antequam ferrentur leges, et in æs inciderentur.

Digitized by Google

monstro vitia; tollite: denuntio vim, arma; removete.

XI. 27. Irasci[d] vos quidem[1] mihi, Dolabella, pro republica dicenti, non oportebit: quanquam te quidem id facturum non arbitror: novi enim facilitatem[2] tuam. Collegam tuum[e] aiunt in hac sua fortuna, quæ bona ipsi videtur, (mihi, ne gravius quippiam dicam, avorum et avunculi[f] sui consulatum si imitaretur, fortunatior videretur) sed eum iracundum audio factum.[3] Video autem, quam sit odiosum habere iratum eundem,[4] et armatum, cum tanta præsertim gladiorum[a] sit impunitas: sed proponam jus,[b] ut opinor, æquum, quod M. Antonium non arbitror repudiaturum. Ego, si quid in vitam ejus, aut in mores cum contumelia[5] dixero, quo minus mihi inimicissimus sit, non recusabo: sin consuetudinem meam, quam in republica semper habui, tenuero, id est, si libere, quæ sentiam, de republica dixero; primum deprecor, ne irascatur; deinde, si hoc non impetro, peto, ut sic irascatur, ut civi: armis utatur, si ita necesse est, ut dicit, sui defendendi causa: iis, qui pro republica, quæ ipsis visa erunt,[6] dixerint, ista arma ne no-

[a] *Armorum.* [b] *Æquam conditionem.*

CAP. XI. 1 *Irasci quidem vos* Vat. Mannt. Faërn. Orell. *Irasci te quidem* codd. aliquot Lambini, sed cf. pro Deiot. § 29. Mox, *non oportebat* Vat. Manut. Faërn. Orell.—2 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *novi facilitatem*, omisso *enim*.—3 Vat. φ ψ, Mannt. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *audio esse factum*.—4 Vat. Faërn. Lamb. *eundem iratum*. Paulo post, *sed promam jus* codd. aliquot, et Junt. *sed ponam jus* ψ. *jus* deest in φ.—5 Ita Vat. alii codd. Mannt. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *in mores contumeliæ* φ, Junt. *in mores contumeliose* ψ, Grut. Mox, *si consuetudinem* φ, Junt. Mannt. Verba, *quam in rep. semper habui*, desunt in Vat. et duobus cod. Lambini: ea delerunt Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. min. *est* omittit φ.—6 Cod. ψ *quæ ipsa ipsi*

NOTÆ

[d] *Irasci*] Digreditur ad Dolabellam, qui præsens erat, et ad Antonium, qui absens; quos tum vituperat, tum territat, ac demum dat illis consilium.

[e] *Collegam tuum*] Antonium nominat, qui consul erat cum Dolabella, quique Cæsaris dominatum arripuerat.

[f] *Avorum et avunculi*] M. Antonius, orator ille celeberrimus, de quo tam sæpe Cicero, avus fuit hujus Marci Antonii. In partes Sullæ secutus est, et a Mario interfectus. Avunculus ejusdem fuit L. Cæsar, Juliæ frater, ex qua natus est hic Antonius, qui consul fuit vir magni nominis et integritatis in rempub.

Digitized by Google

ceant. Quid hac postulatione dici potest æquius? 28. Quod si,[7] ut a quibusdam mihi ejus familiaribus dictum est, omnis eum, quæ habetur contra voluntatem ejus, oratio graviter offendit, etiamsi nulla inest contumelia; feremus amici naturam.[g] Sed iidem illi[h] ita mecum: 'Non idem tibi, adversario Cæsaris, licebit, quod Pisoni[i] socero:' et simul admonent quiddam,[8] quod cavebimus;[k] nec erit justior, patres conscripti, in senatum non veniendi morbi causa, quam mortis. XII. 29. Sed per Deos immortales! te enim intuens, Dolabella, qui es mihi carissimus,[1] non possum de utriusque vestrum errore reticere. Credo enim vos, homines nobiles,[2] magna quædam spectantes, non pecuniam, ut quidam nimis creduli suspicantur, quæ semper ab amplissimo quoque clarissimoque contemta est, non opes violentas, et populo Romano minime ferendam potentiam, sed caritatem civium, et gloriam concupisse.[3] Est autem gloria, laus recte factorum, magnorumque in rempublicam fama meritorum,[4] quæ cum optimi cujusque, tum etiam multitudinis testimonio comprobatur. 30. Dicerem, Dolabella, qui recte factorum fructus esset, nisi te præter ceteros esse[5] expertum viderem. Quem potes recordari

erunt.—7 *Quod sit* φ. *ut mihi a quibusdam* Vat. Teeg. alii codd. Manut. Faërn. Lamb. Orell.—8 Cod. ψ *quidam.* Mox, *patres* omittunt Vat. Manut. 'Sequentia mihi corrupta videntur. Equidem suspicor, *nec erit justior in senatum non veniendi mortis causa, quam morbi.*' Orell.

Cap. xii. 1 Verba, *qui es mihi carissimus*, desunt in Vat. a m. pr. Statim, *non possum utriusque vestrum errorem reticere* Manut.—2 Vat. Manut. Faërn. Lamb. *nobiles homines.*—3 Ita O ψ, Faërn. Lamb. seqq. *concupivisse* Manut. *concupiscere* Junt. *cepisse* φ.—4 *Ea est autem gloria, . . . fama meritorum* Orell. e cod. Vat. *Ea est autem gloria, et laus . . . fama meritorum* Wernsd. *Ea autem est gloria et laus . . . fama meritorum* Junt. *Est autem ea gloria, laus r. f. m. in rempublicam meritorum* Manut. *in republica* ψ.—5 Vat. Faërn. Lamb.

NOTÆ

g *Feremus amici naturam*] Quandoque amici ferre debent amicorum iracundiam, et eam dissimulare, neque statim ab iis discedere.

h *Sed iidem illi*] Id est, amici Antonii ita mecum loquuntur.

i *Pisoni*] Piso ille, de quo supra, socer fuit Cæsaris.

k *Quod cavebimus*] Indicat tacite a familiaribus Antonii fuisse admonitum, quod sibi mortis periculum ab Antonio impenderet.

Digitized by Google

in vita tibi illuxisse[6] diem lætiorem, quam cum, expiato foro,[l] dissipato concursu impiorum, principibus sceleris pœna affectis, te domum recepisti? Cujus ordinis, cujus generis, cujus denique fortunæ studia tum laudi, et gratulationi tuæ se non obtulerunt? Quin mihi etiam, quo auctore[e] te in iis[7] rebus uti arbitrabantur, et gratias boni viri agebant, et tuo nomine gratulabantur. Recordare, quæso, Dolabella, consensum illum theatri,[m] cum omnes earum rerum obliti,[n] propter quas tibi fuerant[8] offensi, significaverunt, se novo beneficio memoriam veteris doloris abjecisse. 31. Hanc tu, Dolabella,[9] (magno loquor cum dolore) hanc tu, inquam, animo æquo potuisti tantam dignitatem deponere? XIII. Tu autem,[1] M. Antoni, (absentem appello) unum illum diem, quo in æde Telluris senatus fuit,[o] non omnibus iis mensibus,[p] quibus te quidam, mul-

[e] *Suasore.*

Wernsd. *te præter ceteros paulisper esse;* Junt. Manut. Grut. *præter ceteros* omittunt. *paulisper* omittunt Teeg. Erl. Statim, *videremus* codd. aliquot, et edd. ante Naug.—6 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *illuxisse tibi.* Mox, post *affectis* φ ψ, Vat. a m. sec. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Schutz. Orell. addunt *urbe incendio* (*incendii* Schutz.) *et cædis metu liberata.*—7 Junt. Manut. *ut in his.* Statim, *uti arbitrantur* ψ. Deinde, *tuo nomine gloriabantur* φ.—8 Vat. Manut. Faërn. Wernsd. in ed. maj. Orell. *quas fuerant tibi;* O omittit *tibi.* Naug. Camer. ed. 1584. *infensi.* Manut. et Orell. *significarunt,* probante Garat. *significarent* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. '*significant* Græv. errore typogr.' *Orell.* *se beneficio novo* Ven. Junt. Manut. Faërn. Wernsd. in ed. maj. Orell.—9 *Hanc, Dolabella* φ. *Hanc tu, P. Dolabella* Vat. Rom. Ven. 1483. Junt. Manut. Faërn. Lamb. *hanc inquam* ed. 1584. *æquo animo* Vat. Junt. Manut. Faërn. Lamb.

CAP. XIII. 1 *Te autem* Junt. Manut. *absentem enim appello* φ, Vat. Fa-

NOTÆ

[l] *Expiato foro*] Expiavit forum Dolabella, cum columnam, seu aram illam, dejecit, quæ ab Amatio, de quo supra § 5. Cæsari erecta est, post ejus mortem.

[m] *Consensum illum theatri*] Cum, post dejectam aram, et columnam eversam, Dolabella venisset ad theatrum, ei plausus ab omnibus datus est.

[n] *Earum rerum obliti*] Omnes fere offenderat Dolabella propter tribunatum seditiose gestum; nam promulgarat legem, qua omne contractum æs alienum inter cives remitteretur. Hanc vero offensionem destructa illa execrata columna abolevit.

[o] *Telluris senatus fuit*] Tertio post Caii Cæsaris mortem die, Antonius senatum in ædem Telluris convocavit.

[p] *Omnibus iis mensibus*] Idibus Martiis Cæsar interfectus est: reliquis

Digitized by Google

tum a me dissentientes beatum putant,[q] anteponis? Quæ fuit oratio de concordia! quanto metu veterani,[r] quanta solicitudine civitas tum a te liberata est! Tuum collegam,[2 s] depositis inimicitiis, [*p.* 159.] oblitus auspicia, te ipso augure nuntiante, illo primum die collegam tibi esse voluisti: tuus parvulus filius in Capitolium a te missus pacis obses fuit.[t] 32. Quo senatus die lætior! quo populus Romanus! qui quidem nulla in concione unquam frequentior fuit: tum denique liberati per viros fortissimos[u] videbamur; quia, ut illi voluerant, libertatem pax sequebatur.[3] Proximo, altero,[4] tertio, reliquis consecutis diebus, non intermittebas quasi donum aliquod quotidie afferre reipublicæ: maximum autem illud, quod dictaturæ nomen sustulisti. Hæc inusta[d] est a te, a te, inquam,[5] mortuo

[d] *Impressa.*

ërn. Lamb. *absentem appello enim* O ψ. Paulo post, *non omnibus his* Junt. Manut. Deinde, *quæ fuit oratio tua de, &c.* Manut. *veterani* de Manutii conj. omittunt Schutz. et Wernsd. in ed. maj. pro quo Ernesti conj. *senatus*; et cod. φ habet *cetera.*—2 *Cum tuum collegam* ψ. *Tum tuum collegam* Junt. *Cum collegam tuum* Vat. Hervag. Manut. Orell. *Collegam tuum* Faërn. Lamb. *auspiciorum* O φ. *auspiciorum a te ipso augure populi Romani nunciatorum* Faërn. Lamb. *auspicia a te ipso augure nuntiata*, e conj. Ernesti, Schutz. *auspicia a te ipso augure populi Romani nuntiata* Orell. *auspiciorum te ipso augure pronuntiante* Manut. *auspiciorum te ipso augure nuntiante* Junt. *auspicia te ipso augure nuntiante* Wernsd. *auspiciorum auguria te ipso augure nuntiante* Grut. *illo primo die* φ ψ. Statim, *carissimus tuus filius parvus in Capitolio* O φ ψ. *tuus parvus filius, &c.* codd. aliquot. Junt. Manut. *reipublicæ tuus parvulus, &c.* Grut.—3 Vat. φ ψ, Manut. Faërn. Lamb. *consequebatur.*—4 *Proximo altero* Ferrar. et Orell. Mox, *denique reliquis, &c.* Vat. Junt. Manut. Faërn. Orell. Paulo post, *maxime illud*, omisso *autem*, O.—5 *Hæc i. est a te inquam*

NOTÆ

aliis mensibus summo cum imperio ad Kalendas Septembres, quibus hæc habita fere est oratio, in repub. dominatus est Antonius.

[q] *Beatum putant*] Felicissimus suis amicis Antonius videbatur, quia morte Cæsaris statim rerum potitus est.

[r] *Quanto metu veterani*] Unice veterani, ne Cæsaris acta rescinderentur, timebant, quia in iis conferenda in ipsos beneficia continebantur.

[s] *Collegam*] Cæsar, profecturus in Parthos, substituere sibi consulem Dolabellam voluit; obnuntiavit Antonius captis auguriis. At interfecto statim Cæsare, eundem sibi Dolabellam collegam, oblitus auspiciorum, accepit.

[t] *Obses fuit*] De hoc superius § 2.

[u] *Per viros fortissimos*] Brutum et Cassium, qui Cæsarem interfecerunt.

Digitized by Google

Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. Ut enim propter unius M. Manlii scelus,[x] decreto[6'] gentis Manliæ, neminem patricium M. Manlium vocari licet; sic tu, propter unius dictatoris odium, nomen dictatoris funditus sustulisti. 33. Num hujusce, cum pro salute reipublicæ tanta gessisses, fortunæ te,[7] num amplitudinis, num claritatis, num gloriæ pœnitebat? Unde igitur subito tanta ista mutatio? non possum adduci, ut suspicer, te pecunia captum. Licet, quod cuique libet,[8] loquatur: credere non est necesse: nihil enim unquam in te sordidum, nihil humile cognovi. Quanquam solent[9] domestici[e] depravare nonnunquam: sed novi firmitatem tuam. Atque utinam, ut culpam, sic etiam suspicionem vitare potuisses! XIV. Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes, plus te unum posse, quam omnes; et metui a civibus tuis, quam diligi malis.[1] Quodsi ita putas, totam ignoras viam gloriæ. Carum esse civem, bene de republica mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est: metui vero, et in odio esse, invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. 34. Quod videmus etiam in fabulis,[f] ipsis illis,[2] qui 'Oderint, dum metuant,'[y]

[e] *Familiares.* [f] *Tragœdiis.*

O φ. *mortuo Cæsare* ψ.—6 Idem cod. *de cetero*. Statim, *patricium* de Ernestii conj. delevit Schutz. *Marcum Manlium* Orell. *Manlium Marcum* de Gulielmi conj. Schutz. *Mallium*, omisso prænomine, O. *Manlium* φ ψ.—7 Ita Ven. 1483. Faërn. Lamb. Wernsd. *Num te, cum hæc pro s. r. t. g. fortunæ tuæ* Vat. Rom. Junt. Manut. Orell. *Num hæc te, cum* Colon. *Num hæc tecum* Franc. a m. pr. et φ. Hinc Goerenz. conj. *Num hæcce cum .... fortunæ te tuæ.* ψ *fortunæ tuæ;* φ omittit *te*.—8 *Licet, quodcumque libet* O. Mox, verba, *in te sordidum, n. h. cognovi.* *Quanquam*, desunt in O φ.—9 *Quanquam nihil est tam sanctum, quod non soleant* Grut.

CAP. XIV. 1 Vat. et Manut. omittunt *quam diligi malis*.—2 Grut. Orell. Goerenz. *in fabulis, ipsi illi, qui ... dixerit;* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. *in fabula, ipsi illi, &c.* Manut. *in fabula illi ipsi, &c.* Junt. et Wernsd. in ed.

NOTÆ

[x] *Manlii scelus*] Ab hoc Manlio obsessum a Gallis liberatum est Capitolium. At cum ipse liberasset omnes obæratos, venit in regni affectandi suspicionem, ideoque cum tota ejus familia e medio sublatus est.

[y] *Oderint, dum metuant*] Sententia ista usurpata fuit ab Accio, poëta tragico.

Digitized by Google

dixerint, perniciosum fuisse. Utinam, Antoni, avum tuum[z] meminisses! de quo tamen multa audisti[3] ex me sæpissime. Putasne illum immortalitatem mereri voluisse,[4] ut propter armorum habendorum licentiam metueretur? Illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate[5] esse parem cum ceteris, principem dignitate. Itaque, ut omittam res avi tui prosperas, acerbissimum ejus diem supremum[6] malim, quam L. Cinnæ dominatum, a quo ille crudelissime est interfectus.

35. Sed quid oratione te flectam? si enim exitus[g] C. Cæsaris efficere hoc[7] non potest, ut malis carus esse, quam metui, nihil cujusquam proficiet, nec valebit oratio: quem[a] qui beatum fuisse putant, miseri ipsi sunt. Beatus est nemo, qui ea lege vivit, ut non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Quare flecte te, quæso, et majores tuos respice;[8] atque ita guberna rempublicam, ut natum esse te cives tui gaudeant: sine quo nec beatus nec clarus esse quisquam potest.[9]

XV. 36. Et[1] populi quidem Romani judicia[b] multa ambo habetis, quibus vos non satis moveri permoleste fero. Quid

[g] *Mors.*

min. *in fabulis, ipsis illis, &c.* O *Oderunt.*—3 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *audisti multa.* Actutum, *ex me eoque* Faërn. Lamb. *ex meaque* Vat. unde Manut. *ex me quam sæpissime.*—4 *Putasne illum i. m. voluisse* desunt in φ. Mox, pro *habendorum*, quod servant Vat. Teeg. Junt. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. *metuendorum* ψ, aliique codd. et Ven. 1483. *habendorum* de Ernesti conjectura delevit Schutz. probante Goerenz.—5 Cod. φ *libertatem.* Mox, *cum* omittunt Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. *dignitatem* φ.—6 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *supremum diem.* Actutum, *mallem* ψ.—7 Vat. Manut. Faërn. Wernsd. Orell. omittunt *hoc.* Mox, *nihil cujusdam proficiet* φ. Deinde, pro *miseri*, quod servant Vat. O ψ, alii codd. et edd. vett. *miserrimi* habent φ, Junt. Faërn. Lamb. Grut.—8 Cod. ψ *refice.* Paulo post, *ut natum te esse* Junt.—9 Ita Teeg. ψ, alii codd. Junt. Faërn. Wernsd. Orell. *nec clarus nec unctus quisquam omni potestate* Vat. *nec clarus, nec tutus esse quisquam potest* conj. Manut. *nec clarus, nec auctus quisquam esse omni potestate potest* conj. Lamb. *nec clarus, nec unctus quisquam esse omni potestate potest* Grut. *nec clarus quisquam esse omnino potest* de Grævii conj. Oliv. Lall. *quisquis esse potest* O. *quisquam esse potest* φ.

CAP. XV. 1 *Et* omittunt Vat. O, Manut. Faërn. Lamb. Mox, *vos* omittunt

NOTÆ

[z] *Avum tuum*] De hoc avo Antonii dictum est superius § 27.

[a] *Quem*] Cæsarem.

[b] *Populi Romani judicia*] Multa judicia populus dedit, quibus mortem Cæsaris comprobavit.

Digitized by Google

enim gladiatoribus[2] [c] clamores innumerabilium civium? quid populi concursus? quid Pompeii statuæ[d] plausus infiniti? quid iis tribunis plebis,[e] qui vobis adversantur? parumne hæc significabant, incredibiliter consentientem populi Romani universi voluntatem? Quid? Apollinarium ludorum[3] [f] plausus, vel testimonia potius, et judicia populi Romani, vobis parva videbantur? O beatos illos,[g] qui, cum adesse ipsis propter vim armorum non licebat, aderant tamen, et in medullis populi Romani ac visceribus hærebant! nisi forte Accio[h] tum plaudi,[4] et sexagesimo post

Grut. et al. vett. *non* omittunt O ϕ.—2 *Quibus enim gladiatoris* O *Quid e. gladiatorii* ϕ ψ. Mox, *quid populi versus* multi codd. etiam Vat. item Junt. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell. *concursus* vero habent codd. aliquot Ferrarii, O ϕ ψ, Grut. et Wernsd. in ed. min. Tum, *quid II tribunis plebis* Vat. Faërn. Orell. *quid duobus tribunis plebis* Lamb. *quid ii tribunis plebis* codd. aliquot, Junt. al. vett. *quid hi t. pl.* ϕ ψ. Deinde, *significabant* est de conjectura Ernestii; codd. et edd. habent *significant.*—3 Ita Vat. O ϕ ψ, omnesque codd. noti, cum edd. pluribus; *Apollinaribus ludis* de Ferrarii conjectura Faërn. Lamb. Mox, *parum magna vobis videbantur* Vat. Manut. Wernsd. Orell. *vobis parum magna videbantur* Faërn. Lamb. Oliv. Lall. *vobis parum videbantur* ϕ ψ. *vobis parva esse videbantur* Junt. *parum magna videbantur*, omisso *vobis*, al. ap. Orell.—4 *Actii complacidi* O. *Actio*, omissis *tum*

NOTÆ

[c] *Quid enim gladiatoribus*] Id est, per ludos gladiatorios, in quibus plura hominum paria decertant. De his ludis diximus sæpe.

[d] *Quid Pompeii statuæ*] Interfecto Cæsare, posita est Pompeio statua a populo, quæ corona redimita reperta est.

[e] *Quid iis* [*duobus*] *tribunis plebis*] Duo illi tribuni fuerunt Tiberius Canutius, et L. Nonius Aspernas. Dolabellæ sibi Syriam provinciam petenti obstitit Aspernas: Canutius vero contra Antonium, Octavium Cæsarem produxit in concionem. Appianus lib. III.

[f] *Apollinarium ludorum*] Apollinares ludi dicti sunt, quod in laudem Apollinis, ut volunt alii, pestis averruncatæ, alii victoriæ gratia, celebrabantur. Cum autem Romæ tuto non esset Brutus post necem Cæsaris, in Asiam profectus est: et quia prætor tunc erat, prætor absens ludos facere curavit, qui summa magnificentia ab Attico exhibiti sunt, cura ei a Bruto demandata, quibus per epistolam adesse Ciceronem rogavit. In his ludis Bruto, licet absenti, magnus plausus datus est.

[g] *O beatos illos*] Beatos vocat Brutum et Cassium, quia, licet absentes, eos summo tamen amore populus Romanus prosequebatur. Id dicit in odium Cæsaris et Antonii.

[h] *Nisi forte Accio*] Lucius Accius scriptor fuit tragœdiarum, natus Mancino et Serrano consulibus. Pisaurum ille cum colonis ex urbe deductus fuit, et fundum illic habuit, qui Accianus dictus est. Non huic autem a populo, cum jam a sexaginta

Digitized by Google

anno palmam dari putabatis, non Bruto; qui ludis suis ita caruit, ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribueret absenti, desiderium liberatoris sui perpetuo plausu et clamore leniret.

[*p.* 160.] 37. Equidem is sum,[5] qui istos plausus, cum a popularibus civibus tribuerentur, semper contemserim: idemque, cum a summis, mediis, infimis,[i] cum denique ab universis hoc idem fit, cumque ii,[6] qui ante sequi populi consensum solebant, fugiunt; non plausum illum, sed judicium[k] puto. Sin hæc leviora vobis[7] videntur, quæ sunt gravissima; num etiam hoc contemnitis, quod sensistis, tam caram populo Romano vitam A. Hirtii[l] fuisse? satis enim erat, probatum illum esse populo Romano, ut est; jucundum amicis, in quo vincit omnes; carum suis, quibus est carissimus:[8] tantam tamen solicitudinem bono-

plaudi, ψ. *Attio t. p.* Wernsd. *et sexagesimo tum anno* Lamb. *sexentessimo vel sexagesimo post anno* O. *non putabatis Bruto* O φ. *non Bruto, putabatis* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *putabitis, non Bruto* Junt. Pro *ludis suis,* quod exhibent Vat. O φ ψ, alii codd. multi, Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *his ludis* legunt Junt. et Manut. *suis* deest in Grut. Tum, *studium suum* Vat. a m. sec. *Romanus* omittit Manut. *populi Romani* φ. *tribuerit . . . leniret* Vat. a m. pr. alii codd. multi, Junt. Faërn. Wernsd. in ed. maj. Orell. *tribueret . . . leniret* Vat. a m. sec. O φ ψ, Manut. *tribuerit . . . lenirit* Lamb. Wernsd. in ed. min. Grut. *ut absenti desiderium* Vat. *absenti, ut desiderium* Faërn. Lamb.—5 *Equidem istum* φ ψ. *cum popularibus civibus* Vat. Junt. Manut. *civibus* deest in Wernsd. errore typogr. Statim, *contemserit* φ.—6 Vat. *cumque hi.* Mox, *sequi popularem consensum* O.—7 Manut. *vobis leviora.* φ *Si enim hæc leviora vobis.* Paulo post, *satis erat enim* Vat. Manut. Faërn. Orell. *satis erat ei* de Faërni conj. Lamb. *id esset* φ ψ.—8 Ita codd. Ferrarii, Lamb. Wernsd. Orell. *est ipse carissimus* Vat. Junt. Manut. Faërn. Mox, *omnium* omittunt Vat. Colon. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *in quo me*

NOTÆ

annis obiisset, sed absenti Bruto, liberatori patriæ, plaudebatur.

[i] *A summis, mediis, infimis*] Tres ordines distinguit; patricium, seu senatorium, qui omnium nobilissimus erat; equestrem, clarum quidem illum et nobilem, plebeium inter et senatorium; infimum, populo et plebe conflatum.

[k] *Non plausum, sed judicium*] Quando applauditur ab omnibus ordinibus, non tam plausus est, quam constans populi de alicujus virtute judicium.

[l] *Caram pop. Rom. vitam Hirtii*] Designatus erat consul Hirtius, et inire magistratum mense Januario proximo debebat. Cum autem in morbum incidisset, pro ejus incolumitate populus vota fecit; quia sperabatur reipublicæ consulturus et libertati.

Digitized by Google

rum, tantum timorem omnium in quo meminimus? certe in nullo.

38. Quid igitur? hoc vos, per Deos immortales! quale sit, non interpretamini?[h] quid eos de vestra vita cogitare censetis, quibus eorum, quos sperant[9] reipublicæ consulturos, vita tam cara sit? Cepi, patres conscripti, reversionis meæ fructum;[10] et quoniam ea dixi, ut, quicumque casus consecutus esset, extaret[i] constantiæ meæ testimonium, et sum a vobis benigne ac diligenter auditus. Quæ potestas si mihi sæpius sine meo vestroque periculo fiet, utar: si minus,[11] quantum potero, non tam mihi me, quam reipublicæ reservabo. Mihi fere satis est,[12] quod vixi, vel ad ætatem, vel ad gloriam: huc si quid accesserit, non tam mihi, quam vobis, reique publicæ accesserit.

[h] *Non expenditis quale sit judicium?* [i] *Appareret.*

minimo φ.—9 Cod. ψ *de nostra . . . quos parant.*—10 Ita O φ ψ, Junt. Wernsd. Grut. *Cepi fructum p. c. r. meæ* Vat. alii codd. Manut. Faërn. Lamb. Mox, *quoniam et ea* Vat. Manut. Faërn. Wernsd. Orell. *et* omittunt Junt. Lamb. Grut. Pro *constantiæ*, quod servant Vat. O, Faërn. Wernsd. Orell. *conscientiæ* habent φ ψ, Junt. Manut. Lamb. Grut.—11 Lamb. *sin minus.*—12 Vat. *reservabo qui mihi satis est*; unde, *reservabo. Mihi satis est* Wernsd.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA SECUNDA.

ORATIO XLIV.

ARGUMENTUM.

Habita a Cicerone IV Non. Sept. oratione prima in Antonium, ille se in villam Tiburtinam contulit, ibique septemdecim dies, quod Ciceroni responderet, commentatus est. XIII Kal. Octob. habito senatu, in absentem Ciceronem, qui se tuto in senatum venire non posse intelligebat, quæ cogitaverat, evomuit. His omnibus fuse graviterque respondet, ac simul omnia Antonii scelera et flagitia commemorat hac oratione Cicero; quæ, ut P. Manutius putat, non dicta, sed scripta tantum, et deinde in lucem edita est.

I. 1. QUONAM meo fato,[a] patres conscripti, fieri dicam, ut nemo his annis viginti[1][b] reipublicæ fuerit hostis, qui non

CAP. I. 1 Cod. Jenensis, Schutz. Wernsd. *viginti annis.* Mox, *hostis fuerit*

NOTÆ

[a] *Meo fato*] Fata antiqui definiebant ex Augustino de Civ. v. 8. 'omnium connexionem seriemque causarum, qua fit omne quod fit.'

[b] *His annis viginti*] A Ciceronis consulatu, ad M. Antonii consulatum, viginti anni effluxerunt.

Digitized by Google

bellum eodem tempore mihi quoque indixerit?[a] Nec vero necesse[2] est a me quenquam nominari: vobiscum ipsi recordamini. Mihi pœnarum illi plus, quam optarem,[3] dederunt;[b] te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere.[c] Atque hoc in aliis[d] minus[4] mirabar: nemo illorum inimicus mihi fuit voluntarius: omnes a me reipublicæ causa lacessiti: tu, ne verbo quidem violatus, ut audacior quam L. Catilina, furiosior quam P. Clodius, viderere, ultro maledictis[e] me lacessisti: tuamque a me alienationem commendationem tibi ad cives impios fore putavisti. 2. Quid putem? contemtumne me? non video nec in vita, nec in gratia,[f] nec in rebus gestis,

[a] *Denuntiarit.* [b] *Puniti sunt gravius quam optavissem.*

Junt. Manut. Grut.—2 *Nec enim necesse* φ. *quempiam a me nominari* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Mox, *recordemini* ψ, Venet. 1483. Junt. *recordamini* habent Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. *nominari vobis, cum ipsi recordamini* Manut. et sic interpungitur etiam in Ven. 1483. et Junt.—3 Heum. conj. *quam optarum;* ψ habet *quam optarent.* Statim, *facta imitare* cod. Jenens.—4 Cod. ψ omittit *minus.* Tum, *nemo enim illorum* Vat. et Faërn. Paulo post, *quam Catilina; f. quam Clodius* Vat. a m. pr. Faërn. Orell. *quam L. Catilina; f. quam Clodius* Lamb. *quam Catilina; f. quam P. Clodius* Græv. *ultro me maledictis* Vat. Faërn. Lamb. Deinde, *commendationem tibi ad impios cives fore putavisti* Vat. Ferrar. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. *ad cives impios tibi gloriæ fore puta-*

NOTÆ

[c] *Exitus non perhorrescere*] Catilina, qui contra rempublicam et Ciceronem conspiraverat, armatus in prælio contra patriam occisus est. Socii illius conjurationis in carcere, senatus decreto, interfecti sunt. Cæsus a Milone Clodius est, Ciceroni perinfensus, qui eum in exilium factionibus suis ejecerat.

[d] *In aliis*] Clodium, Catilinam, Vatinium, Pisonem, et Gabinium intelligit, quos ipse Cicero lacessivit.

[e] *Ultro maledictis*] Antonius prior Ciceronem aggressus est sponte, cum minis intentatis eum venire in senatum, quamvis languentem ex itinere, compulit. Vide superiorem Orat.

[f] *Gratia*] Benevolentiam gratia significat, quam populus in Ciceronem habuit: quæ tanta fuit, ut, cum cedere ab urbe in exilium per Clodium, et consules, Pisonem et Gabinium, exire cogeretur, omnis fere equester ordo vestem mutaverit, nobilissimi adolescentes, ad viginti millia numero, sordidati deprecatores ejus comitati sint. Senatus frequens vestem, tanquam in publico luctu, mutandam censuerit. Redeunti vero ab exilio egressus senatus ei obviam venit cum populo universo, a quo plausu maximo a porta Capena usque ad Capitolium quasi triumphans deductus est. Accedentem vero ad urbem post reversionem e Græcia nuperam tanta multitudo convenit, ut dum ad

Digitized by Google

nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despicere possit Antonius. An in senatu facillime de me[5] detrahi[g] posse credidit? qui ordo clarissimis civibus bene gestæ reipublicæ testimonium multis, mihi uni conservatæ dedit?[h] An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem beneficium est:[6] quid enim plenius, quid uberius, quam mihi et pro me, et contra Antonium dicere? Illud profecto est: non existimavit,[7] sui similibus probari posse, se esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus. 3. Cui priusquam de ceteris rebus respondeo, de amicitia, quam a me violatam esse criminatus est, quod ego[8] gravissimum crimen judico, pauca dicam.

II. [*p.* 161.] Contra rem suam me, nescio quando, venisse[*][1] questus est. An ego non venirem[a] contra alienum pro familiari[b] et necessario meo?[2] non venirem contra

[*] *Me causam ejus oppugnasse.*

visti, omisso *commendationem*, Junt. Grut.—5 Codd. φ ψ omittunt *de me*.—6 Vat. *est beneficium*.—7 *Illud profecto non existimavit* Vat. Mox, *probare posse* φ. *esse se* Faërn. Lamb. *se* deest in Vat. *patriæ hostem* Wernsd. in ed. min. *hostem* omittunt Colot. Manut. 1541. Steph.—8 Codd. φ ψ omittunt *ego*. Pro *dicam*, quod servant Vat. O φ, Steph. Manut. Wernsd. Orell. *dicamus* exhibent codd. plerique, Junt. Faërn. Lamb.

CAP. II. 1 Grut. et aliæ quædam vett. *venisse me nescio quando*.—2 Vat. Manut. Faërn. Orell. omittunt *meo*. Deinde, pro *spe*, quod servant Vat. Colot. Manut. Wernsd. Orell. *specie* legitur in codd. plerisque, Junt. Faërn.

NOTÆ

portas ingredientem excipiunt, adventumque gratulantur, dies fere consumtus fuerit. Vide Plutarch. in Cicerone.

[g] *Detrahi*] Antonius credidit habendo orationem illam plenam maledictis in Ciceronem, posse aliquid imminuere de gratia, qua valebat apud populum.

[h] *Mihi uni conservatæ dedit*] Cum Cicero rempublicam a Catilinæ conjuratione vindicavit, ei supplicationem, quamvis togato, senatus decrevit. M. Cato, ea de re rogatus sententiam, Ciceronem patrem patriæ nuncupavit, qui honos in libera civitate antea nemini datus fuerat.

[a] *An ego non venirem*] 'Venire' verbum est judiciale.

[b] *Contra alienum pro familiari*] Quis ille fuerit Ciceronis familiaris, nec indicat, nec cognitum est. Quis autem fuerit alienus ille, nisi Q. Fadius Bambalio, homo libertinus, cujus filiam uxorem duxit Antonius? Pro familiari illo suo Cicero venit advocatus in judicium contra Bambalionem; quo iratus Antonius, violatam amicitiæ fidem Ciceroni objecit.

Digitized by Google

gratiam,[c] non virtutis spe,[b] sed ætatis flore, collectam?[d] non venirem contra injuriam, quam iste[e] intercessoris iniquissimi[f] beneficio obtinuit, non jure prætorio?[g] Sed hoc idcirco commemoratum a te puto, ut te infimo ordini[h] commendares, cum te omnes recordarentur libertini generum, et liberos tuos nepotes Q. Fadii, libertini hominis, fuisse.[3] At enim te in disciplinam meam tradideras:[i] (nam ita dixisti) domum meam ventitaras.[c] Næ[d] tu, si id fecisses, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ consuluisses: sed nec fecisti,[4] nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem[k] facere licuisset. 4. Auguratus[l] petitionem mihi te concessisse dixisti. O incredibilem audaciam![5] o impudentiam prædicandam!

[b] *Opinione.* [c] *Frequentaras.* [d] *Certe.*

Lamb. Grut.—3 Hæc omnia, *Sed hoc idcirco . . . fuisse*, desunt in Franc. Colon. Amstel. φ. *te* ante *omnes* omittit ψ. *libertinum generum* in eodem cod.—4 Vat. Græv. Colon. Manut. Orell. *sed neque fecisti.*—5 *O incr. audaciam* desunt in

NOTÆ

[c] *Contra gratiam*] Id est, contra Antonium, hominem gratiosum, qui favore suo multum poterat.

[d] *Sed ætatis flore collectam*] Statim a juventute sua gratiam multorum fuerat aucupatus Antonius, non tam virtute sua, quam libidine, qua tum infamis fuit.

[e] *Iste*] Socer Antonii, Bambalio.

[f] *Intercessoris iniquissimi*] Aliquis tribunus plebis corruptus fuit ab Antonio, vel Bambalione, ut intercederet contra Ciceronis familiarem, ne reus causam diceret, quod prohiberi non potuit.

[g] *Jure prætorio*] Jus prætorium est, quod prætores introduxerunt adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratia, propter utilitatem publicam: quod et honorarium dicitur, ad honorem prætorum sic nominatum. Dig. lib. VII. de just. et jur.

[h] *Infimo ordini*] Plebeium ordinem intelligit, vel saltem in plebeio ordine libertinos, qui neque aditum ad magistratus, vel ad curiam habebant. 'Libertini' porro dicebantur, qui ex justa servitute manumissi sunt, Dig. lib. VI. de statu hom. quanquam et 'libertini' etiam dicti sunt, non qui manumittebantur, sed ingenui ex eis procreati, ut scribit Suetonius in Claudio.

[i] *In disciplinam meam tradideras*] Sumta virili toga, adolescentes ad viros graves deducendi mos fuit, ut ab eis instituerentur ad honestam vivendi rationem.

[k] *Per C. Curionem*] Denotat Curionis filium, qui consuetudine Antonii ita perditus, et corruptus libidinibus evasit, ut grande æs conflaverit; quod cum Curio filius dissolvere conaretur, pater illius domo Antonium expulit: ex quo se Clodio adjunxit, cumque illi vis pararetur, in Asiam se contulit.

[l] *Auguratus*] Augurum collegium nobilissimum Romæ fuit, novem tunc

Digitized by Google

Quo enim tempore me augurem a toto collegio[m] expetitum Cn. Pompeius et Q. Hortensius nominaverunt, (neque enim licebat a pluribus nominari) tu nec solvendo eras,[6][n] nec te ullo modo, nisi eversa republica, incolumem fore putabas. Poteras autem eo tempore auguratum petere, cum in Italia Curio non esset? aut tum, cum es factus,[7][o] unam tribum sine Curione ferre potuisses?[e] cujus etiam familiares[p] de vi condemnati sunt, quod tui nimis studiosi fuissent. III. 5. At beneficio sum usus tuo.[1] Quo? quanquam illud ipsum, quod commemoras, semper præ me tuli.[f] Malui me tibi debere confiteri, quam cuiquam minus prudenti non satis gratus videri. Sed quo beneficio? quod me Brundisii non occideris?[q] quem ipse victor,[r] qui tibi, ut tute

[e] *Non potuisses obtinere suffragium unius tribus.*
[f] *Confessus sum.*

φ.—6 Ita Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *nec tu s. eras* Junt. Manut. *tu nec solum deeras* φ. *nec tu solus deeras* Græv. *nec tu solvendo æra aderas* Colon. Mox, *incolumem fore putabas* Colot. Ferrar. Wernsd.—7 Cod. φ *cum esset factus.*
CAP. III. 1 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *sum tuo usus.* V. *usus su-*

NOTÆ

auguribus conflatum, qui non solum e patriciis, sed e plebe assumebantur; quorum dignitas erat perpetua.

[m] *Augurem a toto collegio*] Cum apud Parthos P. Crassus obiisset, in ejus locum augur suffectus est Cicero anno urbis 700. ætatis suæ 54.

[n] *Tu nec solvendo eras*] Objecerat Ciceroni Antonius, desiisse se, benevolentiæ causa, a petitione auguratus, cum eum intellexisset a Cicerone postulari: at refutat Cicero; tum quod Antonius ære alieno opprimeretur; nam lege cautum fuit, ut qui de repetundis damnati essent, vel creditoribus non possent satisfacere, neque peterent auguratum, neque augures nominarent: tum quia Curio erat in Asia quæstor; cujus intercessionibus hanc potuisset dignitatem obtinere.

[o] *Aut tum, cum es factus*] Postea tamen factus est augur Antonius, accepta a Curione pecunia, ad obtinenda suffragia populi.

[p] *Cujus etiam familiares*] Cum a Curione productus esset augur Antonius, et tribunus plebis, ejus amici, propter seditionem in comitiis excitatam, de vi damnati sunt.

[q] *Quod me Brundisii non occideris*] Post pugnam Pharsalicam, victo Pompeio, Cato Uticensis voluit Ciceroni persuadere navalis exercitus imperium accipere, idque amicis rogantibus, et Cæsare postulante. Sed fugit Cicero, et Brundisium venit Italiam petiturus: huc cum a Cæsare missus jam fuisset Antonius, potuisset hic Ciceronem ut Pompeianum, et Cæsaris detrectantem imperia, interficere. Appian. Bell. Civil. lib. II.

[r] *Ipse victor*] Cæsar noluit ut Cicero interficeretur.

Digitized by Google

gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum,[a] salvum esse voluisset, in Italiam ire jussisset,[3] eum tu occideres? Fac potuisse: quod est aliud,[4] patres conscripti, beneficium latronum, nisi ut commemorare possint, iis se dedisse vitam, quibus non ademerint? Quod si esset beneficium, nunquam ii,[5] qui illum interfecerunt, a quo erant servati,[1] quos tu ipse viros clarissimos appellare soles, tantam essent gloriam consecuti. Quale autem beneficium est,[6] quod te abstinueris nefario scelere? Qua in re non tam jucundum videri mihi[7] debuit, non interfectum a te, quam miserum,[m] id te impune facere potuisse. 6. Sed sit beneficium, quandoquidem majus accipi a latrone[8] nullum potuit: in quo potes me dicere ingratum? an de interitu reipublicæ[n] queri non debui, ne in te ingratus viderer? Nam[9] in illa querela, (misera quidem et luctuosa, sed mihi

spectum Garatono.—2 Cod. φ *commemorat.*—3 Verba, *in Italiam ire jussisset*, desunt in φ. Actutum, *cum ut occideres* Vat. unde Manut. *cum ut tu occideres.* —4 O *quid est aliud.*—5 Vat. Faërn. Orell. omittunt *ii.* Mox, *a quo erant conservati . . . clarissimos viros soles appellare* codd. Grævii, Vat. Manut. Orell. —6 *Quale hoc b. est* O. *a nefario* Colon. φ ψ, Junt.—7 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *mihi videri.* Mox, *me non interfectum* Lamb. solus. Tum, *te id impune* Vat. Faërn. Lamb. Orell.—8 Junt. Manut. *a latrone accepi;* cod. Grævii, *accepi a latronum principe.* Paulo post, *ne de te ingratus* al. ap. Græv. *ne te ingratus* al. ibid.—9 *At* codd. Grævii, Vat. Junt. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *Nam* est a Lamb. 1584. Paulo post, *quid dictum* edd. quæ-

NOTÆ

[a] *Ex latronibus suis principatum*] Perstringit et Cæsarem et Antonium: indicat enim, illud bellum non tam legitimum fuisse, quam latrocinium, quia contra patriam gerebatur; et in illo bello, inter latrones alios, Antonium principatum tenuisse, qui ideo a Cæsare missus est in Italiam, ut eam subjectam armis suis et imperio teneret.

[l] *A quo erant servati*] Bruto et Cassio exceptis, qui nunquam acquievere Cæsari, omnes reliqui ejus interfectores fuerant ab eo servati. Hos vide apud Appian. Bell. Civil. lib. II.

[m] *Quam miserum*] Sane miserum est, Ciceronem, bene de republica meritum, ab Antonio, perditissimo cive, impune interfici.

[n] *De interitu reipub.*] Rempublicam perdere voluit Antonius, quia non solum usurpatam a Cæsare summam potestatem sibi vindicare, sed ipsas latas a Cæsare leges evertere voluit. De quibus in Philippica prima dictum est.

Digitized by Google

pro hoc gradu,[o] in quo me senatus populusque Romanus collocavit, necessaria) quid est dictum a me cum contumelia? quid non moderate? quid non amice? Et quidem[10] cujus temperantiæ fuit, de M. Antonio querentem, abstinere maledicto? præsertim cum tu reliquias reipublicæ[p] dissipavisses; cum domi tuæ turpissimo mercatu[q] omnia essent venalia; cum leges eas, quæ nunquam promulgatæ essent,[r] et de te[s] et a te latas confiterere;[11] cum auspicia augur,[t] intercessionem[u] consul sustulisses; cum esses fœdissime stipatus armatis; cum omnes impuritates[x] pudica[12] in domo[y] quotidie susciperes, vino lustrisque[z] confectus?[g] 7. At ego, tanquam mihi cum M. Crasso[a] con-

[g] *Consumtus.*

dam vett.—10 *Quod quidem* Vat. Guelf. Colon. Amstel. Franc. Græv. ϕ, Manut. Faërn. Lamb. Orell. Mox, pro *maledicto*, quod servant plerique codd. etiam O ϕ ψ, Ven. 1483. Junt. Manut. Wernsd. Orell. *maledicti* habet Vat. unde *maledictis* e Faërni conj. Lamb.—11 Cod. ϕ *conpterer.*—12 Ita codd. aliquot, O ψ, Junt. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *impudica* Vat. ϕ. *publica* Rom. Ven. 1483. Mox, *humo luciaque confectus* ϕ.

NOTÆ

[o] *Pro hoc gradu*] Senator erat et consularis Cicero, quo honoris gradu nullus illustrior in republica fuit.

[p] *Reliquias reipub.*] Vocat reliquias reipublicæ, pecuniam publicam, quæ in Opis æde servabatur, quæque ex largitionibus Cæsaris supererat, at quam sibi Antonius vindicavit. Vel etiam potest intelligere Cicero quatuor millia talenta, quæ a Calpurnia, Cæsaris uxore, accepit.

[q] *Turpissimo mercatu*] Turpissime provincias, immunitates, et magistratus vendebat Antonius: de quibus infra, § 23.

[r] *Promulgatæ essent*] Antequam lex ferretur, proponebatur per trinundinum populo, cum his verbis, 'Velitis jubeatis, Quirites, ut lex illa,' &c. Et tunc lex promulgari dicebatur. De legibus ab Antonio latis dictum est superiori Orat. § 19.

[s] *De te*] Voluit Antonius pro arbitrio suo provinciam retinere.

[t] *Auspicia augur*] Auspicia augur Antonius sustulit, licet pop. Rom. nihil nisi auspicato faceret.

[u] *Intercessionem*] Cum fuit consul, tribuniciam intercessionem sustulit, quæ semper usurpata est in republica.

[x] *Omnes impuritates*] Impuritas nihil est aliud, quam libidinum intemperantia.

[y] *Pudica in domo*] Id dicit propter majores, qui summa virtutis laude in republica floruerant.

[z] *Lustrisque*] Lustra proprie sunt ferarum in sylvis habitacula, quæ ad lupanaria transferuntur, et loca sordida et occulta, ubi gulæ et luxuriæ libidinosi et infames dant operam.

[a] *Cum M. Crasso*] Cum illo Crasso homine ditissimo, qui periit in Par-

Digitized by Google

tentio esset, quocum multæ et magnæ fuerunt, non cum uno gladiatore nequissimo, de republica graviter querens, de homine nihil dixi. IV. Itaque hodie perficiam, ut intelligat, quantum a me beneficium tum acceperit.[1] At etiam literas, quas me sibi misisse diceret, recitavit, homo et humanitatis expers, et vitæ communis ignarus. Quis enim unquam, qui paulum modo[2] bonorum consuetudinem nosset, literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in medium protulit, palamque recitavit? [*p.* 162.] quid est aliud, tollere e vita vitæ societatem, quam tollere amicorum colloquia absentium? Quam multa joca[3] solent esse in epistolis, quæ, prolata si sint, inepta videantur! quam multa seria, neque tamen ullo modo divulganda! 8. Sit hoc inhumanitatis tuæ:[4] stultitiam incredibilem videte. Quid habes, quod mihi opponas, homo diserte, ut Mustellæ[5] Tamisio[b] et Tironi Numisio videris? qui cum hoc ipso tempore stent cum gladiis in conspectu senatus, ego quoque te disertum putabo, si ostenderis, quomodo sis eos inter sicarios defensurus. Sed quid opponas[6] tandem,

CAP. IV. 1 Ita Colon. Faërn. Lamb. Manut. *quantum tum a me b. acceperit* Grut. et al. ante Ernesti; *tum* deest in φ ψ.—2 Codd. Ferrarii, Faërn. Lamb. Wernsd. *paululum modo*; Manut. *paulo modo*; Vat. *paulo*, omisso *modo*. Paulo post, *quid hoc est aliud, quam tollere e vita* edd. vett. *quam* post *societatem* omittunt Vat. Jenens. Junt. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell.—3 Vat. Ven. 1483. *multa loca*. Mox, pro *inepta videantur*, quod servant Colon. Vat. O φ ψ, Faërn. Manut. Lamb. Muret. Wernsd. Orell. *inepta esse vid.* exhibent codd. aliquot, Junt. Lamb. Grut.—4 *Sit h. i. vestræ* Colon. *Sit inhum. tuæ* Græv. *tuæ* omittunt Vat. quinque libri ap. Græv. et Faërn. Mox, *videto* ψ.—5 *Mustelæ* Vat. O ψ, Junt. Manut. Faërn. Lamb. *Mustulæ* ψ. Pro *Tamisio* codd. Grævii habent *tam scio*; Colon. *tantum scivis*; φ *tantum scio*. Pro *Numisio* idem cod. *numi sic*. Statim, *cum hoc isto tempore* codd. Ferrarii prob. Græv. *cum hoc ipsumo tempore* Ven. 1483. *cum isto tempori* O ψ. *cum isto tempore* φ.—6 Edd. vett. φ ψ, *oppones*. Pro *convincas*, quod habent Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *convinces* Junt. Grut. al. ante Ernesti.—

NOTÆ

thia, multæ et graves fuerunt Ciceroni inimicitiæ; quia eum conjurationis cum Catilina insimulavit: sed tamen propter filium, qui studiorum causa Ciceronem assectabatur, cum eo reconciliatus est.

[b] *Mustellæ Tamisio*] Erant hi adulatores Antonii, sicarii, indocti homines, quibus tantum doctus et disertus videri poterat.

Digitized by Google

si negem, me unquam istas literas ad te misisse? quo me teste convincas? an chirographo?[c] in quo habes scientiam quæstuosam.[d] Qui possis? sunt enim librarii manu.[7] [e] Jam invideo magistro tuo,[f] qui te tanta mercede, quantam jam proferam,[8] nihil sapere docuit. 9. Quid enim est[9] minus, non dico oratoris, sed hominis, quam id objicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit, qui objecerit? At ego non nego:[10] teque in isto ipso convinco, non inhumanitatis solum, sed etiam amentiæ. Quod enim verbum in istis literis est non plenum humanitatis, officii, benevolentiæ? omne autem crimen tuum est, quod de te in his literis non male existimem; quod scribam tanquam ad civem, tanquam ad bonum virum; non tanquam ad sceleratum et latronem. At ego tuas literas (etsi jure poteram, a te lacessitus) tamen non proferam; quibus petis, ut tibi per me liceat quendam de exilio[g] reducere; adjurasque,[h] id te, invito me,[11] non esse facturum: idque a me impetras. Quid enim me interponerem[i] audaciæ tuæ, quam neque auctoritas hujus ordinis, neque existimatio populi Romani, neque leges ullæ pos-

7 Multi codd. *libera manu;* al. ap. Græv. *libere manu.*—8 *Jam enim invideo . . . quanta jam prof.* Græv. Pro *docuit* Vat. Manut. al. vett. *doceat.*—9 *Quid est enim* codd. aliquot, Manut. Wernsd. Orell. Mox, *quam objicere* al. ap. Græv.—10 Cod. φ omittit *nego.* Idem codex omittit etiam, *non inhumanitatis solum s. e. a. Q. e. v. in i. l. e. non p. humanitatis.* Verba, *solum, sed . . . humanitatis* desunt in Colon. Græv. Franc. Amstel. *convinco nomine inhumanitatis* Colon. Mox, *quod est in his literis. Non male existima* Græv. Pro *scribam* Manut. habet *scribebam.*—11 Græv. *me invito.* Statim, *me* ante *interponerem* omittit Græv. Deinde, pro *quam,* Jenens. alii codd. Ferrarii,

NOTÆ

c *An chirographo*] Solent chirographum appellare quicquid manu scribitur.

d *Scientiam quæstuosam*] Id dicit propter acta Cæsaris, cujus manum imitatus, multa proferebat Antonius tanquam a Cæsare scripta.

e *Librarii manu*] Scripta erant a scriba, sive amanuensi.

f *Jam invideo magistro tuo*] Hoc festive et mordaciter dicitur in Antonium.

g *Quendam de exilio*] Exulabat tunc Sextus Clodius, Publii filius, de quo credibile est loqui Ciceronem.

h *Adjurasque*] Adjurare est juramento quid confirmare.

i *Quid me interponerem*] Cicero pe-

Digitized by Google

sent coërcere? 10. Verumtamen quid erat, quod me rogares, si erat is, de quo rogabas, Cæsaris lege reductus? Sed videlicet meam gratiam voluit esse;[a] in quo ne ipsius quidem ulla poterat esse,[12] lege lata.

v. Sed cum mihi, patres conscripti, et pro me aliquid, et in M. Antonium multa dicenda sint; alterum peto a vobis, ut me, pro me[1] dicentem, benigne; alterum ipse efficiam, ut, contra illum cum dicam, attente audiatis: simul illud oro; si meam, cum in omni vita, tum in dicendo moderationem modestiamque cognostis,[2] ne me hodie, cum isti, ut provocavit, respondero, oblitum esse putetis mei: non tractabo ut consulem; ne ille quidem me ut consularem: etsi ille nullo modo consul, vel quod ita vivit, vel quod ita rempublicam gerit, vel quod ita factus est consul:[3] ego sine ulla controversia consularis. 11. Ut igitur intelligeretis, qualem ipse se consulem profiteretur,[4] objecit mihi consulatum meum; qui consulatus, verbo[a] meus, patres conscripti, re vester fuit: quid enim constitui, quid gessi, quid egi,[5] nisi ex hujus ordinis consilio, auctoritate, sententia? Hæc tu, homo sapiens,[a] non solum eloquens, apud eos, quorum consilio sapientiaque gesta sunt, ausus es vituperare? Quis autem meum consula-

[a] *Id debere mihi.* [a] *Nomine.*

Junt. Lamb. Heusing. Wernsd. Orell. *quem.*—12 Vat. Jenens. Junt. Manut. Faërn. Wernsd. Orell. *esse poterat.* Statim, *lege data* φ.

Cap. v. 1 Edd. quædam vett. etiam Grut. *ut pro me.*—2 Codd. φ ψ, al. ap. Græv. *cognoscitis.* Statim, pro *respondero*, quod servant Vat. C φ ψ, Manut. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. Orell. *respondebo* Junt. Grut. al. ante Ernesti.—3 Ita Junt. Faërn. Lamb. *consul* omittunt codd. Grævii, Vat. Manut. Wernsd. Orell.—4 Codd. Ferrarii, Manut. *qualem ipse consul profitetur;* edd. vett. *qualem me esse consularem profitentur;* al. ap. Græv. *qualem ipse consulem profiteretur;* φ ψ *profitetur.*—5 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *quid enim ego c. q. g. q. egi;* Ven. 1483. et Grut. omittunt *ego* et *quid egi.*

NOTÆ

tenti Antonio noluit resistere, quia sciebat ab eo reducendum esse Clodium, qui lege lata a Cæsare jam reducendus erat; quæ lex in ejus actis reperta est.

[a] *Homo sapiens*] Ironia.

tum, præter P. Clodium,[6][b] qui vituperaret, inventus est? cujus quidem te fatum, sicuti C. Curionem,[c] manet;[a] quoniam id domi tuæ est, quod fuit illorum utrique fatale.[d] 12. Non placet M. Antonio consulatus meus. At placüit P. Servilio,[e] ut eum primum[7] nominem ex illius temporis consularibus, qui proxime mortuus est: placuit Q. Lutatio Catulo,[f] cujus semper in hac republica vivet auctoritas: [*p.* 163.] placuit duobus Lucullis,[g] M. Crasso,[h] Q. Horten-

[a] *Impendet tibi.*

—6 Vat. *præter te P. aut Clodium;* unde Manut. conj. *præter te et P. Clodium.* Mox, *cujus quidem tibi fatum, sicuti Curioni* Vat. O φ ψ. ita Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. nisi quod *C. Curioni;* Schutz. *tibi m. s. C. Curionem.* Tum, *domui tuæ est* vet. cod. Grævii.—7 Multi codd. ap. Græv. *ut cum primo;* ψ *ut eum primo.* Mox, *est mortuus* Vat. Junt. Manut. Faërn. Lamb. Orell. Tum, *placuitque Catulo* Vat. unde *placuit Q. Catulo* dedere Manut. Faërn. Lamb. Orell. *placuit Q. L. Catulo* codd. aliquot. *cujus singularis semper* Ven. 1483. Junt. Manut. Deinde, *Q. Hortensio, C. Curioni, C. Pisoni, M' Glabrioni, M' Lepido, L. Volcatio* Vat. Manut. Orell. *M. Glabioni*

NOTÆ

[b] *P. Clodium*] Hic infensissimus fuit Ciceroni, ut ex pluribus ejus orationibus colligere licet, et eum damnavit, quod cives indemnatos, ut dicebat, necavisset; eos videlicet qui Catilinariæ conjurationis socii fuere.

[c] *Sicuti C. Curionem*] Docet Appianus, Curionem, cum duas legiones duceret in Libyam contra Varum, qui a partibus Pompeii stabat, et contra Jubam Mauritaniæ regem, qui se Varo adjunxerat, ad Bagradam fluvium cum suis trucidatum esse.

[d] *Utrique fatale*] Loquitur de Fulvia, quæ tres duxit nuptias; cum Clodio, qui a Milone occisus est; cum Curione, qui periit in Libya, interfectus a Pompeianis; jam denique cum Antonio, cui simile fatum afferet.

[e] *Placuit P. Servilio*] Servilius ille Isauros domuit in Cilicia, unde Isaurici nomen sortitus est, et extrema senectute mortuus est, Cæsare quintum et Antonio coss.

[f] *Q. Lut. Catulo*] Catulus ille fuit vir magnæ auctoritatis in repub. qui Ciceronem patrem patriæ nominavit.

[g] *Duobus Lucullis*] Lucius et Marcus Luculli ambo consulares fuerunt. Lucius, ætate Pompeio grandior, contra Mithridatem rem bene gessit: ditissimus fuit, cujus inprimis horti propter magnificentiam celebrati sunt.

[h] *M. Crasso*] M. Licinius Crassus divitiis suis famosus, qui quantum Ciceronis consulatum probaverit, intelliges ex ipso Cicerone ad Att. qui de illo suo consulatu loquens, se 'quod esset senator, quod civis, quod liber, quod viveret, mihi acceptum referre' dicebat: 'quoties conjugem, quoties domum, quoties patriam videret, beneficium meum videre.'

Digitized by Google

sio,[i] C. Curioni,[k] M. Lepido,[l] C. Pisoni,[m] M' Glabrioni,[n] L. Volcatio,[o] C. Figulo,[p] D. Silano,[q] L. Murenæ, qui tum erant consules designati: placuit idem, quod consularibus, M. Catoni;[r] qui cum multa, vita excedens, providit,[c] tum quod te consulem non vidit.[8 s] Maxime vero consulatum meum Cn. Pompeius[t] probavit; qui, ut me primum decedens ex Syria vidit, complexus et gratulans, meo beneficio patriam se visurum esse dixit. Sed quid singulos commemoro? frequentissimo senatui sic placuit, ut esset nemo, qui mihi[9] non, ut parenti, gratias ageret; qui non mihi vitam suam, liberos, fortunas, rempublicam referret acceptam. VI. 13. Sed quoniam illis, quos nominavi, tot et ta-

[c] *Prospexit.*

φ. *M. Cabreoni* Colon. *M. Labrioni* ψ.—8 Verba, *tum quod te consulem non vidit*, desunt in φ.—9 In eodem cod. *mihi* deest. Mox, *qui mihi non vitam* Vat. Faërn. Statim, *fortunas, liberos, remp.* Vat. alii codd. Faërn. Lamb. Orell. *fortunam* O. *reip.* φ.

NOTÆ

[i] *Q. Hortensio*] Post Ciceronem eloquentissimus oratorum habitus est Hortensius, vir consularis, cujus laudes ubique Cicero prædicat.

[k] *C. Curioni*] De hoc Curione patre loquitur Cicero de Claris Oratoribus: tredecim annis ante Ciceronem consul fuit.

[l] *M. Lepido*] Lepidus magister equitum Cæsaris fuit, et postea unus e triumviris.

[m] *C. Pisoni*] Piso fuit frater Lucii Pisonis, soceri Cæsaris.

[n] *M' Glabrioni*] Quatuor annis ante Ciceronem consul fuit, quem in Epistolis ad Atticum inter eos nominat, qui sententiam in Catilinam dixere.

[o] *L. Volcatio*] Consul fuit Volcatius tribus ante Ciceronem annis.

[p] *C. Figulo*] Ad hunc Figulum scribit Cic. epist. lib. XIV. vir fuit summæ conditionis et probitatis, qui quo Cicero anno consul designatus est ipse consulatum gessit.

[q] *D. Silano*] Decius Junius Silanus, et Murena, designati sunt consules Cicerone consule, quorum alterum defendit in judicio.

[r] *M. Catoni*] M. Cato non gessit consulatum, sed præturam tantum. Vir summa innocentia et auctoritate apud Romanos, Stoicæ doctrinæ addictissimus, qui ne videret servientem Cæsari patriam, Uticæ sibi violentas manus intulit, unde Uticensis dictus est.

[s] *Te consulem non vidit*] Ponit Cicero Antonii consulatum inter reipub. Rom. calamitates.

[t] *Cn. Pompeius*] Statim atque ex Asia rediit Pompeius, gratias egit Ciceroni, affirmans frustra se triumphum petere, nisi urbs servata fuisset a Cicerone, in qua posset triumphare.

Digitized by Google

libus[1] viris, respublica orbata est; veniamus ad vivos, qui duo e consularium numero reliqui sunt. L. Cotta,[u] vir summo ingenio, summaque prudentia, rebus iis gestis, quas tu reprehendis, supplicationem decrevit[x] verbis amplissimis: eique illi ipsi, quos modo nominavi, consulares, senatusque cunctus assensus est: qui honos, post conditam hanc urbem, habitus est togato ante me nemini.[2] 14. L. Cæsar,[y] avunculus[z] tuus, qua oratione, qua constantia, qua gravitate sententiam dixit in sororis suæ virum, vitricum tuum![a] Hunc tu cum auctorem et præceptorem omnium consiliorum, totiusque vitæ[3] debuisses habere, vitrici[b] te similem, quam avunculi[c] esse maluisti. Hujus ego alienus consiliis[4] consul usus sum: tu sororis filius, ecquid ad eum unquam de republica retulisti? At ad quos[5] refert? Dii immortales! ad eos scilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt.[d] 15. Hodie non descendit Antonius:[e] cur?[6] dat natalicia in hortis: cui?

Cap. vi. 1 Manut. *tot ac talibus.* Mox, pro *ad vivos,* quod servant Vat. O, Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *ad eos* habent φ ψ, Junt. Manut. Statim, *duo de consularium* Vat. Faërn. Lamb. in marg. 1584. *e consulari* codd. plerique, Junt. Manut. Lamb. 1566. *duo consularium* O. *duo ex consulari* codd. Græv. *duo e consularium* est e conjectura Ferrarii.—2 O *ante nemini;* φ *ante me memini.*—3 Græv. *vitæ meæ.* Mox, *quam avunculi maluisti* vet. cod. ap. Græv. Vat. Manut. Faërn. Orell.—4 *Hujus ego consiliis alienus* edd. vett. Grut. al. ante Ernesti. Mox, *quid ad eum* ψ. *et quid ad eum* codd. Grævii. *quid eum* edd. vett.—5 *Ad quos* Grut. *At* adjiciunt codd. Grævii.—6 Ma-

NOTÆ

[u] *L. Cotta*] L. Aurelius Cotta, vir summæ prudentiæ et virtutis, duobus ante Ciceronem annis consulatum gessit.

[x] *Supplicationem decrevit*] Vide orationem pro Cornelio Balbo § 61.

[y] *L. Cæsar*] Is Lucius Cæsar ante Ciceronem proxime consul fuit.

[z] *Avunculus*] Avunculus dicitur matris frater, et patris frater patruus.

[a] *Vitricum tuum*] Vitricus dicitur matris vir, ex alio viro natus. Sive matris meæ vir, non pater meus.

[b] *Vitrici*] Vitricus ille Lentulus Sura fuit, qui conjuratus cum Catilina in carcere necatus est.

[c] *Avunculi*] Avunculus fuit L. Cæsar.

[d] *Dies natales audiendi sunt*] Dies natales apud Romanos maxima conviviorum magnificentia celebrabantur.

[e] *Non descendit Antonius*] Antonius non venit in senatum, quia conviviis ejusmodi erat impeditus, non quæ propter sua, sed amici alicujus parasiti natalicia, celebrabat.

Digitized by Google

neminem nominabo. Putate tum Phormioni [f] alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam! o impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam! Tu cum principem senatorem,[g] civem singularem, tam propinquum habeas, ad eum de republica nihil refers; ad eos refers,[7] qui domum suam nullam habent, tuam exhauriunt? Tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus. VII. Adeone pudorem cum pudicitia perdidisti, ut hoc in eo templo [h] dicere ausus sis, in quo ego senatum illum, qui quondam florens orbi terrarum præsidebat, consulebam; tu homines perditissimos cum gladiis collocasti?[1] 16. At etiam ausus es (quid autem est, quod tu non audeas?) clivum Capitolinum [i] dicere, me consule, plenum servorum armatorum fuisse.[2] Ut illa, credo, nefaria senatusconsulta [k] fierent,[3] vim afferebam senatui. O miserum,[4] sive illa tibi nota non sunt, (nihil enim boni nosti,) sive sunt, qui apud tales viros tam impudenter loquare! Quis enim eques Romanus, quis, præter te, adolescens nobilis, quis [5] ullius

---

nut. *cur non?* Actutum, *dat natalicium* Vat. Faërn. Lamb. Tum, *putatote cum Ph.* ψ, Junt. Grut. al. ante Ernesti; *putabo te cum formioni* φ. Deinde, *tum etiam Ballioni* codd. Grævii, Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell.—7 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. *referas . . . referas.* Actutum, *qui rem suam nullam habent* Vat. Muret. Faërn. Lamb. *qui suam rem nullam habent* Orell. Deinde, *tuam exhaiunt* Colon.

CAP. VII. 1 Vat. Junt. Faërn. Grut. Orell. *collocavisti;* Colon. *comlocavisti.*—2 Cod. unus Græv. omittit *fuisse.*—3 Codd. Grævii, ψ, Manut. *tum fierent;* φ *cum fierent.* Actutum, *vim adferebam* Colon.—4 *O miser* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. Mox, *tam i. loquere* cod. unus Grævii.—5 Grut.

NOTÆ

[f] *Phormioni*] Hominum profert nomina, qui famosi partim apud Terentium, partim apud Plautum parasiti sunt.

[g] *Principem senatorem*] L. Cæsarem avunculum habuit Antonius.

[h] *In eo templo*] In Concordiæ templo, vel in curia, quæ sacra erat, ideoque sæpe templi nomine appellatur; neque enim in alio loco, quam in sacro, haberi senatum fas erat.

[i] *Clivum Capitolinum*] Clivus Capitolinus collis fuit, cujus in supremo vertice Capitolium erat, ubi arx fuit, et Jovis templum.

[k] *Nefaria senatusconsulta*] Ironice loquitur: intelligit enim ea senatusconsulta, quæ de conjuratis facta sunt, quibus liberata est respub. et illi patriæ proditores pœna affecti sunt.

Digitized by Google

ordinis, qui se civem meminisset, cum senatus in hoc templo esset, in clivo Capitolino non fuit?[l] quis nomen non dedit?[m] quanquam nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt. 17. Etenim cum homines nefarii de patriæ parricidio confiterentur, (consciorum indiciis,[6] [n] sua manu, voce pæne literarum coacti) se urbem inflammare, cives trucidare, vastare Italiam, delere rempublicam consensisse; quis esset, qui ad salutem communem defendendam non excitaretur? præsertim cum senatus populusque Romanus haberet ducem,[o] qualis si qui[7] nunc esset, tibi idem, quod illis accidit,[p] contigisset. [*p.* 164.] Ad sepulturam[8] [q] corpus vitrici sui negat a me datum. Hoc vero ne P. quidem Clodius[9] dixit unquam; quem, quia jure ei fui inimicus, doleo a te jam omnibus vitiis esse superatum. 18. Qui autem[10] tibi venit in mentem, redigere[a]

[a] *Revocare.*

qui. Statim, *civem esse* Vat. Maunt. Faërn. Tum, *quis nomen suum* cod. Græv.—6 Vat. Rom. Ven. 1483. Junt. Maunt. *cum consciorum indiciis; φ consociorum judiciis;* cod. Græv. *consorciorum indiciis.* Paulo post, *delere remp. consensissent* cod. Græv. Rom. Ven. 1483. Junt.—7 Editiones vett. *qualis si quidem;* al. ap. Græv. *qualis si quis.*—8 *At sepulturam* quidam codd. ap. Græv.—9 *Hoc vero me P. Clodius* cod. Græv. Mox, *ei inimicus fui* Vat. Faërn. Lamb. Orell. *fui ei inim.* Junt. *a te omnibus vitiis jam esse* Faërn. *jam* deest in Vat. O, Orell. *eum esse* Orell.—10 *Quid autem* codd. Grævii, Lamb. Paulo post, *an reare φ. ne non putarem* cod. Græv.

NOTÆ

[l] *Capitolino non fuit*] Statim atque periculum aliquod seditionis aut tumultus oriebatur, pergebant Romani cives ad Capitolium, ut inde urbem defenderent.

[m] *Quis nomen non dedit*] Milites dabant nomina; tum eorum delectus habebatur, et deinde militiæ sacramento obstringebantur.

[n] *Consciorum indiciis*] Præter multos, Ceparius quidam, fide publica interposita, totam conjurationem patefecit: quare, vel propria confessione convicti conjuratores condemnati sunt.

[o] *Haberet ducem*] Detectam hanc conjurationem exstinxit consul Cicero, quem ducem tum cum omni senatu populus secutus est.

[p] *Quod illis accidit*] Si quis jam consul Ciceroni similis esset, Antonius eodem supplicio, quo Catilinarii conjuratores, afficeretur.

[q] *Ad sepulturam*] Objecit Antonius Ciceroni, quod sepeliendum Lentuli Suræ cadaver denegarit. Quod falsum fuisse docet Plutarchus in Antonio.

Digitized by Google

in memoriam nostram, te domi P. Lentuli [r] esse educatum? an verebare, ne non putaremus natura te potuisse tam improbum evadere, nisi accessisset etiam disciplina? VIII. Tam autem eras excors,[b 1] ut tota in oratione tecum ipse pugnares; ut non modo non cohærentia inter se diceres, sed maxime disjuncta atque contraria; ut non tanta mecum, quanta tecum tibi esset contentio? Vitricum tuum in tanto fuisse scelere [2] fatebare, pœna affectum querebare: ita, quod proprie meum est, laudasti; quod totum senatus est, reprehendisti: nam, comprehensio sontium, mea; animadversio, senatus fuit. Homo disertus non intelligit, eum, quem contra dicit, laudari a se; eos, apud quos [3] dicit, vituperari. 19. Jam illud cujus est, non dico audaciæ, (cupit enim se audacem dici [4]) sed quod minime vult, stultitiæ, qua vincit omnes, clivi Capitolini mentionem facere, cum inter subsellia nostra versentur armati? cum in hac cella Concordiæ,[s] o Dii immortales! [5] in qua, me consule, salutares sententiæ dictæ sunt, quibus ad hanc diem viximus, cum gladiis homines collocati stent? Accusa senatum: accusa [6] equestrem ordinem, qui tum cum

[b] *Stultus.*

CAP. VIII. 1 Colon. *eras exors.* Statim, *in oratione tua* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *tantum ratio* φ. *pugnares; et non m. n. cohærentia* codd. Grævii; *pugnares; nec modo non, &c.* al. alterum *non* omittunt alii. Verba, *ut non modo . . . atque contraria* desunt in φ.—2 Vat. Jenens. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell. *fuisse in tanto scelere;* codd. Grævii *fuisse in tanto scelere comprehensum.* Mox, *proprie mecum erat* cod. Græv. *proprie in eum,* omisso *est,* O. *proprium meum est* al. *quod totius* ψ et edd. vett. *senatum reprehendisti* O. *est senatus* codd. Grævii, Vat. Faërn. Manut. Lamb. Orell. *est* omittit Jenens. Paulo post, *cum comprehensio* codd. Græv. et edd. vett. *senatus fuerit, homo, &c.* edd. ante Manut.—3 Colon. *apud quod.*—4 Cod. Græv. *cupit enim se audacem dicere;* Vat. Manut. Wernsd. Orell. *cupit enim se audacem;* sed *dici* habent plurimi codd. et edd. —5 *Dii immortales,* omissa interjectione, Vat. O, Manut. Faërn. Lamb. Orell. —6 Alterum *accusa* deest in cod. Græv. Paulo post, *ab Ityræis* Vat. Schutz.

NOTÆ

[r] *Domi P. Lentuli*] Lentulus ille nobilis quidem fuit, sed omnibus flagitiis inquinatus. Vide Plutarch. in Cic.

[s] *In hac cella Concordiæ*] Templum Concordiæ in clivo Capitolino fuit: cella vero pars erat templi, ubi res divina fiebat, et ubi numinis simulacrum.

Digitized by Google

senatu copulatus fuit: accusa omnes ordines, omnes cives, dum confiteare, hunc ordinem, hoc ipso tempore, ab Ithyreis[t] circumsederi. Hæc tu non propter audaciam dicis tam impudenter, sed quia tantam rerum repugnantiam non vides.[7] Nihil profecto sapis. Quid est enim dementius, quam, cum ipse reipublicæ perniciosa arma ceperis,[8] objicere alteri salutaria! 20. At etiam quodam loco facetus esse voluisti. Quam id[9] (Dii boni!) non decebat! In quo est tua culpa nonnulla; aliquid enim salis[c] ab uxore mima[u] trahere potuisti. 'Cedant arma togæ.'[x] Quid? tum nonne cesserunt?[10] At postea tuis armis cessit toga. Quæramus igitur, utrum melius fuerit; libertati populi Romani sceleratorum arma, an libertatem nostram armis tuis cedere. Nec vero tibi de versibus respondebo:[11] tantum dicam breviter, neque illos, neque ullas te omnino literas nosse: me nec reipublicæ, nec amicis unquam defuisse, et tamen omni genere monumentorum meorum[y] perfecisse

[c] *Facetiarum.*

Orell. *ab Ituræis* Teeg. Wernsd.—7 Codd. Grævii *sed qui tantam rerum r. non videbis;* codd. aliquot, Ven. 1483. Hervag. Manut. Orell. *sed, qui tantam r. r. non videas, nihil profecto sapis.*—8 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell. *cum reip. perniciosa arma ipse ceperis;* codd. aliquot, et edd. ante Manut. *cum ipse contra remp. p. arma ceperis.*—9 *Quam id te* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. Statim, *a mima uxore* Vat. Jenens. Manut. Faërn. Orell. *salus ab uxore anima φ,* Colon.—10 *Quid tum? nonne, &c.* codd. Grævii, Vat. Manut.—11 Vat. Faërn. Wernsd. Orell. *plura respondebo;* Lamb. *respondebo plura.* Paulo post, *neque illos, neque illas te omnino* Colon. *te neque illos, neque ullas omnino* Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. Deinde, *ut tamen* Græv. *perfecissem operibus subcisivis* Colon. *perfecis-*

NOTÆ

[t] *Ithyreis*] Ithyrei ab Ithyrea, Palæstinæ Judææ regione, dicti, unde Antonius, cum ibi militaret Gabinio proconsule, multos satellites abduxit.

[u] *Uxore mima*] Antonius, nobilis licet, mimam quandam nomine Hippiam uxorem accepit, quam Volumniam appellavit.

[x] *Cedant arma togæ*] Versus a Cicerone editus de suo consulatu, in quo licet togatus conjurationem excitatam a Catilina exstinxit, et arma fregit: de quo versu multa in oratione in Pisonem dicta sunt § 73. et seqq. Locum consule.

[y] *Monumentorum meorum*] Monumentum id omne dicitur, quod memoriæ servandæ gratia existit. Quare cum ad posteritatem transmittenda essent, quæ in omni genere disciplinæ et eruditionis a Cicerone scripta sunt, recte monumentorum nomine consignantur.

Digitized by Google

operis subsecivis,[z] ut meæ vigiliæ,[d] meæque literæ, et juventuti utilitatis,[12] et nomini Romano laudis aliquid afferrent. Sed hæc non hujus temporis; ad majora veniamus.[13]

IX. 21. P. Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cum tu illum in foro, inspectante[1] populo Romano, gladio stricto insecutus es, negotiumque transegisses,[a] nisi ille se in scalas tabernæ librariæ conjecisset, hisque oppilatis[b] impetum tuum compressisset?[c] Sed quid? ego favisse[2] me tibi fateor, suasisse ne tu quidem dicis. At Miloni ne favere quidem potui: prius enim rem transegit, quam quisquam eum suspicaretur facturum esse.[3] At ego suasi. Scilicet is animus erat Milonis, ut prodesse reipublicæ sine suasore non posset. At lætatus sum. Quid ergo?[4] in tanta lætitia cunctæ civitatis me unum tristem esse oportebat? 22. Quanquam de morte P. Clodii[5] fuit quæstio[a] non satis prudenter[b] illa quidem constituta. Quid enim attinebat nova lege quæri de eo, qui hominem

[d] *Elucubrationes.* [a] *Confecisses.* [b] *Clausis.* [c] *Repressisset.*

sem etiam Græv. *operis subsecutis* Franc.—12 Jenens. *et viventium utilitati.* Mox, *laudis afferrent* Græv.—13 Ita codd. plerique, Junt. Grut. Wernsd. in ed. min. *majora videamus* codd. Grævii, Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell.

CAP. IX. 1 Ita codd. plerique; *spectante* edd. vett. Mox, *nisi se sub scalas* Colon. *nisi ille se sub scalas* φ ψ, Junt. Manut. *nisi se ille in scalas* Vat. Faërn. al. ap. Græv. Orell. Statim, *iisque oppilatis* Ven. 1483. Junt. Manut. Orell. *hisque opilatis* Colon. *hisque opitulatis* O. *hisque compilatis* φ. *hisque o. i. t. compressisset* desunt in cod. Græv. *hisque o. i. t. c. Sed q. e. f. me t. f. s. ne tu quidem* desunt in φ.—2 *Quod quidem ego favisse* Vat. codd. Grævii, Manut. Faërn. Lamb. *favi* O ψ.—3 Lamb. *id eum s. f. esse;* Vat. Manut. Faërn. Wernsd. *eum facturum id suspicaretur;* φ *suspicetur.*—4 *Quid? ergo, &c.* edd.

NOTÆ

[z] *Subsecivis*] Subseciva opera dicuntur, quæ a consuetis, et quotidianis operis detracta sunt.

[a] *Fuit quæstio*] Legem tulit Pompeius ut de cæde in Appia Via facta quæreretur. Vide Orat. pro Mil. ubi ista fuse tractantur § 14.

[b] *Non satis prudenter*] Frustra nova quæstio de Clodii cæde lata est, cum jam de morte civium lege XII Tabularum esset constituta.

Digitized by Google

occidisset, cum esset legibus quæstio constituta? quæsitum est tamen. Quod ergo,[6] cum res agebatur, nemo in me dixit; id tot annis post tu es inventus qui diceres?

23. Quod vero dicere ausus es, idque multis verbis, opera mea Pompeium a Cæsaris amicitia esse disjunctum,[7] ob eamque causam mea culpa civile bellum esse natum; in eo non tu quidem tota re,[c] sed, quod maximum est, temporibus errasti. x. [*p.* 165.] Ego M. Bibulo,[d] præstantissimo civi,[1] consule, nihil prætermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompeium a Cæsaris conjunctione avocarem: in quo Cæsar fuit felicior;[2] ipse enim Pompeium a mea familiaritate disjunxit. Postea vero, quam se totum Pompeius Cæsari tradidit;[3][e] quid ego illum ab eo distrahere conarer? stulti erat sperare; suadere impudentis. 24. Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim:[4] ea velim reprehendas, si potes: unum, ne quinquennii imperium[f] Cæ-

vett.—5 Vat. Manut. Faërn. *morte Clodii.*—6 *Quod igitur* Vat. alii codd. Manut. Orell.—7 Vat. Manut. Faërn. Orell. *dijunctum.* Mox, *culpa mea* Vat. Faërn.

Cap. x. 1 Vat. Manut. Faërn. Lamb. *cive.*—2 Vat. Manut. Faërn. Orell. *felicior fuit.* Mox, *dijunxit* in iisdem libris.—3 Schutz. de Ernestii conj. *tradiderat.*—4 Cod. ψ *suasori.* Mox, pro *prorogaret*, quod habent codd. Grævii, O φ ψ, Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *prorogaretur* Junt.

NOTÆ

c *Non tu quidem tota re*] Equidem Pompeium abducere a Cæsare Cicero conatus est, dum verebatur, ne conjunctis armis reipubl. et senatus auctoritatem convellerent; non vero cum bellum civile inter eos vidit exardere. Nam revera semper et auctor et suasor pacis fuit Cicero. Vide Orat. pro Mur. § 14.

d *M. Bibulo*] Marcus ille Bibulus consul fuit cum Cæsare, qui sibi totius consulatus potestatem arripuit, immo Bibulum collegam suum a senatu prohibuit. Tunc inita est Cæsarem, Pompeium, et Crassum inter societas; adeo ut eorum arbitrio tota respub. gubernaretur. Tunc autem temporis optabant omnes boni cives, ut Cæsar a Pompeio sejungeretur.

e *Pompeius Cæsari tradidit*] Pompeius Juliam, Cæsaris filiam, uxorem duxit; ex quo matrimonio firmata est Cæsarem inter et Pompeium amicitia.

f *Ne quinquennii imperium*] Galliam utramque cum Illyrico lege Vatinia Cæsar obtinuerat in quinquennium; quo elapso, effecit per Pompeium et Crassum iterum, ut per tot annos

Digitized by Google

sari prorogaret; alterum, ne pateretur ferri, ut absentis ejus ratio haberetur:[g] quorum si utrumvis persuasissem, in has miserias nunquam incidissemus. Atque idem ego,[5] cum jam omnes opes, et suas, et populi Romani,[h] Pompeius ad Cæsarem detulisset; seroque ea sentire cœpisset, quæ ego ante multo prævideram, inferrique patriæ bellum nefarium viderem; pacis, concordiæ, compositionis auctor esse non destiti: meaque illa vox est nota multis: 'Utinam, Cn. Pompei, cum C. Cæsare[6] societatem aut nunquam coisses,[d] aut nunquam diremisses! fuit alterum gravitatis,[i] alterum prudentiæ tuæ.' Hæc mea, M. Antoni, semper et de Pompeio,[7] et de republica consilia fuerunt; quæ si valuissent, respublica staret; tu tuis flagitiis, egestate, infamia concidisses.

XI. 25. Sed hæc vetera: illud vero recens, Cæsarem meo consilio interfectum. Jam vereor, patres conscripti, ne, quod turpissimum est, prævaricatorem[k] mihi appo-

[d] *Conjunxisses.*

Grut. Pro *ferri* Grut. habet *fieri*.—5 Ita Vat. edd. antiq. Junt. Manut. Faërn. Wernsd. Orell. *ego* omittunt Lamb. Grut. Statim, *omnes opes suas, et reipublicæ* Manut. *opes omnes et suas, et populi R.* Vat. Faërn. Wernsd. Orell. *eadem sentire* O, Junt. Manut. Grut. Tum, *multo ante* Junt. Manut. Wernsd. *quæ multo ante* Vat. Faërn. Lamb. *provideram* Colon. Vat. alii codd. ap. Græv. φ, Junt. Manut. Faërn.—6 *Utinam, Pompei cum Cæsare* Vat. Faërn. Manut. Lamb. Mox, *dirimisses* cod. Græv.—7 *Hæc mea M. A. s. et de Pomp.* desunt in ψ. Mox, *quæ si voluissent* φ.

NOTÆ

idem imperium sibi prorogaretur. Cui legi cum Cato adversaretur, a Trebonio, tribuno plebis, in vincula conjectus est.

[g] *Absentis ejus ratio haberetur*] Cum unus esset tantum consul Pompeius in republ. post mortem Clodii, egit Cæsar cum tribunis plebis, ut ad populum referrent, ut sibi, licet absenti, consulatus iterum decerneretur; quod neque Catoni, neque Ciceroni probatum est, qui Pompeium, in Epist. ad Att. provinciæ propagatorem, et absentis Cæsaris in omnibus adjutorem vocat.

[h] *Opes, et suas, et pop. Rom.*] Pompeius duas legiones ad Cæsarem in Galliam misit, ut Plutarchus refert in Pomp.

[i] *Alterum gravitatis*] Pertinuit ad gravitatem Pompeii initam societatem non dirimere; ad prudentiam, non fecisse, sed prævidisse mala ex ea secutura.

[k] *Prævaricatorem*] Prævaricator dicitur, qui, quam causam defendit, corruptus prodit.

Digitized by Google

suisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret alienis.[1] [l] Quis enim meum in istius gloriosissimi facti conscientia nomen[e] [2] audivit? cujus autem, qui in eo numero fuisset, nomen est occultatum? occultatum dico? cujus non statim divulgatum? Citius dixerim, jactasse se aliquos, ut fuisse in ista societate[3] viderentur, qui socii non fuissent, quam ut quisquam celari vellet, qui fuisset. 26. Quam verisimile porro est, in tot hominibus, partim obscuris, partim adolescentibus neminem occultantibus, meum nomen latere potuisse? Etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur[f] illis auctoribus,[4] Brutos ego impellerem,[m] quorum uterque L. Bruti imaginem quotidie videret, alter etiam Ahalæ? His igitur majoribus[5] orti ab alienis potius consilium peterent, quam a suis? et foris potius, quam domo?[n] Quid? C.

[e] *Nominari me.* [f] *Non essent.*

CAP. XI. 1 Vat. Muret. *sed etiam alienis;* edd. quædam vett. *sed etiam honoraret alienis;* Colon. *sed etiam ornaret alienis.*—2 Ita codd. Ferrarii, Grut. Wernsd. *in ista societate gl. facti nomen* Vat. Rom. Ven. 1483. Junt. Mannt. Faërn. Lamb. *in istius facti conscientia gl. nomen* Grævii codd. et Colon. *societate* ψ. Mox, alterum *occultatum* omittunt codd. Græv. Colon. φ. *se* deest in Colon.—3 Ita φ ψ, Junt. Mannt. *in ea societate* Vat. O, Faërn. Lamb. Orell. Pro *qui socii* cod. Græv. *socii qui;* O ψ *socii cum socii;* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *cum conscii;* Junt. *cum socii.* Tum, *quam quisquam celare vellet* Colon. *ut se quisquam celari vellet* Muret. *celare* Junt. Lamb. Grut. *qui fuisset* omittunt Junt. Grut. al. vett.—4 Schutz. de Ernestii conjectura delevit *illis auctoribus.*—5 *Hi igitur majoribus* O φ ψ. *Hi igitur his majoribus*, omisso *orti*, Vat. Muret. Faërn. Wernsd. Orell. Mox, *quam domi*

NOTÆ

[l] *Sed etiam oneraret alienis*] Brutus et Cassius, et ceteri qui Cæsarem interfecerunt, singulari laude digni sunt, quia perturbatorem reipub. sustulerunt; ejusdem laudis participem Antonius facere voluit Ciceronem, dum eum auctorem ejus cædis dixit.

[m] *Brutos ego impellerem*] Vult ostendere Cicero non fuisse sibi opus Brutos ad cædem Cæsaris impellere, cum domesticos haberent impulsores. Nam habebat exemplum M. Brutus illius Junii Bruti, a quo ducebat originem, qui primis imperii Romani temporibus, Tarquinios ejecerat; et Ahalæ Servilii, a quo ex materno genere oriundus erat, qui Spurium Melium, largitione frumenti regnum affectantem, in medio foro interfecit, quique ea de causa a Cincinnato dictatore summis laudibus cumulatus est.

[n] *Quam domo*] Excitabatur ad id

Cassius, in ea familia natus,[o] quæ non modo dominatum, sed ne potentiam quidem cujusquam ferre potuit, me auctorem, credo, desideravit: qui etiam sine his clarissimis viris,[p] hanc rem in Cilicia[q] ad ostium fluminis Cydni[r] confecisset, si ille[6] ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam, navi appulisset. 27. Cn. Domitium[s] non patris interitus, clarissimi viri, non avunculi mors,[t] non spoliatio dignitatis, ad recuperandam[7] libertatem, sed mea auctoritas excitavit? An C. Trebonio[u] persuasi?[8] cui ne suadere quidem ausus essem: quo etiam majorem ei respublica gratiam debet, qui libertatem populi Romani unius amicitiæ præposuit, depulsorque dominatus, quam particeps, esse maluit. An L. Tillius[9] Cimber[x] me est

ψ, Junt. Muret. *quam modo* cod. Grævii.—6 Cod. Grævii *si illum.* Mox, *ad quam* Muret. *constiterat* ψ. Tum, *navis appulisset* Vat. Faërn. Muret. Lamb. Manut. *naves appulisset* Colon. Junt. Wernsd. Orell. *navis applicuisset* edd. vett. *navi appulisset* multi codd. *navim applicuisset* al. ap. Græv. *navi* pro gloss. habebat Ernesti.—7 Cod. ψ *recipiendam;* codd. Grævii et Colon. *ad liberandam recipiendam.*—8 *An C. T. ego persuasi* Vat. φ ψ, Muret. Faërn. Wernsd. Orell. *An ego C. T. persuasi* Lamb. Mox, *ei* ante *respublica* deest in cod. Græv.—9 *Tullius* Junt. Faërn. Lamb. *in omnibus me est* O. Mox, *ad-*

NOTÆ

facinus ab ipsis suis majoribus Brutus, quorum imagines domi habebat: mos enim fuit apud Romanos ut majorum suorum imagines in atrio domus apud se asservarent.

[o] *C. Cassius in ea familia natus*] Cassius habuit in sua familia Cassium illum, qui filium interemit, quod in suspicionem regni affectandi venisset, cujus bona Cereri consecravit. Vide Halicar. lib. VIII.

[p] *His clarissimis viris*] Duos Brutos intelligit, qui cum eo Cæsarem interfecerunt in senatu.

[q] *In Cilicia*] Cum post Pharsalicam pugnam fugientem Pompeium Cæsar sequeretur, ad Hellespontum pervenit, ubi ei Cassius obviam factus, ei septuaginta triremes dedit, cum antea de interficiendo eo Cassius cogitaret.

[r] *Cydni*] Cydnus fluvius est in Cilicia, Tarsum urbem præterfluens; cujus aqua frigidissima est.

[s] *Cn. Domitium*] Cn. Domitius adolescens in ea conjuratione fuit. Ejus pater, Pompeium secutus, in acie Pharsalica occubuit.

[t] *Non avunculi mors*] Domitius ille junior avunculum habuit Catonem Uticensem, cujus sororem pater Domitius uxorem duxerat; alteram M. Bibulus.

[u] *An C. Trebonio*] Trebonius stabat a partibus Cæsaris, eique amicissimus erat.

[x] *L. Tillius Cimber*] Seneca in Epistolis ad Lucilium ait, hunc Cim-

Digitized by Google

auctorem secutus? quem ego magis fecisse illam rem sum admiratus, quam facturum putavi: admiratus sum autem ob eam causam, quod immemor beneficiorum, memor patriæ fuisset. Quid duos Servilios?[y] Cascas dicam, an Ahalas?[10] et hos auctoritate mea censes excitatos potius, quam caritate reipublicæ? Longum est persequi ceteros; idque reipublicæ præclarum, tum multo ipsis gloriosius est.[11] XII. 28. At quemadmodum me coarguerit homo acutus, recordamini. Cæsare interfecto, inquit, statim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem, [*p.* 166.] Ciceronem nominatim exclamavit, atque ei recuperatam libertatem[1] est gratulatus. Cur mihi potissimum? quod sciebam?[2] Vide ne illa causa fuerit appellandi me,[3] quod, cum rem gessisset consimilem[z] rebus iis, quas ipse gesseram, me potissimum testatus est, se æmulum mearum laudum extitisse. 29. Tu autem, omnium stultissime,[4] non intelligis, si id, quod me arguis, voluisse interfici Cæsarem, crimen sit; etiam, lætatum esse morte Cæsaris, crimen esse? Quid enim interest[5] inter suasorem facti, et probatorem? aut quid refert, utrum voluerim fieri, an gaudeam

miratus enim sum Junt. *sum* omittunt Vat. Faërn. *beneficiorum meorum, memor* Faërn.—10 *Quid d. S. nomine proprio Cassios dicam an Haalas* codd. Grævii et Amstel. *Quid d. S. Cassios d. Hahalas* Franc. *etiam hos* conj. Orell.—11 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *præclarum, fuisse tam multos, ipsis gloriosum;* Grut. *præclarum fuisse, tam multo ipsis gloriosius est;* Schutz. de Hensingeri conjectura, *præclarum, tam multos fuisse: fuisse ipsis gloriosum.* Omnes codd. et edd. ante Ernesti servant *fuisse.*

Cap. xii. 1 Codd. Grævii *reciperatam libertatem.* Actutum, *est gloriatus* ϕ.—2 Ita de Ferrarii conj. Grut. et Wernsd. *quid sciebam* codd. aliquot Grævii, *qui sciebam* ϕ ψ, et edd. vett. *quia sciebam* e P. Danielis et Grævii conj. Orell.—3 O *appellandi ad me;* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *appellandi mei.* Paulo post, *laudium extitisse* Vat. Muret.—4 Lamb. *hominum stul-*

NOTÆ

brum vinolentum et ebriosum fuisse; huicque tamen de Cæsaris dictatoris cæde tam creditam rem esse, quam Cassio, qui tota vita aquam bibit.

[y] *Duos Servilios*] P. Servilius pater consul anno urbis 674. expugnatis Isaurorum oppidis triumphavit, et Isaurici nomen retulit: ejus filius bis consul fuit.

[z] *Consimilem*] Cicero liberaverat patriam ab incendio, et a Catilinæ conjuratione; et Brutus a Cæsaris dominatu.

Digitized by Google

factum? ecquis est igitur, te excepto, et iis,[6] qui illum regnare gaudebant, qui illud aut fieri noluerit, aut factum improbarit? omnes enim in culpa: etenim omnes boni, quantum in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt: aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit; voluntas nemini. 30. Sed stuporem hominis,[a] vel dicam [7] pecudis, attendite: sic enim dixit: 'M. Brutus, quem ego honoris causa nomino, cruentum pugionem tenens, Ciceronem exclamavit: ex quo intelligi debet, eum conscium fuisse.' Ergo ego sceleratus appellor a te, quem tu suspicatum [8] aliquid suspicaris: ille, qui stillantem[A] præ se pugionem tulit, is a te honoris causa nominatur? Esto: sit in verbis tuis [9] hic stupor: quanto in rebus sententiisque major? Constitue hoc, consul,[10] [b] aliquando; Brutorum, C. Cassii, Cn. Domitii, C. Trebonii, reliquorum, quam velis esse causam: [c] edormi [B] crapulam, inquam,[11] et exhala. An faces [d] admovendæ sunt, quæ te excitent, tantæ causæ [12] indormientem? nunquamne intelligis, statuendum tibi esse, utrum illi, qui istam rem

[A] *Cruentum.* [B] *Concoque.*

tissime.—5 Codd. Grævii, φ *quid interest.*—6 Ita codd. Gruteri; *excepto te et iis* Jen. Heusing. Schutz. Wernsd. *exceptis iis* Vat. Manut. Faërn. Lamb. *te excepto qui, &c.* edd. ante Muret. Mox, *qui illud auferri noluit* cod. Grævii. *omnes ergo in culpa* Vat. φ ψ, Faërn. Lamb. Wernsd. Orell.—7 Colon. et Franc. *vel ut ita dicam;* Lamb. conj. *ne dicam.* Paulo post, *pugionem cernens* φ. Deinde, *eum in consilio fuisse* O.—8 Ita Vat. O φ ψ, Junt. Muret. Faërn. *quem suspicatum tu* Wernsd. *tu* omittunt Lamb. et al. ante Muret. Mox, *post se pugionem* cod. Græv.—9 Idem cod. et φ *sit verbis tuis.*—10 *Constitue consul* Colon.—11 'Exciditne ante v. *inquam*, alterum vel *crapulam*, vel *edormi?*' Orell.—12 Colon. *tanta causa.* Mox, *intelligis* Junt. Deinde, *homicidæne sint* O, Colon. Wernsd. *homicidæ rei sint* cod. Grævii, φ. *homicidii rei sint* ψ, Junt. Muret.

NOTÆ

[a] *Stuporem hominis*] Tam stupidus Antonius est, ut laudet Brutum, auctorem mortis Cæsaris, et Ciceronem probatorem vituperet.

[b] *Consul*] Quoniam consul erat Antonius, ad eum pertinebat de republica primus vel sententiam dicere, vel rogare alios ut dicerent.

[c] *Quam velis esse causam*] Petit ab Antonio, ut statuat bonane sit causa eorum qui interfecerunt Cæsarem, vel mala.

[d] *Faces*] Olim Romani facibus utebantur metaphorice, ut nos fustibus: perinde igitur est, ac si diceret, 'Tu diu nimium dormis; indiges baculo, vel fuste, ut exciteris.'

Digitized by Google

gesserunt, homicidæ sint, an vindices libertatis? XIII. 31. Attende enim paulisper, cogitationemque sobrii hominis punctum temporis suscipe. Ego,[1] qui sum illorum, ut ipse fateor, familiaris, ut a te arguor, socius,[b] nego quicquam esse medium:[e] confiteor eos, nisi liberatores populi Romani conservatoresque reipublicæ sint, plus quam sicarios,[f] plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse; siquidem est atrocius patriæ parentem,[g] quam suum occidere. Tu, homo sapiens et considerate, quid dicis? si parricidæ,[2] cur honoris causa a te sunt et in hoc ordine et apud populum Romanum semper appellati? Cur M. Brutus, te referente,[3] [h] legibus est solutus,[i] si ab urbe plus quam decem dies abfuisset? cur ludi Apollinares[k] incredibili M. Bruti honore celebrati? cur provinciæ Cassio et Bruto[l] datæ? cur quæstores additi?[m] cur legatorum numerus[n]

[b] *Conscius.*

Cap. XIII. 1 Ita Vat. Colon. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. *Etenim ego* O φ, Grut. Mox, *aut a te urgeor* Colon. *aut ut a te arguor* O. Deinde, *ni liberatores p. R. conservatores reip. sint* cod. Græv. *siquidem atrocius est* in eodem cod. *si quid est atrocius* ψ.—2 Vat. Mannt. *parricidas.*——3 Vat. Faërn. *referente te.* Statim, *decem dies fuisset* Lamb. Paulo post, *Bruto Cassio* Vat. *Bruto et Cassio* Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Deinde,

NOTÆ

[e] *Esse medium*] Nihil medium est parricidam inter et patriæ liberatorem.

[f] *Sicarios*] Sicarii dicuntur, qui sicam gestant.

[g] *Atrocius patriæ parentem*] Atrocius est parentem patriæ, quam proprium parentem interficere; quia se lædit tantum et patrem, qui eum; at omnes cives, qui patriæ parentem necat.

[h] *Te referente*] Dicebatur is 'referre,' qui primus sententiam rogabat.

[i] *Legibus est solutus*] Cum legibus cautum esset, ne prætor abesset plus decem dies ab urbe; Antonius de Bruto retulit in senatu, ut liceret abesse, cum rei frumentariæ præfectus esset: ideoque legum necessitate liberatus est.

[k] *Ludi Apollinares*] Illi ludi in honorem Apollinis celebrabantur, cum pestilentia Romæ grassabatur. Illos laureatus populus spectabat.

[l] *Cur provinciæ Cassio et Bruto*] Macedonia decreta jam Bruto fuerat, et Syria Cassio: sed cum Antonius Macedoniam, et Syriam Dolabella sibi assumsissent, Creta Cassio, Bithynia Bruto data est.

[m] *Quæstores additi*] Sequebantur quæstores in provinciam proconsules, ad pecunias administrandas.

[n] *Legatorum numerus*] Legati erant proconsulum vicarii, vulgoque decem

Digitized by Google

auctus? Atque hæc acta per te. Non igitur homicidæ.[4] Sequitur, ut liberatores tuo judicio sint;[5] quandoquidem tertium nihil potest esse. 32. Quid est? num conturbo te? non enim fortasse satis, quæ distinctius[6] dicuntur, intelligis. Sed tamen hæc est summa[7] conclusionis meæ: quoniam scelere a te liberati sunt, ab eodem te amplissimis præmiis dignissimi judicati sunt. Itaque jam retexo[e] orationem meam: scribam ad illos,[o] ut, si qui forte, quod a te mihi objectum est, quærent, sitne verum, ne cui negent.[8] Etenim vereor, ne aut celatum me ab ipsis, illis[9] non honestum; aut invitatum refugisse, mihi sit turpissimum. Quæ enim res unquam, (pro sancte Jupiter!)[10] non modo in hac urbe, sed in omnibus terris est gesta major? quæ gloriosior? quæ commendatior erit hominum memoriæ sempiternæ? In hujus me tu[11] consilii societatem, tanquam in equum Trojanum,[p] cum principibus includis? 33. Non recuso: ago etiam gratias, quoquo animo facis:[12]

[e] *Muto.*

numerus addictus φ ψ. *numerus est additus* codd. Grævii et edd. vett. *numerus tum additus* Franc. *auctus* deest in Colon.—4 *Non i. homicidas* Vat. Muret.—5 Vat. Muret. Faërn. Lamb. omittunt *sint.*—6 Vat. Schutz. *disjunctius;* Muret. Wernsd. Orell. *dijunctius.*—7 Vat. Faërn. Lamb. Orell. *summa est.* Mox, *ab eodem amplissimis p. dignissimos judicatos* Vat. *ab eodem amplissimis p. dignissimos judicatos* Colot. φ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *dignissimi judicandi sunt* O ψ.—8 Grævii cod. *scribam orationem ad illos, ut si cui . . . quærenti sit notum;* Colon. *ut si cui . . . quærent, sitne verum, ne negent;* edd. quædam vett. *ut si quæ forte, &c.*—9 Vat. Muret. Faërn. Wernsd. Orell. *ne aut celatum me, illis ipsis;* Lamb. *ne aut celatum me esse illis ipsis.*—10 *Quæ enim res, proh sancte Jupiter* cod. Græv. Paulo post, *erit* omittunt codd. Grævii, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell.—11 Ita Vat. O φ ψ, Muret. Faërn. Wernsd. Orell. *tu* omittunt Lamb. Grut. *In hujus me cons. societate t. in e. T. includi cum principibus non recuso* Junt. *societate* φ. *includi*

NOTÆ

assignabantur, quibus legiones et auxilia obtemperabant.

[o] *Scribam ad illos*] Hactenus negavit Cicero, se in ea fuisse conspiratione contra Cæsarem; nunc ironice ait, in ea se fuisse, et scripturum ad Brutum et Cassium, ut rem totam aperiant.

[p] *In equum Trojanum*] In equo ligneo inclusos fuisse Græcorum principes, scriptum est in fabulis, indeque erupisse ad Trojam evertendam. Vide Virgil. Æneid. II. Hinc natum est illud proverbium. Plinius l. VII. credit, equum Trojanum fuisse machinam muralem, quæ nunc aries appellatur; cujus Epeus fabricator est.

Digitized by Google

tanta enim res est, ut invidiam istam, quam tu in me vis concitare, cum laude non comparem. [p. 167.] Quid enim beatius illis, quos tu expulsos a te prædicas et relegatos? qui locus[13] est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos, quo accesserint, non affari atque appetere videatur? qui homines tam agrestes, qui se, cum eos aspexerint, non maximum cepisse vitæ fructum putent? quæ vero tam immemor posteritas, quæ tam ingratæ[14] literæ reperientur, quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur? Tu vero ascribe me talem[15] in numerum. XIV. 34. Sed unam rem vereor ne non probes. Si enim fuissem,[1] non solum regem, sed regnum etiam[q] de republica sustulissem; et, si meus stylus[d] ille fuisset, ut dicitur, mihi crede, non solum unum actum, sed totam fabulam[r] confecissem. Quanquam si interfici[2] Cæsarem voluisse, crimen est, vide, quæso, Antoni, quid tibi futurum sit, quem et Narbone[s] hoc consilium[t] cum C. Trebonio ce-

[d] *Pugio.*

ψ.—12 Cod. φ *quo animo facias.*—13 Idem codex *quis locus.* Paulo post, *quoquo accesserint* Junt. et Orell. *cum accesserint* Schutz. Wernsd. de Ernestii conjectura.—14 Cod. φ *tamen gratæ.*—15 Colon. *ascribe talem.*

CAP. XIV. 1 *Si enim adfuissem* Muret. Mox, *fuisset ille* cod. Græv. *fabulam confecisse* φ.—2 Colon. *interfeci.* Statim, *quid enim futurum sit* in eodem

NOTÆ

[q] *Non solum regem, sed regnum etiam*] Ait Cicero, si in illa fuisset conspiratione, non solum Cæsarem, sed Antonium etiam interfecturum fuisse: et id videtur innuere Epist. I. ad Cass. et Epist. ad Att. XIV. 8. 10. et 16.

[r] *Non solum unum actum, sed totam fabulam*] Respicit ad tragœdias, quæ vulgo quinque actibus perficiuntur: quare ait, si illius tragœdiæ scriptor fuisset, non eam imperfectam relicturum fuisse, sed eam ad ultimum usque actum completurum: completa autem fuisset fabula interfecto Antonio.

[s] *Narbone*] Narbo, qui Marcius dictus est, Galliæ civitas antiquissima, a qua nomen provinciæ.

[t] *Hoc consilium*] Cum inter se conjurati de interficiendo Cæsare deliberarent, inter illos actum est, an Antonium ad rem perficiendam invitarent: at contradixit Trebonius, causatus se Antonii mentem exploratam habere, quem jam ad id excitarat, cum Cæsar ex Hispania reverteretur; at Antonium recusasse, nec tamen indicasse Cæsari, sed fideliter tacuisse: quare iterum ab eis deliberatum est, an cum Cæsare Antonium occiderent: sed id prohibuit

Digitized by Google

pisse notissimum est, et ob ejus consilii societatem, cum interficeretur Cæsar, tum te a Trebonio vidimus sevocari.[u] Ego autem, (vide [3] quam tecum agam non inimice) quod bene cogitasti aliquando, laudo: quod non indicasti, gratias ago: quod non fecisti, ignosco. Virum res illa [4] quærebat.[x] 35. Quodsi te in judicium quis adducat, usurpetque illud Cassianum,[5] 'Cui bono fuerit;'[y] vide, quæso, ne hæreas.[*] Quanquam illud quidem [6] fuit, ut tu dicebas, omnibus bono, qui servire nolebant; tibi tamen præcipue, qui non modo non servis, sed etiam regnas: qui maximo te ære alieno ad ædem Opis[z] liberasti: [7] qui per easdem tabulas[a] innumerabilem pecuniam dissipasti: ad quem e domo Cæsaris [b] tam multa delata sunt: cujus domus quæstuosissima est falsorum commentariorum [c] et chiro-

[*] *Vincaris.*

cod. Deinde, *cum tribuno . . . tum te a tribuno videmus* φ.—3 *Ego autem video* φ. Mox, *quod indicasti* Vat.—4 *Verum res illa* Colon.—5 Idem cod. *illud Cassii nomen.*—6 *Quanquam quidem illud* al. ap. Græv. Mox, *qui uni servire* Junt. Lamb. 1566. *qui inservire* φ ψ, et cod. Græv. Deinde, *qui modo non servis* al. ap. Græv.—7 Muret. *liberavisti.* Statim, *pecuniam dissipavisti* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *cujus domi* Vat. Orell. *est quæstuosissima* Lamb.

NOTÆ

Brutus; censuit enim rem, quæ pro legibus et libertate susciperetur, carere omni invidia debere.

[u] *Sevocari*] Sevocant qui consilia privata et secreta communicant. Cum actum esset a conjuratis de interficiendo Cæsare, Trebonio datum est negotium, ut eo ingresso in senatum, Antonium extra moraretur, sevocaretque; verebantur enim in Antonio potestatem consularem.

[x] *Virum res illa quærebat*] Ad id facinus audendum opus erat viro forti et probo, qualis non est Antonius, qui unice sibi studet, neglecta repub.

[y] *Cui bono fuerit*] De illo Cassiano dictum est in Orat. pro Milone, § 32.

[z] *Ad ædem Opis*] De ea æde seu templo in superiori Orat. dictum est, ubi fuit ærarium populi Romani, quod prædatus est Antonius.

[a] *Per easdem tabulas*] Aut intelligit tabulas Cæsaris, in quibus ejus acta continebantur; vel tabulas eorundem creditorum: nam soluta pecunia veteri debita, priores tabulas cum iisdem creditoribus Antonius renovavit, rursus mutuatus ab eisdem pecunias, quas dissiparet.

[b] *Ad quem e domo Cæsaris*] Mortuo Cæsare, omnes ejus amici ad Antonium confugerunt, ad quem et Calpurnia, Cæsaris uxor, relictam ab eo pecuniam detulit.

[c] *Falsorum commentariorum*] Antonius adulteravit Cæsaris commentarios, quos ad arbitrium suum protulit.

Digitized by Google

graphorum officina: agrorum, oppidorum, immunitatum,[8] vectigalium flagitiosissimæ nundinæ. 36. Etenim quæ res egestati et æri alieno tuo, præter mortem Cæsaris, subvenire potuisset? Nescio quid conturbatus mihi esse videris.[9] Numquid subtimes, ne ad te hoc crimen[f] pertinere videatur? Libero[10] te metu: nemo credet unquam: non est tuum de republica bene mereri: habet istius pulcherrimi facti clarissimos viros[d] respublica auctores: ego te tantum gaudere[e] dico;[11] fecisse non arguo. Respondi maximis criminibus: nunc etiam reliquis respondendum est.

XV. 37. Castra mihi Pompeii,[f] atque illud omne[1] tempus objecisti: quo quidem tempore si, ut dixi, meum consilium, auctoritasque valuisset, tu hodie egeres, nos liberi essemus;[g] respublica non tot duces[h] et exercitus amisisset. Fateor enim, me, cum ea, quæ acciderunt, providerem futura, tanta in mœstitia fuisse, quanta ceteri optimi cives, si idem providissent,[2] fuissent. Dolebam, dolebam,[3] patres

[f] *Accusatio.*

—8 Codd. Græv. φ ψ *immunitatis;* Vat. Muret. Faërn. *immunitatium.*—9 Codd. Ferrarii *esse mihi videris;* Vat. φ ψ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. omittunt *mihi;* al. ap. Græv. *mihi conturbatus videris esse.*—10 *Liberabo* ψ et al. ap. Græv.—11 Ita Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *ego te dico tantum gaudere* Junt. Muret. *ego tantum gaudere te dico* Colon.

CAP. XV. 1 Junt. Muret. *omne illud.*—2 Lamb. conj. *præviderem . . . prævidissent.*—3 O φ, et codd. Græv. omittunt alterum *dolebam.* Statim, *conservatam consiliis* Jen. Wernsd. *quondam vestris meisque consiliis conservatam* Muret. Tum, *nec vero eram tam* φ, Vat. Wernsd. Orell. *nec vero tam* cod. Græv.

NOTÆ

[d] *Clarissimos viros*] Brutum, Cassium, et alios conjurationis in Cæsarem auctores.

[e] *Tantum gaudere*] Erat cur gauderet Antonius de morte Cæsaris, quia maximos ex ea fructus et utilitates perceperat. Hinc exhausit ærarium, adulteratis commentariis, dedit provincias quibus voluit, &c.

[f] *Castra Pompeii*] Objecit Ciceroni Antonius, quod Pompeium secutus, omnia in castris perturbasset; quod refutat.

[g] *Nos liberi essemus*] Cum in castra Pompeii venisset Cicero, ibique omnia perturbate agerentur, suasit pacem, qua composita, pristina reipublicæ libertas restitueretur.

[h] *Tot duces*] In illo civili bello præstantissimi viri perierunt; Pompeius scilicet, Cato, Petreius, et Afranius.

Digitized by Google

conscripti, rempublicam vestris quondam meisque consiliis conservatam, brevi tempore esse perituram: neque vero eram tam indoctus ignarusque rerum, ut frangerer animo propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus, dimissa, molestiis omnibus liberaret:[4] illos ego præstantissimos viros,[i] lumina reipublicæ, vivere volebam, tot consulares, tot prætorios, tot honestissimos senatores, omnem præterea florem nobilitatis ac juventutis, tum optimorum civium exercitus: qui si viverent, quamvis iniqua conditione pacis,[k] (mihi enim omnis pax cum civibus bello civili utilior videbatur) rempublicam hodie teneremus.[5] 38. Quæ sententia[6] si valuisset, ac non ii maxime[l] mihi, quorum ego vitæ consulebam, spe victoriæ elati, obstitissent; ut alia omittam, tu certe nunquam in hoc ordine, vel potius in hac urbe mansisses. At vero Cn. Pompeii[m] voluntatem a me abalienabat[7] oratio mea. An ille quenquam plus dilexit? cum ullo aut sermones, aut consilia contulit[a] sæpius? quod quidem erat magnum, [p. 168.] de summa re[b] dissentientes,[8] in eadem consuetudine ami-

[a] *Communicavit.* [b] *Pace.*

—4 Colon. *liberavisset*; Junt. Grut. *liberasset*. Statim, *ego* deest in φ. *vivere solebam* in eodem cod. *videre solebam* Muret. Verba, *tot prætorios, t. h. s. o. p. f. n. ac juventutis*, desunt in Colon. *nobilitatis atque juventutis* habent codd. Grævii. Deinde, *qui si viveret* Colon.—5 Idem cod. *tenemus*.—6 *Quæ sententia mea* φ. Mox, *mihi* omittunt φ, Junt. Muret. Paulo post, *certe* deest in φ ψ, et cod. Græv. Deinde, *vel potius nunquam* Vat. aliique codd. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Orell.—7 Ita Junt. Muret. Wernsd. *alienabat* Vat. Faërn. Lamb. Orell.—8 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. *de summa re-*

NOTÆ

[i] *Præstantissimos viros*] De illis loquitur, qui in acie Pharsalica perierunt.

[k] *Iniqua conditione pacis*] Optandum fuisset potius ad Cæsarem rediisse, quam tot viros egregios perdidisse.

[l] *Ac non ii maxime*] Pompeius et Cicero censebant bellum illud esse producendum; at obsistebant senatores, et equites fere universi, a quibus vel invitus Pompeius ad pugnam impulsus est; certissimam enim sibi victoriam promittebant.

[m] *At vero Cn. Pompeii*] Objecerat Antonius Ciceroni, Pompeium in castris ab eo alieno fuisse animo; quod ne jocis quidem in exercitu abstinu-

Digitized by Google

citiæ permanere. Sed et ego,[9] quid ille,[n] et contra ille, quid ego sentirem et spectarem, videbat. Ego incolumitati[10] civium primum, et postea dignitati; ille præsenti dignitati potius consulebat: quod autem habebat uterque quod sequeretur, idcirco tolerabilior erat nostra dissensio. 39. Quid vero ille singularis[o] vir,[11] ac pæne divinus, de me senserit, sciunt, qui eum Pharsalica fuga Paphum prosecuti sunt: nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii, cum me vidisse plus fateretur, se speravisse meliora. Et ejus viri nomine me insectari audes, cujus me amicum, te sectorem[p] esse fateare?[12] XVI. Sed omittatur bellum illud, in quo tu nimium felix fuisti. Ne jocis quidem[q] respondebo, quibus

publica dissentientes; cod. Græv. *de summa re desidentes;* φ *re dissidentes,* omissis *de summa;* al. ap. Græv. *residentes.*—9 *Sed ego* cod. Græv. φ. *Sed et* omittunt Vat. Faërn. Mox, *et sentirem* Lamb. *sentirem perspicue verum. Ego, &c.* codd. Grævii.—10 *Ego incolumitatem* Colon. Statim, *ille præsentiæ potius consulebat* cod. Græv. *ille præsenti potius dign. cons.* Colon. *ille p. d. plus cons.* Vat. Muret. Faërn. Wernsd. Orell. *dignitati possemus* O φ. *dignitati* deest in pluribus codd. et in Junt.—11 Ita Vat. O φ ψ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *consularis vir* codd. Græv. edd. vett. et Grut. *clarissimus vir* Manut. Mox *de Ph. fuga* Vat. φ, Muret. Faërn. Lamb. Orell. *persecuti sunt* Vat. φ, codd. Græv. Jenens. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *secuti sunt* Colon. *ab eo de me mentio n. h. n. p. amantissimi* Jenens. Tum, *cum me vidisset* φ. *cum vidisse* cod. Græv. *se sperasse* Muret.—12 Vat. *esse fatere.*

NOTÆ

isset: at Cicero Antonii calumniam diluit.

[n] *Sed et ego, quid ille*] Pompeius nullam pacem volebat cum Cæsare: eam vero Cicero suadebat. Pompeius suam unice dignitatem spectabat, quam armis tueri volebat, vel cum periculo reipub. Cicero incolumitatem et dignitatem sine periculo.

[o] *Singularis* [*consularis*] Pompeius Paphum fugit post Pharsalicam pugnam, oppidum Cypri, quod Agapenor condidit.

[p] *Te sectorem*] Sector est æstimator ac redemtor bonorum damnati atque proscripti, qui spem sectans lucri sui, id est, secutus spem æstimationis suæ, bona omnia auctione vendit, et semel infert pecuniam vel ærario, vel sociis. Ita Pedianus. Cicero autem acerbe Antonium sectorem Pompeii appellat, quia sub hasta ea redemerat, cum nemo alius sat impudens repertus sit, qui ad illud facinus accederet.

[q] *Ne jocis quidem*] Hilari quidem fuit animo Cicero, sed mordaci. Itaque cum ei Pompeius objiceret, 'Sero venis, Cicero,' 'Non sero,' inquit ille, 'nihil enim video paratum.' Item cum ei dixisset Pompeius in sua manu esse victoriam, respondit, 'si tibi negotium esset cum mulieribus.'

Digitized by Google

me in castris usum esse dixisti. Erant illa quidem[1] castra plena curæ: verumtamen homines, quamvis in turbidis[c] rebus sint, tamen, si modo homines sunt, interdum animis relaxantur. 40. Quod autem idem mœstitiam meam reprehendit, idem jocum;[2] magno argumento est, me in utroque fuisse moderatum.

Hæreditates[3] mihi negasti venire.[r] Utinam[s] hoc tuum verum crimen[d] esset! plures amici mei et necessarii viverent. Sed qui[4] istuc tibi venit in mentem? ego enim amplius H-S[t] ducenties acceptum hæreditatibus[u] retuli. Quanquam in hoc genere[x] fateor feliciorem esse te: me nemo, nisi amicus, fecit hæredem, ut cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor jungeretur: te is, quem tu vidisti nunquam,[5] L. Rubrius Cassinas,[y] fecit hæredem.

[c] *Tristibus.* [d] *Maledictum.*

Cap. xvi. 1 *Erant quidem illa* Vat. Colon. edd. ante Muret. Orell.—2 Ita Vat. *eundem locum* cod. Græv. φ. *eundem jocum* al. ap. Græv. *et idem jocum* al. ibid. *idemque jocum* Colon. *idem joco* Ven. 1483. *idem jocos* Muret. Statim, *magno a. est simul in utroque* codd. Grævii; *m. a. est, et simul, &c.* al. ap. Græv. *m. a. sit* al. ibid.—3 *Hæreditatem* O φ ψ. Mox, *obvenisse* cod. Hnydecop. *venisse* conj. Schutz.—4 *Sed quid* cod. Græv. Mox, *amplius ducentis* ψ. *amplius ducenties* Wernsd. *amplius* deest in φ.—5 Ita Vat. O φ ψ, Manut. Wernsd. Orell. *quem vidisti nunquam* Faërn. Lamb. 1566. *quem nun-*

NOTÆ

Et cum post Pharsalicam pugnam Nonnius quidam retulisset, adhuc aquilas septem, quæ sunt Romanorum signa, superesse, et ob id bono essent animo; 'Recte,' inquit, 'admones, si adversus graculos pugnaremus.'

[r] *Hæreditates mihi negasti venire*] Aliud maledictum sibi objectum ab Antonio de hæreditatibus refellit; turpe enim fuit apud Romanos nullam habere hæreditatem in testamento amicorum.

[s] *Utinam*] Optat Cicero, ut nulla sibi hæreditas obvenisset, quia ejus viverent amici.

[t] *H-S*] Id est, sestertia ducenta. De sestertiis dictum est Orat. pro Rosc. Comœdo, § 4. Id est, quinquies centena millia nummorum.

[u] *Acceptum hæreditatibus*] Id est, ex hæreditatibus accepi. 'Expensum ferre,' et 'acceptum referre,' usitata locutio est apud Latinos. Expensa ferimus, quæ damus aliis; accepta referimus, quæ ab aliis accipimus. Hinc antiqui codicem accepti et expensi vocant, in quo accepta et expensa perscribuntur.

[x] *Quanquam in hoc genere*] Ostendit Cicero, amicitiam suam sibi hæreditates comparasse; Antonium autem in aliarum hæreditates involasse.

[y] *Rubrius Cassinas*] Cassinum Campaniæ oppidum est, ubi Latina Via

Digitized by Google

41. Et quidem vide, quam te amarit is, qui, albus aterve [5] fueris,[6] ignorans, fratris filium præteriit! [a] Q. Furii, honestissimi equitis Romani, suique amicissimi, quem palam hæredem semper factitarat, ne nomen quidem perscripsit; te, quem nunquam viderat,[b] ac nunquam salutaverat, fecit hæredem. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius [7] qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu: nihil scio, inquies, nisi quæ prædia habuerit.[c] Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. In multas præterea pecunias alienissimorum hominum, ejectis [8] veris hæredibus, tanquam hæres esset, invasit. 42. Quanquam hoc maxime admiratus sum,[9] mentionem te hæreditatum ausum esse facere, cum ipse hæreditatem patris non adisses.[d]

XVII. Hæc ut colligeres, homo amentissime,[1] tot dies

quam vidisti Junt. Actutum, *L. Rubrius Casinas* codd. Grævii, Vat. Colot. Muret. Orell. *L. R. Cassina* φ.—6 Jenens. Muret. Faërn. Lamb. Hervag. Wernsd. *aterne fueris;* Vat. Rom. Ven. 1483. *aterne fuerit.* Garat. conj. *qui albus aterne fueris, ignoras. Fratris, &c.* probante Censore Lips. 1822. No. LVI. Statim, *præteriit, Q. Fufii* Orell. *Q. Fufii* etiam φ, Faërn. Muret. Lamb. Manut. *Q. Fusii* al. ap. Græv. *Q. Futii* O ψ. *Romani* omittit Colon. *suique amantissimi* Jenens. Heusing. Wernsdorf. Orell. *sibique amicissimi* cod. Ursin. et al. ap. Græv. Pro *ne nomen quidem perscripsit,* Vat. Græv. Wernsd. Orell. *ne nominat quidem;* hic tamen in uncis; *ne meminit quidem* Faërn. Manut. Lamb. *ne nomen quidem qui scripsit* Colon. *ne nominavit quidem* Lambinus. Hæc verba delevit Heusinger. Actutum, *te* omittunt codd. Grævii, O φ ψ, Junt. Lambin. *aut certe nunquam* Vat. Manut. Faërn. Wernsd. Orell. *aut* omittunt Lamb. Schutz. *ac ne unquam* codd. Græv. Colon. edd. vett.—7 *L. Turserius* codd. Græv. et edd. quædam vett. *L. Tursentius* φ. *L. Tursetius* ψ.—8 Manut. et al. ap. Græv. *vi ejectis;* Colon. *in ejectis.* Mox, *hæres esses invasisti* Schutz. de Heumanni conj.—9 Lamb. conj. *demiratus sum.*

CAP. XVII. 1 Grævii codd. et φ ψ *homo amantissime.* Statim, *in altera*

NOTÆ

cum Appia jungitur.

[z] *Albus aterve*] Proverbialis locutio de homine, qui negligitur.

[a] *Fratris filium præteriit*] Id est, eum hæredem non instituit, cum ab eo nominari debuisset.

[b] *Quem nunquam viderat*] Cum non sit probabile ab eo Antonium fuisse nominatum hæredem, quem nunquam viderat, probabilius certe est, defuncti hominis bona invasisse.

[c] *Nisi quæ prædia habuerit*] Illius Turselii se quoque falso hæredem scripsit Antonius, quem non tam novit, quam quæ prædia illius sibi vindicavit.

[d] *Hæreditatem patris non adisses*] Non adiit Antonius patris hæreditatem, quia nullam ei reliquit; nam bona dilapidaverat.

Digitized by Google

in aliena villa[e] declamasti? quanquam tu quidem (ut tui familiarissimi dictitant) vini exhalandi,[f] non ingenii acuendi causa declamitas. Et vero[2] adhibes joci causa magistrum,[g] suffragio tuo et compotorum tuorum, rhetorem;[h] cui concessisti, ut in te, quæ vellet, diceret. Salsum[e 3] omnino hominem! sed materia facilis, in te et in tuos dicta dicere.[f] Vide autem, quid inter te[4] et avum[i] tuum intersit. Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset; tu cursim[g] dicis aliena. 43. At quanta merces rhetori data est?[5] Audite, audite, patres conscripti, et cognoscite reipublicæ vulnera: duo millia jugerum[6 k] campi Leontini[l] Sex. Clodio rhetori assignasti, et quidem immunia,[m] ut

[e] *Facetum.* [f] *Jocari et mordere te et tuos.* [g] *Temere.*

villa al. ap. Græv. *ut tui f. dictant φ. acuendi ingenii* codd. Grævii. Pro *declamitas*, quod servant Jenens. Junt. Wernsd. Orell. *declamas* exhibent Vat. O φ ψ. Muret. Faërn. Lamb.—2 *At vero* Vat. Colon. Ven. 1483. Junt. Muret. *Tu vero* cod. Græv. *Tum vero* al. ap. Græv. *loci causa* cod. Græv. φ. Mox, *ut in te, quæ vellet, diceret, salsum* Orell. *ut non in re quæ vellet diceret, sed in quem vellet diceret. Salsum* edd. quædam vett.—3 *Falsum* codd. Græv. Colon. φ. Mox, *facilis est* Vat. O, Muret. Faërn. Lamb. *in tuos dicta dicenti* Schutz. de Ernesti conjectura.—4 *Vide inter te* cod. Græv. *Vide autem* desunt in O φ. *inter te et avum tuum quid intersit* Ven. 1483. Junt. Lamb. 1566. 1584. Grut. *quid intersit inter te et avum tuum. Ille, &c.* Vat. Muret. Faërn. *interest* φ. *inter te avum quid intersit* edd. vett.—5 Jenens. Schutz. Wernsd. *data est rhetori.*—6 Codd. Grævii, φ ψ *jugera.* Mox, *ut populi Romani tanta*

NOTÆ

[e] *In aliena villa*] Ridet Antonium, qui, ut hæc maledicta in Ciceronem conjiceret, se per septemdecim dies in Tiburtino Scipionis recepit, ut ad illam se declamationem exerceret.

[f] *Vini exhalandi*] In contemtum adducit Antonium, dicendo non se tam declamationis, quam crapulæ causa recepisse.

[g] *Magistrum*] Assumsit sibi magistrum declamandi Sextum Clodium.

[h] *Rhetorem*] 'Rhetor' vocabulum quidem Græcum est, et idem quod 'sophista,' qui dat præcepta rhetorica; eo vero tanquam Latino Romani usi sunt. 'Orator' vero diversus est a 'rhetore,' quod 'orator' nomen honoris fuit, utpote qui palam diceret; 'rhetor' vero, qui privatim suos exerceret.

[i] *Et avum*] Avus Antonii fuit celeberrimus ille orator M. Antonius, de quo in lib. de Oratore.

[k] *Duo millia jugerum*] Jugerum mensura agrestis fuit, quæ in longitudinem pedum 240. in latitudinem 120. extenditur. Vulgo dicimus arvipendium.

[l] *Campi Leontini*] Leontium urbs est Siciliæ Septemtrionalis, agris feracissima.

[m] *Immunia*] Illa jugera nullum vectigal pendere voluit Antonius, con-

Digitized by Google

pro tanta mercede nihil sapere disceres. Num etiam hoc, homo audacissime, ex Cæsaris commentariis?[n] Sed dicam alio loco et de Leontino[7] agro et de Campano;[o] quos iste agros, ereptos reipublicæ, turpissimis possessoribus inquinavit. Jam enim, quoniam criminibus ejus satis respondi, de ipso emendatore[8] et correctore nostro quædam dicenda sunt: nec enim omnia effundam; ut, si [p. 169.] sæpius decertandum sit, ut erit, semper novus veniam: quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum peccatorumque largitur.

XVIII. 44. Visne igitur[1] te inspiciamus a puero? sic opinor: a principio ordiamur. Tenesne memoria,[2] prætextatum[a] te decoxisse?[b] Patris,[c] inquies, ista culpa est.[3] Concedo: etenim est pietatis plena defensio.[4][d] Illud tamen audaciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim ordinibus,[5] cum esset lege Roscia[e] decoctoribus certus locus constitutus, quamvis quis fortunæ vitio, non suo decoxisset.

mercede Vat. Muret. Wernsd. Orell.—7 Ita Vat. Faërn. Wernsd. *loco de L.* Junt. Manut. Lamb.—8 Cod. Græv. *de ipso enim datore.* Actutum, *et correptore* ψ.

Cap. xviii. 1 *Vis igitur* φ. Statim, *sic, opinor, a principio* Junt. Heusinger.—2 *Tenes memoria* Faërn.—3 Cod. Græv. *inquies, culpa est.*—4 Idem cod. *pietatis plena est defensio;* φ *defendo.*—5 Ita Vat. *ordinibus* omittunt Fa-

NOTÆ

tra leges Siculorum, quorum agri decumam pendebant.

[n] *Ex Cæsaris commentariis*] Carpit Antonium, qui dicet haud dubie ex commentariis relictis a Cæsare huic Clodio hæc assignata fuisse jugera.

[o] *De Campano*] Campanus ager publicus erat, quem Antonius largitus est.

[a] *Prætextatum*] Per prætextam ætas designabatur. Nam veste prætexta utebantur pueri ab anno septimo ad decimum sextum. Prætexta autem dicta est, quod limbo purpureo circumduceretur, etsi alterius esset coloris: eadem veste utebantur Romani nobiles.

[b] *Decoxisse*] Decoquere dicuntur, qui diminuto patrimonio fluxa fide creditores fallunt, et circumscribunt.

[c] *Patris*] Pater Antonii fuit ille M. Antonius Creticus, qui bona omnia abligurivit.

[d] *Pietatis plena defensio*] Ironia.

[e] *Lege Roscia*] Tulit L. Roscius Otho tribunus plebis, L. Metello et Q. Marcio coss. anno urbis conditæ 682. ut in theatro equitibus Rom. qui revera censum equestrem haberent, quatuordecim gradus spectandi gratia assignarentur, exceptis iis qui suo fortunæ vitio decoxissent.

Digitized by Google

Sumsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam[f] reddidisti:[6] primo vulgare scortum:[g] certa flagitii merces, nec ea parva: sed cito Curio intervenit, qui te a meretricio quæstu[h] abduxit; et, tanquam stolam dedisset, in matrimonio stabili et certo locavit. 45. Nemo unquam puer, emtus libidinis causa, tam fuit in domini potestate, quam tu in Curionis. Quoties te pater ejus domo[7] sua ejecit? quoties custodes posuit, ne limen intrares? cum tu tamen, nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere: quæ flagitia domus illa diutius ferre non potuit.[8] Scisne, me de rebus mihi notissimis dicere? Recordare tempus illud,[9] cum pater Curio mœrens jacebat in lecto: filius, se ad pedes meos prosternens, lacrymans, te mihi commendabat; orabat, ut te contra[a] suum patrem, si sestertium sexagies[i] peteret, defenderem: tantum enim se pro te intercessisse.[b] Ipse[k] autem, amore ardens, confirmabat, quod desiderium tui discidii ferre non posset, se

[a] *Apud.* [b] *Spopondisse.*

ërn. Lamb. Mox, *constitutus* omittit Faërn.—6 Vat. O φ ψ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *S. virilem, quam s. m. togam reddidisti;* Schutz. *S. v. togam, q. s. m. togam red.* Mox, *sic cito* codd. Grævii, φ.—7 Vat. Muret. Faërn. Orell. *domu.* Mox, *cum tamen tu* Teeg. Guelf. Junt. Hervag. Faërn. Lamb. *dimitterere* Vat. Muret. Faërn. Lamb. *dimittere* ψ. *demisisti te* φ. *demitterere* emend. Ferrar.—8 Codd. Grævii, *quo flagitio d. i. d. stare non potuit;* φ etiam *quo flagitio;* al. ap. Græv. *stare non potuit.*—9 Cod. φ omittit *illud.* Statim, *pater cura merens* cod. Græv. *te mihi commendat* φ. *ut se contra* Muret. et al. ap. Græv. *defenderet* φ. *tantum enim pro* codd. multi, Junt. *tantum enim intercessionis pro te dicebat* cod. Græv. *intercessisse dicebat* Vat. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Deinde, *tui dissidii* edd. ante Muret. qui e Vat.

NOTÆ

[f] *Muliebrem stolam*] Stola fuit vestis mulierum ad pedes usque dimissa. Mordet hic Antonium quasi impudicum, et libidinibus infamem hominem.

[g] *Vulgare scortum*] Subauditur 'fuit;' nam primam adolescentiam omnibus pro certa mercede prostituit Antonius.

[h] *A meretricio quæstu*] Curio noluit Antonium prostitutum omnium fuisse libidini, quare eum sibi proprium voluit esse.

[i] *Sestertium sexagies*] Id est, sexagies centena, quæ efficiunt apud nos sexaginta librarum millia.

[k] *Ipse*] Curio filius.

Digitized by Google

in exilium esse iturum.[10] 46. Quo ego tempore[11] tanta mala florentissimæ familiæ sedavi, vel potius sustuli: patri persuasi, ut æs alienum filii dissolveret: redimeret adolescentem, summa spe et animi et ingenii præditum, rei familiaris facultatibus: eumque a tua non modo familiaritate,[12] sed etiam congressione, patrio jure et potestate prohiberet. Hæc tu cum per me acta meminisses, nisi illis, quos videmus, gladiis[c][13] confideres, maledictis me provocare ausus esses? XIX. 47. Sed jam stupra et flagitia omittam:[1] sunt quædam, quæ honeste non possum dicere: tu autem eo liberior, quod ea in te admisisti, quæ a verecundo inimico audire non posses. Sed reliquum vitæ[2] cursum videte: quem quidem celeriter perstringam. Ad hæc enim, quæ in civili bello, in maximis reipublicæ miseriis fecit, et ad ea, quæ quotidie facit, festinat animus: quæ peto, ut, quanquam multo notiora vobis, quam mihi sunt, tamen, ut facitis, attente audiatis: debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio solum rerum,[3] sed etiam recordatio: tametsi incidamus[d] oportet media, ne nimis sero ad extrema veniamus.

48. Intimus erat in tribunatu Clodio,[1] qui sua erga me

[c] *Armatis.* [d] *Prætereamus.*

dedit *discidii;* Colon. *discindi.*—10 Ita O φ ψ, Junt. Lamb. Grut. *esse* omittunt codd. Grævii, Vat. Muret. Faërn. Wernsd. Orell.—11 *Quo ergo tempore* Græv. *Quo tempore ego* Vat. Muret. al. ap. Græv. Orell. *quanta mala* Vat. Muret. Wernsd. in ed. maj. Orell. *Quo quanta tempore ego mala* Wernsd. in ed. min. Mox, *non sedavi, sed potius* duo codd. Grævii; *sed potius* etiam O. *patrique* in eodem cod.—12 Vat. Muret. *eumque non modo tua familiaritate,* probante Garat.—13 Colon. omittit *gladiis.*

CAP. XIX. 1 Vat. Colon. Muret. Faërn. Wernsd. Orell. *omittamus.* Mox, *amisisti quæ a verecundante* φ. *amisisti* etiam codd. Græv. et Colon.—2 Jenens. Teeg. φ ψ, codd. Grævii, edd. ante Muret. omittunt *vitæ*, quod tamen extat in Vat. O, et edd. recentt. Paulo post, *et ea, quæ* Lamb. Grut. *festinat* deest in φ.—3 Cod. Græv. *animos incognitos non solum rerum vocabulum;* φ *incognitis.* Actutum, *verum etiam* al. ap. Græv. *etsi incidamus* codd. Græ-

NOTÆ

[1] *Intimus erat in tribunatu Clodio*] Antonius se addixit Clodio tribuno plebis, sed cum videret multos ei esse inimicos, ab eo discessit, et in Græciam navigavit.

Digitized by Google

beneficia commemorat;[m] ejus omnium incendiorum fax:[n] cujus etiam domi[o] quiddam jam tum[4] molitus est: quid dicam, ipse optime intelligit. Iter[e] inde[5] Alexandriam[p] contra senatus auctoritatem, contra religiones:[q] sed habebat ducem Gabinium, quicum[f] quidvis rectissime facere posset. Qui tum inde reditus,[r] aut qualis? prius in ultimam Galliam ex Ægypto, quam domum. Quæ autem erat domus?[s] suam enim quisque domum tum obtinebat,[6] neque erat usquam tua:[t] domum dico? quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres, præter unum Misenum,[7][u] quod cum sociis,

[e] *Ivit.* [f] *Quocum.*

vii, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Pro *oportet* al. habent *opinor.*—4 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *domi jam tum quiddam.*—5 *Inde iter* codd. Grævii, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *Inde itum* O ψ, alii codd. Junt. Grut. *Alexandream* Vat. *Alexandriam direxit* cod. Græv. *contra remp. contra senatus auct. et religiones* Vat. Faërn. Muret. Lamb. *contra sen. auct. contra remp. et religiones* Orell. *religionem* φ ψ, Grut.—6 Ita Junt. Muret. Lamb. Wernsd. in ed. min. Orell. *obtinebant* Vat. Faërn. Wernsd. in ed. maj. Actutum, *nec erat* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Mox, *usquam sua* φ.—7 Cod. Græv. *miserium;* φ *miserum.*

NOTÆ

[m] *Qui sua erga me beneficia commemorat*] Antonius sua in Ciceronem beneficia prædicare non debuit, siquidem Clodio, infensissimo ejus inimico, se adjunxit.

[n] *Ejus omnium incendiorum fax*] Antonius fax fuit incendiorum, quæ Clodius excitavit. Per translationem intelligit turbas et seditiones, ad quas Clodium Antonius impulit.

[o] *Cujus etiam domi*] Antonius Fulviæ Clodii uxoris pudicitiam tentavit, cui, mortuo Clodio, nupsit.

[p] *Alexandriam*] Commemorat ea, quæ facta sunt pro Ptolemæo Ægypti rege, qui ab Alexandris ejectus Romam venit, ubi a Pompeio exceptus est, a quo reduci in regnum vehementissime cupiebat; sed res demandata fuit Gabinio, quam suadente Antonio contra senatus auctoritatem suscepit.

[q] *Contra religiones*] Antonius id persuasit Gabinio contra religionem, quia Sibyllinis oraculis scriptum erat, ne rex Ægyptius cum exercitu reduceretur: immo ea de re factum fuit senatusconsultum, quo decretum est, ut nihil contra religionem oraculorum fieret.

[r] *Qui tum inde reditus*] Rediens Antonius ex Ægypto, quo se cum Gabinio contulerat, nullum amicorum Romæ vidit, sed statim se contulit ad Cæsarem in Galliam Transalpinam.

[s] *Quæ autem erat domus*] Nullam habebat sibi propriam Antonius, quia jam ante juvenis decoxerat expulsus paterna domo.

[t] *Usquam tua*] Indicat furtum Antonii, qui mortuo Pompeio, domum ejus possedit.

[u] *Præter unum Misenum*] Prædium

Digitized by Google

tanquam Sisaponem,[x] tenebas? XX. 49. Venisti e Gallia [1] ad quæsturam petendam: aude dicere, te prius ad parentem tuam venisse, quam ad me: acceperam enim jam ante Cæsaris literas, ut mihi satisfieri paterer [y] a te: itaque ne loqui quidem sum te passus de gratia.[h] Postea custoditus sum [2] a te,[i] tu a me observatus [z] in petitione quæsturæ: [*p.* 170.] quo quidem tempore P. Clodium, approbante populo Romano, in foro es conatus occidere: cumque eam rem tua sponte conarere, non impulsu meo; tamen ita prædicabas, te non existimare,[3] nisi illum interfecisses, unquam mihi pro tuis in me injuriis satis esse facturum. In quo demiror, cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cum te, ultro mihi idem illud deferentem, nunquam sim [4] adhortatus: quanquam, si in eo perseverares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam, quam ad meam gratiam.

[h] *Reconciliatione.* [i] *Tu me honorasti.*

CAP. XX. 1 *Venisti in Galliam* φ. *Venisti e Galliam* cod. Græv. Mox, *audeo dicere* cod. Græv. *te* omittunt Junt. Faërn. *ad patrem tuum* Junt. Manut. al. ap. Græv. *ad parentem tuum* Vat. Faërn. Wernsd. Orell. *ad matrem tuam* conj. Lamb. *ad parentem tuam* de Buchanani conjectura Grut. *acceperam jam ante Cæs.* Vat. Colon. Muret. Faërn. Wernsd. in ed. maj. Orell. *acceperam jam a te Cæs.* cod. Grævii. Verba, *itaque ne loqui quidem* usque ad *in petitione quæsturæ*, desunt in cod. Græv.—2 Vat. alii codd. ap. Græv. O, Faërn. Wernsd. Orell. *cultus sum*; Muret. *sum cultus.* Statim, *tu a me oratus* Vat. *tu a me ovatus* cod. Græv. *tu a me beatus* al. ap. Græv. Paulo post, *rem tuam sponte* φ.—3 Cod. Græv. *te existimare.*—4 Cod. ψ *mihi id illud d. n. sum.* Mox, pro *perseverares*, quod servant Vat. O φ ψ, alii codd. et edd. vett.

NOTÆ

unum in Campania ad Misenum promontorium, prope Cumas, habuit Antonius, sed commune cum aliis parasitis vel creditoribus suis, qui partem ejus occupabant.

[x] *Sisaponem*] Sisapo civitas est in Hispania, quam ait Plin. XXXIII. 7. miniario metallo abundare; quæ cum esset vectigalis populi Romani, a publicanis tenebatur: inde apparet, quare Misenum quasi Sisaponem habuerit Antonius, quia non solus prædium illud possidebat.

[y] *Mihi satisfieri paterer*] Cum Antonius offendisset Ciceronem, quia cum Clodio ejus inimico junxerat societatem, per literas Cæsar petiit a Cicerone, ut hanc Antonio veniam concederet. Timebat videlicet Antonius, ne sibi quæsturam petenti adversaretur Cicero.

[z] *A me observatus*] Observabantur adolescentes a proceribus, qui in petitione magistratuum honoris et com-

Digitized by Google

50. Quæstor es factus:[a] deinde continuo, sine senatusconsulto,[b] sine sorte, sine lege, ad Cæsarem cucurristi: id enim unum in terris, egestatis,[5] æris alieni, nequitiæ, perditis vitæ rationibus perfugium esse ducebas.[c] Ibi te cum et illius largitionibus et tuis rapinis explevisses, (si hoc est explere, quod[6] statim effundas) advolasti egens ad tribunatum, ut in eo magistratu, si posses, viri tui[d] similis esses.

XXI. Accipite nunc,[1] quæso, non ea, quæ ipse in se, atque in domesticum dedecus impure atque intemperanter, sed quæ in nos fortunasque nostras, id est, in universam rempublicam, impie ac nefarie fecerit: ab hujus enim scelere omnium malorum principium natum reperietis. 51. Nam, cum L. Lentulo, C. Marcello, consulibus, Kalendis Januar. labentem[2][e] et prope cadentem rempublicam fulcire cuperetis, ipsique C. Cæsari, si sana mente esset, consulere velletis; tum iste venditum atque emancipatum[*]

[*] *Addictum.*

perseverasses habent Jenens. Græv. Deinde, *ad meam gloriam* O.—5 Cod. ψ *egestati.* Mox, *nequitia perditis* Jenens. Wernsd. 'Errat Wernsd. hanc lect. Vaticano tribuens.' *Orell.*—6 Faërn. deesse aliquid ratus. Lamb. de Faërni conjectura, *explere, devorare, quod;* Schutz. *explere, ingerere, quod.* Statim, *advolas egens* O ψ, Junt. Grut. *an volas egens* φ. *advolas ejus* al. ap. Græv. Deinde, *vitrici tui similis esse* codd. Grævii.

CAP. XXI. 1 *Accipe nunc* φ. Mox, *atque domesticum* cod. Græv. *id est universam* al. ap. Græv. *impie et nefarie* Muret.—2 Ita Vat. φ ψ, Junt. Muret. Faërn. *labantem* codd. Grævii, Colon. O, Steph. Lamb. Wernsd. Orell. Paulo post, *mancupatum* codd. Græv. Colon. edd. vett. *mancipatum* φ, et al. ap. Græv. *marcipatum* ψ. Tum, *in minoribus peccatis* edd. quædam vett.—

NOTÆ

mendationis causa deducebantur.

[a] *Quæstor es factus*] Quæstores, inquit Varro, a quærendo dicti sunt: quia conquirebant pecunias publicas, et eas asservabant. Ante omnes alios fere magistratus creati sunt.

[b] *Sine senatusconsulto*] Objicit Antonio quod ad Cæsarem sine ullo senatusconsulto profectus sit: quia nemo quæstor in provinciam proficiscebatur, nisi eam ex senatusconsulto, et lege sortiretur.

[c] *Perfugium esse ducebas*] Scribit Suetonius reorum, obæratorum, et prodigæ juventutis subsidium unicum, ac promtissimum, Cæsarem fuisse.

[d] *Viri tui*] Curionem indicat, qui circa id tempus tribunus plebis fuit.

[e] *Labentem*] Ruina minabatur remp. propter summam Cæsaris potentiam.

Digitized by Google

tribunatum consiliis vestris[f] opposuit, cervicesque suas ei subjecit securi,[b] qua multi minoribus in peccatis occiderunt.[c] In te autem, M. Antoni,[3] id decrevit senatus (et quidem incolumis, nondum tot luminibus exstinctis),[g] quod in hostem togatum[h] decerni est solitum more majorum. Et tu apud patres conscriptos contra me dicere ausus es, cum ab hoc ordine[i] ego conservator essem, tu hostis reipublicæ judicatus? Commemoratio[d] illius tui sceleris intermissa est, non memoria deleta: dum genus hominum, dum populi Romani nomen extabit, (quod quidem erit, si per te licuerit,[4][k] sempiternum) tua illa pestifera intercessio[l] nominabitur. 52. Quid cupide[m] a senatu, quid

[b] *Pœnæ.* [c] *Condemnati sunt.* [d] *Mentio.*

3 *In te, M. Antoni* Vat. Colon. Colot. O, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *equidem incolumis* Colon. *tot luminaribus* φ ψ, et edd. vett. *in hostem te rogatum* cod. Græv. *in hostem togatum decernere* Colon. *decerni solitus* cod. Græv. *decernerem solitus* φ.—4 Ita Teeg. Junt. Faërn. Lamb. *licebit*

NOTÆ

[f] *Consiliis vestris*] Deliberabatur a senàtu de revocando Cæsare, et de repub. Pompeio demandanda, ne eam armis sibi Cæsar subjiceret. Sed senatusconsulto intercessit Antonius tribunus, corruptus a Cæsare, quare uterque a senatu hostis judicatus est.

[g] *Tot luminibus exstinctis*] Intelligit cives illos præstantissimos Catonem, Marcellum, Lentulum, Domitium, qui in bello civili perierunt.

[h] *Hostem togatum*] Per hostem togatum intelligit domesticum et perduellem, qui cum talis judicatus esset a senatu, more majorum senatu et urbe ei interdicebatur. Cum autem senatus ita decrevisset in Antonium, Curionem, et Cassium tribunos plebis, qui patrocinium absentis Cæsaris acerrime suscipiebant, ad eum servili in veste, rheda meritoria, miserando habitu profugerunt: qua re perculsus Cæsar belli civilis occasionem nactus est.

[i] *Ab hoc ordine*] Senatorio videlicet, ad quem pertinebat de bonis et malis civibus decernere.

[k] *Si per te licuerit*] Objicit Antonio quod imperii nomen sempiternum futurum sit, nisi suis sceleribus ei exitium afferat.

[l] *Pestifera intercessio*] Cum Marcellus consul legiones Pompeio decerneret, tribunus Antonius intercessit, rogationem ferens, ut præsentes copiæ militares in Syriam mitterentur adversus Parthos. Deinde cum epistolas Cæsaris legi senatus vetaret, eas ipse tribunicia potestate fultus recitavit, qua ex lectione multos sibi conciliavit. Quare cum hanc rogationem promulgasset, placeretne Cæsarem et Pompeium ab armis discedere, et exercitum dimittere, eam omnes probaverunt, hortabanturque Antonium, ut eam legem ferret. At consules vetuere.

Digitized by Google

temere fiebat, cum tu, unus adolescens,[n] universum ordinem decernere de salute reipublicæ prohibuisti? neque id semel, sed sæpius? neque tu tecum de senatus auctoritate agi[e] passus es? Quid autem agebatur, nisi ne delere et evertere[5] rempublicam funditus velles, cum te neque principes civitatis rogando, neque majores natu monendo, neque frequens senatus agendo, de vendita atque addicta[o] sententia demovere potuit? Tum illud, multis rebus[6] ante tentatis, necessario tibi vulnus inflictum,[p] quod paucis ante te:[q] quorum incolumis fuit nemo. 53. Tum contra te dedit arma[f] hic ordo consulibus reliquisque imperiis[r] et potestatibus;[g] quæ non effugisses,[7] nisi te ad arma Cæsaris contulisses. XXII. Tu, tu, inquam, M. Antoni, princeps[h] C. Cæsari, omnia perturbare[1] cupienti, causam belli contra patriam inferendi dedisti. Quid enim aliud ille

[e] *Deliberari.* [f] *Imperavit arma.* [g] *Magistratibus.*
[h] *Primus.*

Vat. Muret. Wernsd. Orell.—5 Lamb. Wernsd. Orell. e Faërni conj. *de deleri et everti;* Faërn. ipse *ne deleri atque everti;* O *deleri et everti P. R.* Vat. *ne delere et everti;* φ *me delere et evertere.* Mox, *neque m. n. monendo* desunt in Vat. *monendo, neque Romanus eques, aut senatus* codd. Grævii: *m. neque eques, aut senatus* ψ. *m. neque equites, aut senatus* φ. *arcendo* pro *agendo* O. Deinde, *demovere* est de conjectura Ernestii; *movere* habent codd. et reliquæ edd.—6 Ita Vat. Colot. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *rebus* omittunt codd. Grævii, φ ψ, alii codd. Junt. Muret. Mox, *vulnus inflictum est* codd. Grævii, Faërn. Orell.—7 Cod. ψ *effugies.*

NOTÆ

[m] *Quid cupide*] Objecit Antonio Cicero, quod pro Cæsare contra senatum egisset. At jam ostendit nihil a senatu temere factum esse.

[n] *Cum tu, unus adolescens*] Antonium fuisse tyrannum probat, quia solus et adolescens, annos natus tantum triginta, prohibuit senatum agere de reipub. libertate, cum huic ordini cedere debuisset.

[o] *De vendita atque addicta*] Sententiam suam Antonius Cæsari vendidit, quasi ad eam emendam largius pretium obtulisset.

[p] *Vulnus inflictum*] Ait esse tunc condemnatum Antonium. Nam hostis judicatus est, eique aqua et igne interdictum est, et omnibus potestas facta est eum interficiendi.

[q] *Quod paucis ante te*] Pauci ante Antonium simile judicium experti sunt, nisi Fimbria, Saturninus, et Gracchi, qui omnes interfecti sunt.

[r] *Reliquisque imperiis*] Per imperia duces intelligit, qui a populo Romano in diversis orbis provinciis constituti erant, quos imperatores post relatas victorias appellabant.

Digitized by Google

dicebat? quam causam dementissimi sui consilii[2] et facti afferebat, nisi quod intercessio neglecta,[s] jus tribunicium sublatum, circumscriptus[i] a senatu esset Antonius? Omitto, quam hæc falsa, quam levia; præsertim cum omnino nulla causa justa cuiquam esse possit contra patriam arma capiendi. Sed nihil de Cæsare:[3] tibi certe confitendum est, causam perniciosissimi belli in persona tua constitisse.[k] 54. O miserum te,[t] si intelligis![4] miseriorem, si non intelligis, hoc literis mandari, hoc memoriæ prodi, hujus rei ne posteritatem quidem omnium sæculorum unquam immemorem fore, [*p.* 171.] consules[u] ex Italia excussos,[5] cumque his Cn. Pompeium, qui imperii populi Romani decus ac lumen fuit; omnes consulares, qui per valetudinem exequi[l] cladem illam fugamque potuissent; prætores, prætorios, tribunos plebis, magnam partem senatus, omnem sobolem juventutis,[x] unoque verbo,[6] rempublicam expulsam atque exterminatam suis sedibus. 55. Ut igitur in se-

[i] *Illusus.* [k] *Te fuisse.* [l] *Fugere.*

CAP. XXII. 1 Edd. vett. *perturbare omnia.*—2 Ita Junt. Muret. Wernsd. *sui dementissimi consilii* codd. Ferrarii, Grævii, Faërn. Lamb. Orell. Mox, *circumscriptus esset*, omissis *a senatu*, codd. Grævii, φ ψ, edd. vett.—3 Ita Colon. a m. sec. Vat. φ ψ, edd. vett. *Sed nihil Cæsari* e codd. Grut. *Sed nihil tibi Cæsare cohereret confitendum sic causa* O. *tibi certe conf. sit* cod. Græv.—4 Cod. Græv. *si te intelligis;* Vat. Muret. *si hæc intelligis.* Actutum, *miseriorem si hæc intelligis* ψ. *miseriorem si non intelligis* desunt in φ, et cod. Græv. *ne potestatem quidem* Colon.—5 Ita ex uno cod. Grut. O, Wernsd. *expulsos* codd. Grævii, Colon. Vat. φ ψ, Junt. Muret. Faërn. Lamb. Orell. Mox, *quod imperii, &c.* Vat. Faërn. Muret. Lamb. Wernsd. Orell. Deinde, *fugam illam clademque* ed. 1584. Schutz. Nostrum ordinem habent Vat. O φ ψ, Junt. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *prætores præteritos* φ.—6 Mu-

NOTÆ

[s] *Intercessio neglecta*] Sacrosancta habebatur tribunicia potestas et intercessio.

[t] *O miserum te*] Per exclamationem incipit a conglobatis omnes calamitates recensere, quæ ex hoc bello civili, cujus causa extitit Antonius, secutæ sunt.

[u] *Consules*] Marcellus et Lentulus consules, veniente cum exercitu ad urbem Cæsare, profugerunt, et Pompeium secuti sunt, qui jam Capuam ad exercitum profectus erat.

[x] *Omnem sobolem juventutis*] Omnem juniorum multitudinem intelligit, in quibus spes est prolis suscipiendæ, et reipub. propagandæ.

Digitized by Google

minibus est causa arborum[7] et stirpium, sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti. Doletis, tres exercitus[8] populi Romani[y] interfectos; interfecit Antonius: desideratis clarissimos cives;[z] eos quoque eripuit vobis[9] Antonius: auctoritas hujus ordinis afflicta est; afflixit Antonius: omnia denique, quæ postea vidimus, (quid autem mali non vidimus?) si recte ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Ut Helena Trojanis,[a] sic iste huic[10] reipublicæ causa belli, causa pestis atque exitii fuit. Reliquæ partes tribunatus principio similes: omnia perfecit, quæ senatus, salva republica, ne fieri possent, perfecerat:[m] [11] cujus tamen scelus in scelere[b] cognoscite. XXIII. 56. Restituebat multos calamitosos:[1] in his patrui nulla mentio:[c] si severus, cur non in omnes? si misericors, cur non in suos? Sed omitto ceteros. Licinium Denticulam,[2] de alea condemnatum, collusorem suum,[d]

[m] *Veluerat ne fierent.*

ret. de Ferrarii conj. *uno verbo*, improbante Lamb.—7 *Ut in seminibus causa est arborum* al. ap. Græv. Statim, *semen* deest in φ.—8 Vat. Muret. Faërn. *tris exercitus.* Cod. φ omittit *interfectos.*—9 Vat. Manut. Faërn. Orell. *vobis eripuit.* Verba, *auctoritas hujus o. a. est, a. Antonius*, desunt in φ ψ. *non* ante *vidimus* deest in Vat.—10 Edd. vett. omittunt *huic.* Mox, *principiis similes* duo codd. Grævii, Vat. Faërn. Orell. *principii similes* Colon. uti conj. Garat.—11 Colon. *ne fieri possent perfecerant.* Statim *scelus et scelere cognoscere* φ.

CAP. XXIII. 1 *Restituebat multos damnosos* codd. Grævii. Actutum, *in iis* Vat. Faërn. Lamb. Orell.—2 *Licinium Lenticulam* multi codd. etiam φ ψ, Ven. 1483. Junt. Wernsd. Orell. sed *Denticulam* habent Vat. Colon. O, Muret. Faërn. Lamb. Mox, *non quasi ludere* de Mureti conj. Schutz. *non* deest

NOTÆ

[y] *Tres exercitus populi Romani*] In Pharsalia Pompeii et senatus exercitus deletus est: in Hispania Petreii et Afranii: in Africa Scipionis et Jubæ regis.

[z] *Clarissimos cives*] Eos intellige, qui in illis exercitibus perierunt.

[a] *Helena Trojanis*] Helena, Tyndari filia, rapta a Theseo est; a suis fratribus recepta Menelao nupsit; verum iterum rapta a Paride, filio Priami, belli Trojani occasionem dedit: ita Antonius, pulsus e curia, et profectus ad Cæsarem, totius belli civilis auctor fuit, seu potius occasionem Cæsari suam explendi dominatus cupiditatem dedit.

[b] *Scelus in scelere*] Vocat tribunatum Antonii scelus, quia venditus fuerat, et partus scelere.

[c] *Patrui nulla mentio*] C. Antonius, collega Ciceronis in consulatu, repetundarum condemnatus, in exilium abierat. Hunc autem non restituit, sed Denticulam.

[d] *Collusorem suum*] Cum Denticula

Digitized by Google

restituit: quasi vero[e] ludere cum condemnato non liceret: sed ut, quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolveret.[f] Quam attulisti rationem populo Romano, cur eum restitui oporteret? absentem credo[g] in reos[3] relatum; rem indicta causa judicatam; nullum fuisse de alea lege judicium; vi oppressum, et armis; postremo, (quod de patruo tuo dicebatur) pecunia judicium esse corruptum. Nihil horum. At vir bonus, et republica dignus.[4] Nihil id quidem ad rem: ego tamen,[5] quoniam condemnatum esse pro nihilo est, si ita esset, ignoscerem: hominem vero, omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege, quæ est de alea,[h] condemnatum, qui in integrum[m] restituit, is non apertissime studium suum ipse profitetur? 57. In eodem vero tribunatu, cum Cæsar in Hispaniam[i] profi-

[m] *Pristinum statum.*

in φ. *quod ille in* ψ, alii codd. et edd. vett. *restituit: non ut luderet cum restituto, (quasi vero ludere cum condemnato non liceret,) sed ut quod ille in alea, &c.* conj. Lamb. *beneficio regis* cod. Græv.—3 Colon. *in reum.* Mox, *causa judicata* φ. *de aleæ lege* cod. Græv. *tuo* post *patruo* deest in Ven. 1483.—4 Cod. ψ *et reipublicæ dignus.*—5 O φ, codd. Grævii, Lamb. 1566. *et ego tamen.* Mox, pro *nihilo est*, quod servant O ψ, Vat. Ven. 1483. Junt. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *nihilo vis* habent codd. Grævii, Ald. Nang. Muret. Deinde, *vero* omittunt codd. Grævii, Vat. Colon. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. *ludere, vel lege* codd. aliquot, Ven. 1483. Junt. *ludere, hunc lege* Muret. *ludere, hac lege* al. ap. Græv. *qui dubitaret ... qui integrum* φ. *profiteretur* cod. Græv.—

NOTÆ

Antonius alea solitus fuit ludere.

[e] *Quasi vero*] Festive ridet Antonium, qui hominem nequam et sceleratum ab exilio revocavit, ut cum eo luderet.

[f] *Beneficio legis dissolveret*] Misericors fuit in Denticulam Antonius; nam idcirco legem de illius restitutione tulit, ut quod ille in alea perdidisset, iterum restitutus lucraretur.

[g] *Absentem credo*] Fingit causas ironice, cur absentem Denticulam restituerit: 1. itaque causa fuit ejus absentia, neque enim quis absens damnabatur; 2. causa non audita; 3. lex nulla lata fuit ad eum accusandum et damnandum, neque enim sine lege quis accusari et damnari poterat.

[h] *Lege, quæ est de alea*] L. Cornelius Sulla legem tulit, ne quis in pecuniam luderet, sponsionemve in ludo, nisi qui corporis exercendi causa susceptus esset, faceret, veluti hasta, pilove jaciendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando. Marcian. l. III. D. de aleat.

[i] *Cum Cæsar in Hispaniam*] Cæsar profecturus in Hispaniam, antequam Pompeium sequeretur ultra mare, Lepido prætori urbem, Antonio tribuno plebis Italiam, et cetera præsidia commisit, ubi multa libidinose

Digitized by Google

ciscens, huic conculcandam[a] Italiam tradidisset; quæ fuit ejus peragratio itinerum? lustratio municipiorum? Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium[6] versari, eaque, quæ dico, dicturusque sum, notiora omnibus esse, qui in Italia tum fuere, quam mihi, qui non fui. Notabo tamen singulas res: etsi nullo modo poterit oratio mea satisfacere vestræ scientiæ. Etenim quod unquam[7] in terris tantum flagitium extitisse auditum est? [tantam turpitudinem?] tantum dedecus? XXIV. 58. Vehebatur in essedo[1] [l] tribunus plebis: lictores laureati[m] antecedebant: inter quos, aperta lectica, mima portabatur;[n] quam ex oppidis municipales,[o] homines honesti, obviam necessario[2] prodeuntes,[p] non noto illo et mimico nomine, sed Volumniam consalutabant. Sequebatur rheda[q] cum lenonibus,[3] [r] comites ne-

[a] *Vexandam.*

6 Vat. Faërn. Lamb. Orell. *omnium sermone.* Mox, *esse omnibus* Vat. Faërn. Lamb. *tum fuerunt* Vat. Muret. *tunc fuere* cod. Græv.—7 *Etenim, quod, inquam* ψ. Paulo post, *tanquam turpitudinem* delevit Schutz.

Cap. XXIV. 1 *Vehebatur in genus vehiculi esse da* Colon. de gloss. *Vehebatur in esseda* cod. Grut. O. *V. in exhodo* ψ. Statim, *lictores laurenti* φ. *inter quos peracta lectica* codd. Græv. φ. *mimi* cod. Grut.—2 Idem cod. *necessaria;* φ *necessariam.* Pro *non noto illo*, quod servant codd. Grævii, Ferrarii, Vat. O φ ψ, Faërn. et recentt. *non vero illo* habent Ven. 1483. Junt. Muret. *et inimico* cod. Græv. φ ψ. *sed V. salutabant* ψ, Ven. 1483. Junt.—3 Barb. 1.

NOTÆ

et contumeliose patravit. Cæsar tamen ex Hispania victor rediens, Antonii errata neglexit: gnarusque illum virum fortem esse, et manu promtum, ejus opera deinde in bello usus est.

[l] *Essedo*] Essedum vehiculi genus est, quod apud Belgas Gallos primo inventum est.

[m] *Lictores laureati*] Cæsar dedit lictores laureatos suis legatis in Italia, quos habere Antonius non poterat, quia tribunus plebis tantum erat; tribuno autem non concedebantur.

[n] *Mima portabatur*] Citheris, meretrix Antonii, mulier histronica, quam Volumniam appellavit, quia Volumnii, civis Romani, liberta fuerat.

[o] *Municipales*] Municipales hic accipiuntur pro rusticanis, qui rure habitant.

[p] *Necessario prodeuntes*] Prodeunt vulgo honoris causa homines libere et volentes; at hi necessario, et inviti, coacti ab Antonio.

[q] *Rheda*] Rheda vehiculi genus, quo Galli utebantur.

[r] *Cum lenonibus*] Lenones venditores sunt, et quasi mancipes meretricum.

Digitized by Google

quissimi, rejecta mater[s] amicam impuri filii, tanquam nurum, sequebatur. O miseræ mulieris fœcunditatem[t] calamitosam! Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia,[u] præfecturas,[x] colonias, totam denique Italiam impressit.[p]

59. Reliquorum factorum ejus, patres conscripti, difficilis est sane reprehensio et lubrica.[q] Versatus[4] in bello est: saturavit se sanguine dissimillimorum[y] sui civium: fuit felix, si potest ulla esse in scelere felicitas. Sed, quoniam veteranis cautum esse volumus,[z] quanquam dissimilis est militum[5] causa[a] et tua; (illi secuti sunt, tu quæsisti ducem) tamen, ne apud illos me in invidiam voces, nihil de belli genere dicam. Victor e Thessalia[6] [b] Brun-

[p] *Iste inflixit in Italia memoriæ hominum sua flagitia.* [q] *Anceps.*

nt conj. Victor. *leonibus.*—4 Codd. Grævii, Colon. φ ψ, alii codd. et edd. vett. *reprehensio: et lubricæ versatus.* Paulo post, *felix fuit* Vat. Faërn. Lamb. Orell. Tum, *in scelere esse* Vat. Faërn. Orell.—5 Cod. Græv. *multum.* Statim, *illi tui secuti sunt* Colon. *tumque dedisti te ducem* cod. Græv. Deinde, *de genere belli* Vat. Ven. 1483. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Orell.—6 Ita codd. Ferrarii, Colon. Vat. O, Faërn. et seqq. *Victor Thessalia* codd. Grævii, φ ψ, alii codd. Ven. 1483. Junt. Muret. Mox, *potuisti enim* solus Muret. *qui tunc* Junt. Muret. Grut. *qui tum* Vat. O φ ψ, alii codd. Faërn.

NOTÆ

[s] *Rejecta mater*] Relicta Julia, mater Antonii, nobilissima fœmina, sequebatur Citheridem illam mimam quasi nurum.

[t] *Fœcunditatem*] Misera fuit hæc Julia, quod peperit filium Antonium, tam nequam et impudicum hominem.

[u] *Omnia municipia*] De municipiis dictum est pro Sext. § 31.

[x] *Præfecturas*] Præfecturæ dicebantur in quibus jus dicebatur, et nundinæ agebantur: neque tamen suos magistratus habebant; sed in eas præfectus Romani mittebantur quotannis qui jus dicerent.

[y] *Dissimillimorum*] Intelligit viros probos, qualis non fuit Antonius.

[z] *Veteranis cautum esse volumus*] Veterani dicuntur milites, qui stipendia militaria confecerunt. De quibus non vult hic agere Cicero, ne priventur militiæ commodis, quæ jam adepti sunt a Cæsare.

[a] *Dissimilis militum causa*] Veterani secuti sunt Cæsarem, qui eis datus fuerat dux jam antea a senatu: Antonius vero suo sibi arbitrio ducem quæsivit Cæsarem.

[b] *Victor e Thessalia*] In Thessalia prælium Pharsalicum commissum est.

Digitized by Google

disium[c] cum legionibus[d] revertisti: ibi me non occidisti:[e] [p. 172.] magnum beneficium: potuisse enim fateor: quanquam nemo erat eorum, qui tum tecum fuerunt, qui mihi non censeret parci oportere. 60. Tanta enim est caritas[7] patriæ, ut vestris etiam legionibus sanctus[r] essem, quod eam a me servatam esse meminissent. Sed fac,[s] id te dedisse[8] mihi quod non ademisti, meque a te habere vitam, quia a te non sit erepta; licuitne mihi per tuas contumelias hoc beneficium sic tueri, ut tuebar, præsertim cum te hæc auditurum videres? XXV. 61. Venisti Brundisium, in sinum quidem et in complexum tuæ mimulæ.[1] Quid est? num mentior? Quam miserum est id negare non posse, quod sit turpissimum confiteri! Si te[2] municipiorum non pudebat; ne veterani quidem exercitus? quis enim miles fuit, qui Brundisii illam non viderit? quis, qui nescierit,

[r] *Inviolabilis.* [s] *Ponamus.*

Lamb. Wernsd. Orell.—7 Ita O φ ψ, Junt. Muret. Lamb. *Tanta est enim caritas* codd. Grævii, Vat. Faërn. Wernsd. Orell.—8 *Sed fac sit te dedisse* codd. Grævii; *Sed fac te dedisse* Junt. Muret. Mox, *meque te habere* φ. *meque ait habere* ψ. *quæ a te non* codd. aliquot Græv. *quia non a te* Vat. Faërn. Orell. Tum, *liceatne mihi* O φ ψ, alii codd. et edd. ante Muret. item Grut. *liceat me* cod. Græv. *liceat nunc mihi* al. ap. Græv. *hoc tuum beneficium* Colon. Vat. Muret. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell. Pro *sic tueri* O habet *sit veri.*

Cap. XXV. 1 O *tuæ munolæ;* φ omittit *tuæ.*—2 *Sic te* φ. Paulo post, *quis nescierit,* omisso *qui,* φ. Tum, *tot tibi d. viam* codd. Græv. Vat. Lamb. Heus. Wernsd. Orell. *tot dierum tibi viam* Junt. Muret. *tibi tot d. via* al. ap. Græv. Deinde, *indoluerit* φ. *quam nequam hominem* Vat. O φ ψ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *quem nequam hominem* Ernesti in ed. min. *tam nequam hominem* edd. quædam vett. *quem hominem* plurimi codd. Junt. Grut.

NOTÆ

[c] *Brundisium*] Brundisium Italiæ portus est, quo Cæsar post Pharsalicum prælium misit Antonium, ut tutaretur Italiam, dum ipse Pompeium insequeretur.

[d] *Cum legionibus*] Legio a Romulo trium millium peditum, et trecentorum equitum numero instituta fuit: postea mille pedites additi sunt: pulsis regibus peditum quatuor millium fuit: postea ex senatus judicio modo quatuor, modo quinque, modo sex millium peditum fuit. Peditibus sex tribuni præerant, centuriones sexaginta; equitibus triginta decuriones, quorum alii turmas singulas regebant, præfectus alam integram.

[e] *Ibi me non occidisti*] Cum videret Cicero nihil profecisse Pompeium, sed quotidie illius partes imminui,

venisse eam tibi tot dierum viam [f] gratulatum? quis, qui non indoluerit, tam sero se, quem hominem secutus esset, cognoscere? 62. Italiæ rursus percursatio eadem comite mima; in oppida militum crudelis et misera deductio; in urbe [g] auri, argenti,[3] maximeque vini, fœda direptio. Accessit, ut, Cæsare ignaro,[a] cum ille esset[4] Alexandriæ, beneficio amicorum ejus, magister equitum [b] constitueretur. Tum existimavit, se suo jure cum Hippia [c] vivere,[5] et equos vectigales [d] Sergio mimo tradere. Tum sibi non hanc,[e] quam nunc male tuetur, sed M. Pisonis domum, ubi habitaret, legerat.[6] Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hæreditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? cogebat egestas: quo se verteret,[7] non habebat: nondum ei tanta a L. Rubrio, non a L. Turselio hæreditas venerat: nondum in Cn. Pompeii locum, multorumque aliorum, qui aberant, repentinus hæres [f] successerat: erat

—3 Ita codd. Ferrarii, Vat. O φ ψ, Faërn. seqq. *auri et argento* codd. aliquot, Junt. Manut.—4 Vat. Ven. 1483. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *cum esset ille.*—5 Cod. φ *cum proprio vivere.*—6 Hæc verba, *Tum sibi ... legerat*, desunt in codd. Grævii, Colon. O φ ψ, et edd. ante Muret. extant tamen in Cod. Teeg. In Vat. ita leguntur, *Tum non Cn. Pompeii domum quam nunc*

NOTÆ

post Pharsalicam pugnam, cui valetudinis causa non potuit interesse, rediit in Italiam, et venit Brundisium, ubi potuit ab Antonio facile interfici.

[f] *Tot dierum viam*] Quatuordecim dierum itinere Roma Brundisium distabat.

[g] *In urbe*] Romæ Antonius avaritiæ se dedit et vino.

[a] *Cæsare ignaro*] Cum Pharsalicam victoriam Cæsar retulisset, ad annum dictator creatus est, et Antonius magister equitum; non tamen ignaro Cæsare, ut ait Cicero, sed ipso eum seligente, ut Plutarchus indicat in Antonio.

[b] *Magister equitum*] Nunquam creabatur dictator, quin ei magister equitum adderetur, qui summum in milites omnes jus habebat.

[c] *Hippia*] Matrona fuit Romana, sed suis libidinibus infamis.

[d] *Equos vectigales*] Equi vectigales erant, qui tributi nomine mittebantur.

[e] *Non hanc*] Intelligit domum Pompeii, quam invaserat, et quam filius ejus sibi repetebat.

[f] *Repentinus hæres*] Repentinus hæres dicitur, qui fraude verum hæredem circumscripsit, et vi et fraude ad hæreditatem sibi non debitam pervenit.

Digitized by Google

ei[8] vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset.

63. Sed hæc, quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus: loquamur potius de nequissimo[9] genere levitatis. Tu istis faucibus,[g] istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini[10] in Hippiæ nuptiis[h] exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. O rem, non modo visu fœdam,[11] sed etiam auditu! Si inter cœnam,[12] in ipsis tuis immanibus[a] illis poculis, hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? in cœtu vero populi Romani, negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens, frustis esculentis,[i] vinum redolentibus, gremium suum, et totum tribunal implevit. Sed hoc ipse fatetur esse in suis sordibus: veniamus ad splendida.[13]

XXVI. 64. Cæsar Alexandria[1] se recepit, felix, ut sibi quidem videbatur; mea autem sententia, si quis reipublicæ sit infelix, felix esse non potest: hasta posita[k] pro æde[b]

[a] *Ingentibus.* [b] *Ante ædem.*

male tuetur, sed Marci Pisonis domum, &c.—7 Cod. ψ *quos everteret.*—8 Cod. φ *erit ei.*—9 O φ ψ, et edd. quædam vett. *de iniquissimo.*—10 Cod. Græv. omittit *vini.* Mox, *in p. R. conspectum* in eodem cod.—11 *O rem non risu modo fœdam* idem cod.—12 *Si hoc tibi inter cœnam* Lamb. e Quintil. Statim, *in tuis immanibus illis* ψ et edd. ante Muret. *in tuis manibus in illis* codd. Græv. et Colon. *insciis in manibus illis* φ. *in ipsis tuis immanibus*, omisso *illis*, Vat. *in illis tuis immanibus*, omisso *ipsis*, malebat Garat. *qui non turpe* φ. *turpe diceret* ψ, Vat. Jenens. Ven. 1483. Junt. Faërn. *Romani* omittunt φ ψ. Deinde, *publicum regens . . . cui ruptare . . . vomet* ψ.—13 Vat. *addisplendidiora;* unde Muret. *ad splendidiora.*

CAP. XXVI. 1 *Cæsar in Alexandriam* codd. Grævii; *Cæsar Alexandriam*

NOTÆ

[g] *Tu istis faucibus*] Ratiocinatio egregia: habere magnas fauces et ampla latera, ventrem magnum, qui multum possit capere, et tum ita inebriari, ut quis evomat, hominis est intemperantis.

[h] *In Hippiæ nuptiis*] Hippia reliquit primum suum maritum senatorem, et Sergio mimo nupsit: tantum autem in eis vini exhausit Antonius, ut firmis suis lateribus, et gladiatoria corporis firmitate coquere illud non potuerit.

[i] *Esculentis*] Esculentum dicitur, quod esui aptum est.

[k] *Hasta posita*] Postquam totum bellum Alexandrinum confectum est a Cæsare, bona Pompeii proscripsit

Digitized by Google

Jovis Statoris,[1] bona, (miserum me! consumtis enim lacrymis, tamen infixus animo hæret dolor) bona, inquam, Cn. Pompeii Magni, voci acerbissimæ subjecta præconis. Una in illa re servitutis oblita civitas ingemuit, servientibusque animis, gemitus[2] tamen populi Romani liber fuit. Expectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demens,[3] tam Diis hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis[m] auderet accedere, inventus est nemo, præter Antonium, præsertim cum tot essent circum hastam[4] illam,[n] qui alia omnia auderent:[o] unus inventus est,[p] qui id auderet, quod omnium fugisset et reformidasset audacia. 65. Tantus igitur te stupor oppressit, vel, ut verius dicam, tantus furor, ut primum, cum sector sis isto loco[e] natus, deinde cum Pompeii sector, non te[5] execrandum populo

[e] *Ista familia.*

O φ ψ, alii codd. et edd. vett. Verba, *ut sibi ... sit infelix*, desunt in codd. Græv. et φ. *qui reip. sit i. f. e. nemo potest* Vat. Faërn. Muret. Manut. Lamb. Orell. *sententia, qui reip. sit hostis, f. e. nemo potest* alii codd. *nisi qui reip. sit felix, f. esse nemo potest* de Ferrarii conj. Muret. Græv. *si qui reip. sit i. f. esse non potest* Colon. *nisi qui reip. sit infelix, f. e. nemo potest* al. ap. Græv. *nemo potest* etiam φ. Mox, *posita prædæ Jovis* Græv. *bona Cn. Pompeii* edd. quædam vett. *bona subjecta Cn. Pompeii* Vat. *bona subjecta*, omissis *Cn. Pompeii*, Colon. Statim, *hæret animo* Vat. Faërn. Lamb. *animo* excidit ex Ernestii ed. errore typogr.—2 Vat. O φ ψ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *animis, cum omnia metu tenerentur, gemitus;* verba, *cum omnia metu tenerentur*, desunt in edd. ante Muret. item in Grut. et recentt. 'Habent sane aliquam gloss. speciem. Si in Tacito versarer, ego quoque ea delerem.' *Orell.* *tam populi* ψ.—3 Cod. Grævii omittit *tam demens*.—4 Codd. φ ψ, et edd. quædam vett. *circa hastam*. Mox, *refugisset et reformidasset* Colon. O. *fugisset et formidasset* ψ. *fugisset ac reformidasset* ed. Græv. *fugisset et* desunt in cod. Græv. in quo legitur etiam *formidasset*.—5 Codd. Grævii, *tan-*

NOTÆ

Antonius, quæ hastæ subjecta fuisse dicuntur, quia in eo loco ubi vendebantur, hasta figebatur.

[1] *Jovis Statoris*] Jupiter a stando Stator dictus est: cum enim bello Sabino Romulus suos fugientes videret, Jovi ædem vovit, si starent. Vide Liv. lib. I.

[m] *Illud scelus sectionis*] Id est, auctionis. 'Sectores' autem dicti sunt, qui proscriptorum bona posita sub hasta redimunt.

[n] *Hastam illam*] Intelligit hastam positam a Cæsare, sub qua Pompeianorum bona vendebantur.

[o] *Alia omnia auderent*] Id est, qui auderent emere omnium aliorum bona, exceptis solius Pompeii bonis.

[p] *Unus inventus est*] Solus Antonius inventus est, qui ea valuit audacia, ut Pompeii bona emeret.

Digitized by Google

Romano, non detestabilem, non omnes tibi Deos, omnes homines, et esse inimicos, et futuros scias? At quam insolenter statim helluo[q] invasit in ejus viri fortunas, cujus virtute terribilior erat populus Romanus exteris gentibus, justitia carior! XXVII. [p. 173.] In ejus igitur copias[1] cum se subito ingurgitavisset,[d] exultabat gaudio, persona de mimo,[e] modo egens, repente dives.[r] Sed, ut est apud poëtam nescio quem, 'male parta,[s] male dilabuntur.' 66. Incredibile, ac simile portenti est, quonam modo[2] illa tam multa, quam paucis, non dico mensibus, sed diebus effuderit. Maximus vini numerus[t] fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa et lauta supellex, et magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis: horum paucis diebus nihil erat. 67. Quæ Charybdis[u] tam vorax? Charybdin dico? quæ si fuit, fuit animal unum:[3] Oceanus, medius fidius,[x] vix

[d] *Immisisset.* [e] *Histrionica.*

tus furor? Primum sector sis isto loco natus, deinde ut Pompeii sector. Non te, &c. Actutum, *execratum* Vat. Muret. Orell. *populum Romanum* ψ. *non* ante *omnes* deest in Junt. et Wernsd. in ed. min. Deinde, *et duros scias* cod. Græv. et φ. *et futuros sciebas* al. ap. Græv.

Cap. XXVII. 1 *In ejus igitur viri copias* codd. Regg. Vat. Græviani, Muret. Wernsd. in ed. maj. *ingurgitasset* Vat. a m. pr. Junt. Faërn. Lamb. Orell. —2 Cod. Græv. *si quonam modo.* φ omittit *illa.* Mox, *sed paucis diebus* Grut.—3 Vat. Muret. Faërn. Lamb. *animal unum fuit*, probante Garat. *fuit animal vivum* codd. Græv. Franc. φ ψ, alii codd. Junt. et edd. vett. Mox,

NOTÆ

[q] *Helluo*] Helluonem veteres dixere, qui bona sua immoderate consumit, et gulæ indulget.

[r] *Modo egens, repente dives*] Histriones modo divitum, modo egentium personas sustinent. Talis autem fuit Antonius.

[s] *Male parta*] Res quæ voluptatibus et malis artibus comparatæ sunt, per easdem voluptates et malas artes effunduntur. Videtur autem illa Nævii poëtæ sententia.

[t] *Vini [auri] numerus*] Aurum et argentum usurpat pro vasis aureis et argenteis.

[u] *Quæ Charybdis*] Hyperbole egregia. Charybdis autem vorago quædam fuit, seu potius mare vorticibus suis infame, naves submergens: at poëtæ monstrum fuisse quoddam immane fabulati sunt. Vide Virg. Æneid. III.

[x] *Medius fidius*] Vide Orat. pro Mil. § 77.

Digitized by Google

videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam cito absorbere potuisse. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum: apothecæ [y] totæ [4] nequissimis hominibus condonabantur:[f] alia mimi rapiebant, alia mimæ: domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum: totos dies potabatur, atque id locis pluribus: suggerebantur [g] etiam sæpe (non enim semper ipse [5] felix) damna aleatoria: [z] conchyliatis [a] Cn. Pompeii peristromatis,[b] servorum in cellis, lectos stratos videres. Quamobrem desinite mirari, hæc tam celeriter esse consumta: non modo unius patrimonium, quamvis amplum,[6] ut illud fuit, sed urbes, et regna celeriter tanta nequitia [h] devorare potuisset. At ejusdem ædes [7] etiam et hortos.[c] 68. O audaciam immanem! tu ingredi [8] illam domum ausus es? tu illud sanctissimum limen [d] intrare? tu illarum ædium Diis penatibus [e] os importunissimum [f] ostendere? Quam domum aliquamdiu nemo aspicere poterat, nemo sine la-

[f] *Donabantur.* [g] *Subjiciebantur.*
[h] *Tanta prodigalitate.*

vix videt ... absorberi φ.—4 Idem cod. *apothetica notæ.* Paulo post, *totos dies potebat* in eodem cod.—5 Vat. ψ, Junt. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *iste.*—6 Ita Vat. Ven. 1483. Faërn. seqq. *amplissimum* Junt. Manut. *sed ut urbes* codd. Græv. *celeriter* deest in ψ, et edd. vett.—7 Ita codd. plerique, Junt. Muret. Lamb. *At idem ædes* Vat. Faërn. Wernsd. Orell. *At eidem ædes* cod. Græv. *Adde ejusdem ædes* O.—8 Vat. Manut. Faërn. Lamb. Orell. *tu etiam ingredi.* Mox, *os impurissimum* Vat. Heus. Wernsd. Orell. *os impro-*

NOTÆ

[y] *Apothecæ*] Loca sunt, in quibus vinum, oleum, et alia id genus reponuntur.

[z] *Damna aleatoria*] Antonius sæpe magnam pecuniæ jacturam aleæ ludis faciebat.

[a] *Conchyliatis*] Ait Cicero conchyliatis peristromatis Cn. Pompeii lectos in servorum cellis stratos fuisse. Conchylia autem sunt conchæ marinæ genera quædam, quorum ex sanguine purpura tingebatur. Vide Plin. lib. IX.

[b] *Peristromatis*] Peristromata aulæa sunt, et stragula vestimenta sunt.

[c] *Ædes etiam et hortos*] Antonius nempe ingredi ausus est, et emere positos sub hasta.

[d] *Sanctissimum limen*] 'Sanctum' limen appellat, quia limina fingebant antiqui suum habere Deum Limentinum, cui sacra erant.

[e] *Diis penatibus*] De iis dictum est Orat. pro Sextio, § 30.

[f] *Os importunissimum*] Os pro vultu, vel singulari quadam audacia, et temeritate, ponitur.

Digitized by Google

crymis præterire, hac te in domo tamdiu diversari[9] non pudet? in qua, quamvis nihil sapias, tamen nihil tibi potest esse jucundum. XXVIII. An tu, illa in vestibulo[g] rostra,[1 h] spolia cum aspexisti, domum tuam te introire putas? fieri non potest: quamvis enim sine mente, sine sensu sis, et es; tamen et te, et tua, et tuos[l] nosti. Nec vero te unquam, neque vigilantem, neque in somnis credo mente posse[2] consistere:[i] necesse est, quamvis sis, ut es, vinolentus et furens, cum tibi objecta sit species singularis viri,[k] perterritum te de somno excitari, furere etiam sæpe vigilantem. 69. Me quidem miseret parietum[3] ipsorum atque tectorum: quid enim unquam domus illa viderat, nisi pudicum, nisi ex optimo more, et sanctissima

[i] *Tranquillum esse.* [k] *Imago Pompeii.*

bissimum nonnulli codd. ap. Græv.—9 Cod. φ, et al. ap. Græv. *versare.*

CAP. XXVIII. 1 *An tu illa vestibula, rostra* O φ ψ, alii codd. Græv. et edd. ante Muret. *An tu illa in vestibulo orostan* Vat. unde lectionem nostram eruit Muret. *An tu illa in vestibulo hostium* conj. Faërn. *An tu illa in vestibulo rostra et hostium* Lamb. *An tu illa in vestibulo rostra an spolia* suspic. Græv. recepit Wernsd. probante Garat. 'Sed hoc vix rectum. Deberet enim esse, *An tu illa cum in vest. rostra, an spolia cum asp.* Præstat certe altera Grævii conj. *An ... vestibulo rostra ac spolia.* Sed vide ne *spolia* sit e gloss.' *Orell.* Statim, *introire putabas* φ. *introire putasti* al. ap. Græv.—2 Vat. Muret. Faërn. Wernsd. Orell. *posse mente.* Mox, *violentus et furens* Vat. φ, Junt. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. *vinolentus et iners* conj. Schutz. *cum ibi objecta* φ. *perterritum de somno* codd. Grævii, φ ψ, Junt. Faërn. *p. te e somno* de Heus. conj. Schutz. *te de* servant Vat. Colon. O, Steph. Muret. Lamb. Wernsd. Orell.—3 Colon. *miseret et parietum.* Mox, *nisi pudicum, quid, nisi ex, &c.* Vat. Muret. Faërn. Orell. Paulo post, *rebus exteris* ψ, et al. ap. Græv. *in sedibus pro cubili* O. *in ædibus* cod. Ursin. Lamb. *in s. pro cubilibus* Colon. Deinde, *pro conclavibus popinæ triclinis sunt* Vat. *proconclavibus popinæ tricliniissent* vet. cod. ap. Græv. *pro triclíniis* * *popinæ sunt* Muret.—

NOTÆ

[g] *Vestibulo*] Vestibulum sæpe sumitur pro loco ante ædes vacuo, per quem a via aditus accessusque ad ædes est; aliquando pro atrio etiam usurpatur.

[h] *Rostra*] Rostra earum navium, quas bello piratico ceperat, erant affixa in vestibulo domus; quæ tam religiose hic asservabantur; ut nec emtori eas tollere liceret. Plinius XXXV. 2.

[l] *Te, et tua, et tuos*] Id est, nosti vitam tuam, res tuas, et tuos necessarios: in quibus omnibus infamis est Antonius.

disciplina? fuit enim ille vir, patres conscripti, sicut scitis, cum foris clarus, tum domi admirandus; neque rebus externis magis laudandus, quam institutis domesticis: hujus in sedibus pro cubiculis stabula,[k] pro tricliniis[l] popinæ[m] sunt. Etsi jam negat:[n] nolite, nolite quærere:[4] frugi[l] factus est: illam suam suas res sibi habere jussit,[o] ex duodecim tabulis:[p] claves ademit,[q] exegit:[m] quam porro spectatus civis, quam probatus, cujus ex omni vita nihil est honestius, quam quod cum mima fecit divortium?[5] 70. At quam crebro usurpat, 'et consul, et Antonius!'[a] hoc est dicere, et consul, et impudicissimus; et consul, et homo nequissimus: quid enim est[6] aliud Antonius? nam

[l] *Moderatus.* [m] *Expulit.*

4 Amstel. *nolite, nolite judicem quærere;* cod. Græv. *nolite inclite quærere;* φ *nolite indite quærere;* Colon. Franc. Vat. O, Faërn. Muret. Manut. omittunt alterum *nolite.* Statim, pro *illam suam,* quod servant codd. Grævii, Vat. Faërn. Wernsd. *mimam illam suam* habent O φ ψ, Naug. Muret. Lamb. *mimam illam autem suam* Colon. Pro *claves ademit,* quod habent cod. Stephani, Vat. Colon. O φ, Muret. Faërn. Lamb. seqq. *causam addidit* ψ, et edd. antiq. *forasque exegit* Grut. e Nonio p. 291. *foras exegit* Lamb. in marg. ed. 1584. *claves fecit ademit* Pal. 2. *tabulis* omittunt codd. aliquot; *suas res sibi habere jussit: tabulas fregit: claves ademit: exegit* conj. Garat.—5 Cod. φ *fecit adjutorium.*—6 Vat. Faërn. Lamb. Orell. *quid est enim.* Actutum, *alius Ant.* ψ.

NOTÆ

[k] *Stabula*] Stabulum modo pro diversorio, modo pro lupanari sumitur.

[l] *Tricliniis*] Triclinia loca sunt, in quibus habentur convivia; inde dicta, quod in iis triplex esset lectus ad accumbendum mensis.

[m] *Popinæ*] Loca sunt, in quibus cibi concinnantur et venduntur; et diversorium est libidinis et gulæ.

[n] *Etsi jam negat*] Antonius negat hæc omnia; quare non est de istis quærendum amplius.

[o] *Suas res sibi habere jussit*] Indicat Cicero, inter Antonium et mimam Cytheridem factum esse divortium; nam hæc divortiorum formula fuit, 'Res tuas tibi habeto.' Item, 'Res tuas tibi agito.'

[p] *Ex duodecim tabulis*] Ex lege duodecim tabularum ad faciendum divortium, causa erat exponenda, eaque justa.

[q] *Claves ademit*] Cum primum mariti domum mulieres ingrediebantur, iis a marito claves dabantur, quibus indicabatur eas domus habere potestatem.

[a] *At quam crebro usurpat, 'et consul, et Antonius'*] A notatione nominis in invidiam trahit Antonium, quoniam ipse nomen suum, et dignitatem in legibus et edictis usurpabat: non enim 'consul Antonius,' sed 'consul, et Antonius,' ad majorem sibi auctoritatem conciliandam, apponebat.

Digitized by Google

si dignitas [b] significaretur in nomine; dixisset, credo, aliquando avus tuus se et consulem et Antonium: nunquam dixit: dixisset etiam collega meus, patruus [c] tuus: nisi tu solus es [d] Antonius.[7] Sed omitto ea peccata, quæ non sunt earum partium [e] propria, quibus tu rempublicam vexavisti:[8] ad ipsas tuas partes redeo, id est, ad civile bellum; quod natum, conflatum, susceptum opera tua est.

XXIX. 71. [*p.* 174.] Cur ei bello,[f] tum [propter timiditatem tuam, tum propter libidines,] defuisti?[1] Gustaras [a] civilem sanguinem, vel potius exsorbueras:[b] fueras in acie Pharsalica antesignanus:[2] [g] L. Domitium,[h] nobilissimum et clarissimum virum, occideras: multos, qui de prælio effugerant, quos Cæsar, ut nonnullos,[3] fortasse servasset,

[a] *Effuderas.* [b] *Exhauseras.*

in ante *nomine* delevit Lamb. *aliquando, credo* Vat. Junt. Faërn. Lamb. Orell. Mox, *avus tuus, et consul, et Antonius* de Ferrarii conj. Manut. Steph. Grut. Oliv. *avus tuus, et consulem, et Antonius* Colot. *avus tuus, se consulem, et Antonium* O φ ψ. *numquid dixit* Muret.—7 Vat. Colot. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *nisi tu es solus Ant.* Colon. *nisi tu esses solus Ant.* cod. Græv. *nisi solus Ant.* alii codd. ap. Græv. *nisi si solus es Ant.* φ ψ, et edd. vett. *nisi solus es Ant.*—8 Jenens. *vexasti.* Paulo post, *id civile bellum* Colon. *susceptum tua opera est* cod. Græv.

Cap. xxix. 1 Ita edd. ante Muret. item Grut. *Cui bello cum, &c.* Vat. O φ ψ, Muret. Faërn. Lamb. *Cui bello tum, &c.* Græv. et Wernsd.—2 Cod. Græv. *fueras in arce ante signa nostra.* Mox, *clarissimum et nobilissimum* Vat. Junt. Muret. Orell. *multosque præterea qui e prælio* Vat. *multoque præterea qui e prælio* Muret. Faërn. Lamb. *multosque qui de prælio* φ ψ.—3 φ *Cæsar*

NOTÆ

[b] *Si dignitas*] Si aliqua fuisset dignitas in Antonii nomine, avus ejus M. Antonius orator, qui consul fuit, dixisset se, 'et consulem, et Antonium.'

[c] *Patruus*] C. Antonius, qui cum Cicerone consul fuit.

[d] *Nisi tu solus es*] Id est, nisi dicas solum te nominari Antonium.

[e] *Earum partium*] Per illas partes, Cæsarianas intelligit, quas secutus est Antonius.

[f] *Cur ei bello*] Confecto bello Alexandrino, quod a Cæsare post victoriam Pharsalicam susceptum est, novum contra Scipionem et Catonem in Africa suscepit, quo non est secutus Cæsarem Antonius.

[g] *Antesignanus*] Dicitur antesignanus, qui ante signa pugnat: vult autem significare, in sola pugna Pharsalica fuisse Antonium, ubi sinistrum cornu duxit.

[h] *L. Domitium*] L. Domitius Ænobarbus, genere et rebus gestis vir clarissimus, jussus fuerat a senatu Cæsari in Gallias succedere ante bellum civile.

Digitized by Google

crudelissime persecutus trucidaras. Quibus rebus tantis talibus gestis, quid fuit causæ, cur in Africam Cæsarem non sequerere, cum præsertim belli pars tanta restaret? Itaque quem locum apud ipsum Cæsarem post ejus ex Africa reditum obtinuisti? quo numero[c] fuisti? Cujus tu imperatoris quæstor fueras, dictatoris magister equitum, belli princeps, crudelitatis auctor, prædæ socius, testamento,[4] [i] ut ipse dicebas, filius, appellatus es[k] de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione[d] debebas. 72. Primo respondisti plane ferociter:[e] et (ne omnia videar contra te) propemodum æqua et justa dicebas. A me C. Cæsar pecuniam?[5] [l] cur potius, quam ego ab illo? an ille sine me vicit? at ne potuit quidem. Ego ad illum belli civilis causam attuli:[f] ego leges perniciosas rogavi: ego arma contra consules imperatoresque populi Romani, contra senatum populumque Romanum, contra Deos patrios,[m] arasque, et focos,[n] contra patriam tuli.[6] Num sibi soli vicit? Quorum facinus est[7] commune,[o] cur non sit eorum

[c] *Gradu.* [d] *Emtione.* [e] *Arroganter.*
[f] *Auctor ei fui belli civilis.*

ut nullos; al. ap. Græv. *Cæsar nonnullos.*—4 Ita Vat. O φ ψ, Muret. Lamb. Wernsd. Orell. *testamenti* codd. plerique, Junt. Faërn. *ut dicebas ipse* Vat. Muret. Faërn. Lamb. *ut ipse dicebat* φ ψ, Junt. *ut dicebat ipse* codd. Græv. Colon. Grut. Mox, *pro refectione* cod. Græv. *pro defectione* Colon. *debeas* ψ.—5 *A me Cæsar pecuniam requirit* cod. Græv. Statim, *an sine me ille vicit* Vat. Muret. Faërn. Lamb. *an sine me vicit ille* Colon. *ac ne potuit* codd. Græv. Colon. alii codd. *an ne* φ ψ.—6 Cod. ψ omittit *tuli.*—7 Cod. φ omit-

NOTÆ

[i] *Testamento*] Jactabat Antonius se a Cæsare adoptatum.

[k] *Appellatus es*] Appellare debitorem, pro eo quod crebrius dicitur, interpellare, id est, ab eo id quod debet, reposcere. Itaque Antonius interpellatus est a Cæsare, ut pecuniam sibi debitam redderet pro Pompeii bonis.

[l] *Cæsar pecuniam*] Nempe Cæsar potest a me pecuniam petere?

[m] *Contra Deos patrios*] Aut Deos penates intellige, aut Deos quos habebat domesticos patria.

[n] *Focos*] Focos vocat res necessarias omnes, sine quibus vivere non possunt homines; vel etiam focum, ubi æternus ille ignis a Vestalibus fovebatur.

[o] *Quorum facinus est commune*] Non

Digitized by Google

præda communis?[5] Jus postulabas:[p] sed quid ad rem? plus ille poterat. 73. Itaque, excussis[g] [8] tuis vocibus, et ad te, et ad prædes[q] tuos, milites misit; cum repente, a te præclara illa tabula[r] prolata, qui risus hominum![9] tantam esse tabulam, tam varias, tam multas possessiones, ex quibus, præter partem Miseni,[s] nihil erat, quod is, qui auctionaretur, posset suum dicere. Auctionis vero miserabilis aspectus: vestis Pompeii non multa, eaque maculosa; ejusdem quædam argentea vasa collisa;[h] sordida mancipia;[10] ut doleremus quicquam esse ex illis reliquiis, quod videre possemus. 74. Hanc tamen auctionem hæredes L. Rubrii[t] decreto Cæsaris prohibuerunt. Hærebat[i] nebulo:[u] quo se verteret, non habebat. Quin his[11] ipsis temporibus[x] domi Cæsaris percussor, ab isto missus,[y] deprehensus dicebatur esse cum sica: de quo Cæsar in senatu, aperte in te invehens, questus est. Proficiscitur in His-

[g] *Examinatis.* [h] *Attrita.* [i] *Dubitabat.*

tit *est.* Mox, *eorum* suspectum Ernestio.—8 Codd. aliquot, etiam ψ, Ven. 1483. Junt. Hens. Schutz. *exclusis.* Mox, *ad prædas tuas milit.* codd. Grævii et edd. vett. *tuos pedes* O φ ψ.—9 Ita Vat. O φ ψ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *prolata, qui risus hominum de te erat* codd. plerique, Junt. Manut. Grut. Statim, *tam multas esse possessiones* Colon.—10 Ita Colon. *sordidata mancipia* plurimi codd. et edd. ante Ernesti, item Orell. *sordidata mancupia* codd. Græv.—11 Ita Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *Quippe in his* O φ ψ, al. ap. Græv. Junt. Grut. *Quippe his* edd. vett. *Cæ-*

NOTÆ

solus bellum intulit patriæ Cæsar; sed Antonius, et reliqui qui cum illo erant: quare devictæ illius spolia ad eos omnes pertinere debent.

[p] *Jus postulabas*] Ironia, quasi æqua, et sibi debita postularet Antonius.

[q] *Et ad prædes*] Prædes in re numeraria appellantur qui vades in re capitali sponsores dicuntur.

[r] *Præclara illa tabula*] Tabulam intelligit bonorum Pompeii, quam obtulit Antonius, ut pretium sectionis dissolveret.

[s] *Præter partem Miseni*] De hac re superius.

[t] *Hæredes L. Rubrii*] Illi hæredes, decreto Cæsaris interposito, auctionem prohibuerunt, quia Antonius bona eorum acceperat.

[u] *Nebulo*] Ex Pompeio Festo, 'Nebulo est, qui non pluris est quam nebula; aut qui non facile perspici potest, qualis sit, nequam, nugator.'

[x] *Ipsis temporibus*] Quibus nempe hæc auctio fiebat.

[y] *Ab isto missus*] Ab Antonio.

Digitized by Google

paniam[a] Cæsar, paucis tibi ad solvendum, propter inopiam tuam, prorogatis diebus: ne tum[12] quidem sequeris. Tam bonus gladiator[a] rudem tam cito accepisti?[b] Hunc igitur quisquam, qui in suis partibus, id est, in suis fortunis,[h] tam timidus fuerit, pertimescat? XXX. 75. Profectus est tandem aliquando[1] in Hispaniam: sed tuto, ut ait, pervenire non potuit. Quonam modo igitur Dolabella pervenit? Aut non suscipienda fuit ista causa,[c] Antoni; aut, cum suscepisses, defendenda usque ad extremum. Ter depugnavit Cæsar[d] cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania: omnibus affuit his pugnis Dolabella: in[2] Hispaniensi etiam[e] vulnus accepit. Si de meo judicio quæris; nollem: sed tamen consilium a primo reprehendendum, laudanda constantia. Tu vero quid censes?[3] Cn. Pompeii liberi primum[4] patriam repetebant: esto: fuerit hæc[f] partium causa communis. Repetebant præterea Deos patrios,[5] aras, focos,[g] larem suum familiarem; in quæ tu in-

[h] *Quorum erat justa possessio.*

saris percursor cod. Græv. *ab isto* pro gloss. habet Ernesti.—12 Grævii cod. *ne tu.*

Cap. xxx. 1 *Profectus est aliquando tandem* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *P. est tamen aliq.* Junt.—2 Vat. O, Faërn. Lamb. omittunt *in*. Paulo post, *a principio reprehend.* Junt.—3 *Tu vero quid es* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *Tu vero quis es* codd. Grævii, Junt. Grut. *Tu vero quid censes* O φ ψ, Manut. Steph.—4 Vat. *tum primum.*—5 *Deos penates, patrios* O φ ψ,

NOTÆ

[1] *Proficiscitur in Hispaniam*] Confecto bello Africano, profectus est Cæsar in Hispaniam, ubi filius Pompeii ingentem confecerat exercitum, ut patris mortem ulcisceretur.

[a] *Tam bonus gladiator*] Vocat Antonium gladiatorem, quia civium sanguinem in bello civili effuderat.

[b] *Rudem tam cito accepisti*] Rudis fœminino genere virga est, qua donati gladiatores emeriti erant, neque deinceps cogi ad prælium poterant.

[c] *Ista causa*] Cæsaris videlicet.

[d] *Ter depugnavit Cæsar*] Primo pugnavit in Thessalia cum Pompeio ad Pharsalum; in Africa cum Scipione et Juba ad Thapsum; in Hispania cum liberis Pompeii ad Mundam.

[e] *In Hispaniensi etiam*] Ad Mundam fluvium vulneratus est Dolabella, et desperatis fere rebus, de morte sibi violenta afferenda Cæsar cogitavit.

[f] *Fuerit hæc*] Patria communis erat Pompeianis et Cæsarianis.

[g] *Focos*] Ad focos sacra fiebant

Digitized by Google

vaseras. Hæc cum repeterent[6] armis ii, quorum erant legibus; etsi in rebus iniquissimis quid potest esse æqui? tamen erat æquissimum,[h] contra Cn. Pompeii liberos Cn. Pompeii pugnare te sectorem.[7] 76. An tu[8] Narbone[i] mensas hospitum convomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret?[k]

Qui vero Narbone[9] reditus?[l] et tamen quærebat, cur ego ex ipso cursu tam subito revertissem. Exposui nuper, patres conscripti,[10] causam reditus mei: volui, si possem, etiam ante Kalendas Jan. prodesse reipublicæ. [p. 175.]

edd. vett. et Orell. *penates* deest in Vat. *in quencumque invaseras* Vat. unde *in quæcumque tu invaseras* Muret. *in quæ cuncta tu invaseras* conj. Orell. *in* omittunt codd. Grævii.—6 Ita codd. aliquot Ferrarii, O, Nang. Faërn. Lamb. seqq. *peterent* Vat. φ ψ, Junt. Muret.—7 *Tamen quem erat æq. contra Cn. Pompeii liberos pugnare? quem? Te sectorem* Vat. Manut. Wernsd. Orell. *tamen erat æq. contra Cn. Pompeii liberos Cn. Pompeii pugnare sectorem* Junt. Faërn. Lamb. 'Præferenda proculdubio lectio Vat. etsi ex ceterorum codd. auctoritate, transpositis tantum verbis, leg. videtur, *te, Cn. Pompeii sectorem.*' Orell. *tamen erat æq. contra Pompeii liberos non contra Pompeii sectorem pugnare* Græv. *tamen erat æq. contra Cn. Pompeii liberos pugnare sectatorem* Franc. *tamen erat æq. contra Cn. liberos Cn. Pompeii pugnare sectorem* Amstel. *sectatorem* O.—8 *An ut* φ. *Narbonæ* edd. vett. *Narbone hospitium convomeres* cod. Græv. *N. in mensas hospitum cum vomeres* al. ap. Græv. *Narbone mensas h. cum vomeres* φ ψ.—9 *Narbona* φ ψ, et cod. Græv. *Narbonem* Faërn. Muret. Lamb. Manut. Statim, *etiam quærebat* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Manut. Orell. *et tam quærebat* Teeg. *jam quærebat* O, et cod. Græv. *nam quærebat* al. ap. Græv. *quærebas* conj. Faërn.—10 *Exposui nuper patribus conscriptis* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Mox, *volui etiam si possem* edd. vett.

NOTÆ

Diis Laribus, quos præcipua religione familiæ venerabantur, iisque aras consecrabant.

[h] *Tamen erat æquissimum*] Non iniquum esse videbatur, si pugnaret Antonius pro rebus non reddendis, quas sibi proprias vindicaverat, utpote quas a Cæsare redemerat in auctione.

[i] *Narbone*] Narbo, qui olim Marcius dictus est, Galliæ Braccatæ olim nobilissimum emporium, et colonia Romanorum.

[k] *Pro te in Hispania dimicaret*] Cum dimicaret Dolabella, in Hispania, Antonius Narbone crapulæ se dabat.

[l] *Qui vero Narbone reditus*] Arguerat reditum Ciceronis Romam Antonius; at ostendit, longe turpissimum ex Gallia Antonii fuisse: rediit enim Cicero ut patriæ consuleret in electione consulum; at Antonius rediit, quia audivit Cæsarem interfectum esse; et domum noctu venit veste servili indutus.

Digitized by Google

Nam, quod quærebas, quomodo redissem; primum luce, non tenebris; deinde cum calceis[11] et toga,[m] nullis nec Gallicis,[n] nec lacerna.[o] At etiam aspicis me, et quidem, ut videris, iratus. Næ[a] tu jam mecum[12] in gratiam redeas, si scias, quam me pudeat nequitiæ tuæ, cujus te ipsum non pudet: ex omnibus omnium flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi: qui magister equitum fuisse tibi viderere,[p] in proximum annum consulatum peteres, vel potius rogares;[b] is per[13] municipia coloniasque Galliæ,[q] a qua nos tum, cum consulatus petebatur, non rogabatur, petere consulatum solebamus, cum Gallicis et lacerna cucurristi. XXXI. 77. At videte levitatem hominis.[1] Cum hora diei decima fere[2] [r] ad Saxa Rubra[s] venisset, de-

[a] *Certe.* [b] *Flagitares.*

—11 Cod. Græv. *cum calcetis*. Pro *Gallicis*, plerique codd. etiam Vat. O φ ψ, edd. vett. Hervag. Muret. *caligis*. Lectio nostra est e Gellio N. A. XIII. 21. —12 Ita codd. Ferrarii, O φ ψ, Faërn. Lamb. seqq. *mecum jam* edd. vett. Junt. Muret. *Nec tu mecum* Colon. *Nec* etiam φ. Paulo post, *ex omnium omnibus* Vat. Junt. Muret. Faërn. Deinde, *audivi*, *quam quod*, *qui magister*, *&c.* edd. vett. Junt. Muret.—13 Rom. Junt. *idque per;* Vat. Muret. Faërn. omittunt *is*. Mox, *Galliæ, qua* Vat. Muret.

CAP. XXXI. 1 Ita Vat. Junt. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *hominis* deest in multis codd. et edd. etiam in Venet. 1483. et Muret.—2 Vat. Muret. *fere*

NOTÆ

[m] *Cum calceis et toga*] De calceis dictum est.

[n] *Nec Gallicis*] Gallicæ fuerunt soleæ et calceamenta effœminatorum hominum, quibus uti viros indecorum erat.

[o] *Lacerna*] Lacerna idem est ac penula, et vestimenti genus brevius, quo milites utebantur: indecorum autem fuit senatorem cum lacerna et Gallicis ad comitia consulatum petiturum venire.

[p] *Magister equitum f. t. viderere*] Non sibi videri debet revera fuisse verus magister equitum Antonius, quia hanc dignitatem oppressa republica obtinuit.

[q] *Coloniasque Galliæ*] Cum audiit Antonius redire e Gallia Cæsarem in urbem, ad eum venit ille, ut favore municipiorum, et coloniarum quæ erant in Gallia, illius in consulatu collega fieret; nam municipia et coloniæ jus habebant civitatis, et dandi suffragii in comitiis consularibus; ad quæ cum Gallicis et lacerna venit rogaturus, ut pro se apud Cæsarem intercederent. Id autem vehementer arguit Cicero quasi alienum a more consuetudineque Romanorum, qui non rogare, sed petere consulatum solebant a viris probis: peti quidem poterat, sed non erat precibus efflagitandus.

Digitized by Google

lituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans, perpotavit ad vesperam: inde cisio[t] celeriter ad urbem advectus, domum venit capite involuto. Janitor,[3] Quis tu? a Marco[u] tabellarius. Confestim ad eam,[x] cujus causa venerat, deducitur, eique epistolam tradit:[4] quam cum illa legeret flens, (erat enim amatorie scripta: caput[c] autem literarum, sibi cum illa mima[y] posthac nihil futurum: omnem se amorem abjecisse illinc,[d] atque in hanc transfudisse) cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit: caput aperuit;[e] in collum invasit. O hominem nequam![z] (quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum[5] dicere) ergo, ut te catamitum,[a] nec opinato cum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, idcirco urbem terrore nocturno,[b] Italiam multorum dierum metu pertur-

[c] *Initium.* [d] *Ab ea.* [e] *Detexit.*

decima. Mox, *ad vesperam* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell. Tum, *inde celeriter advectus* cod. Græv. *inde Cassia* al. ap. Græv. *capite obvoluto* Vat. Faërn. Lamb. *ore involuto* Gell. VII. 11.—3 *Janitor rogat* Gell.—4 Vat. Muret. Lamb. Wernsd. Orell. *venerat; eique epistolam tradidit;* alii codd. Junt. Faërn. *venerat, ducitur, eique . . . tradidit;* Gell. Grut. *venerat, deducitur: eique . . . tradit;* sed Gellii cod. Barberin. habet *tradidit;* Manut. *transdidit.* Mox, *scripta amatorie* Gell. Vat. Muret. Faërn. Orell. Paulo post, pro *illinc* Lamb. e vestigiis codd. legit *illim*, probante Garat. eumque secuti sunt Wernsd. Orell. *illi non* Vat. *illi* Gellii codd. *illius* Gellii edd. *objecisse illinc* Colon.—5 Junt. Muret. *nihil aliud possum;* Gell. *nequam! Nihil*

NOTÆ

[r] *Diei decima fere*] Romani veteres diem in horas duodecim, et noctem in totidem dividebant: quare horas inæquales, et æstate quidem diurnas longiores, breviores nocturnas; hyeme contra, nocturnas longiores, breviores diurnas habuerunt. Cum autem sol medium cursus spatium confecerat, sextam horam numerabant; per decimam autem quarta nostra serotina intelligenda est.

[s] *Ad Saxa Rubra*] Saxa Rubra locus est in Via Cassia inter urbem et Veios. Vide Liv. lib. II. Ibi ceciderunt Fabii trecenti.

[t] *Inde cisio*] Cisium genus rhedæ celerrimum est.

[u] *A Marco*] Id est, a Marco Antonio tabellarius est.

[x] *Ad eam*] Fulviam indicat.

[y] *Illa mima*] Cytheride, quam Volumniam nominaverat.

[z] *O hominem nequam*] Nemo vir turpior effœminato; et nequam dicitur quasi nequicquam.

[a] *Catamitum*] Catamitus dicitur puer meritorius, ut ait Servius ad Ecl. VIII. qualis fuit Ganymedes.

[b] *Terrore nocturno*] Cum fama fuit in urbem Antonium advenisse, credi-

basti? 78. Et domi quidem causam amoris habuit;[6] foris etiam turpiorem, ne L. Plancus[c] prædes tuos venderet: productus autem in concionem a tribuno plebis, cum respondisses, te rei tuæ causa venisse, populum etiam dicacem in te[f] reddidisti. Sed nimis[7] multa de nugis: ad majora veniamus.

XXXII. Cæsari[1] ex Hispania redeunti obviam longissime processisti: celeriter isti,[a] redisti, ut cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum.[b] Factus es ei rursus,[2] nescio quomodo, familiaris. Habebat hoc[c] omnino Cæsar: quem plane perditum ære alieno egentemque, si eundem nequam hominem audacemque cognorat,[3] hunc in familiaritatem libentissime recipiebat. 79. His igitur rebus præclare commendatus, jussus es renuntiari consul, et quidem cum ipso.[d] Nihil queror[4] de Dolabella,[e] qui tum est

[f] *Convicientem tibi.* [a] *Ivisti.* [b] *Promtum.* [c] *Erat ea indole.*

enim magis proprie possum dicere. Mox, *neque opinato* Græv.—6 Ita codd. etiam Vat. Junt. Muret. Wernsd. Orell. *habuisti* de Ferrarii conjectura Faërn. Lamb. Mox, *prædes suos* Colon. Mauricianus, Wernsd. Orell. *foris turpiorem. Ne L. Plancus prædes tuos venderet productus in concione* Junt. *productus in concionem* codd. Grævii, Vat. Faërn. Lamb. Manut.—7 Codd. Grævii omittunt *nimis.*

Cap. XXXII. 1 C. *Cæsari* Vat Faërn. Statim, *isti et redisti* Faërn. Muret. Manut. Lamb. Grut. *et cognosceret te* Colon.—2 *Factus ei rursus* edd. vett.—3 Junt. Muret. Grut. *cognoverat.*—4 Codd. Græv. et Colon. *equidem*

NOTÆ

derunt omnes mortuum fuisse Cæsarem.

[c] *L. Plancus*] Is est, Plancus, Munatii Planci frater, Ciceroni amicissimus, ad quem plures sunt ejus epistolæ. Cum autem tum reipub. tum Cæsari multas pecunias deberet Antonius, quibus impar erat solvendis, Plancus ille, tribunus plebis, sponsores Antonii se venditurum minatus est: a quo cum urgeretur Antonius, dixit in concione se rediisse, ut rem suam ageret, cui dicenti non credidit populus, persuasus ob mortem Cæsaris rediisse.

[d] *Cum ipso*] Cæsar quartum consul factus est, sibique collegam assumsit Antonium, ut postea Dolabellam sibi substitueret, quia abdicare se consulatu Cæsar.

[e] *Nihil queror de Dolabella*] Cum Antonius videret sibi dari collegam in consulatu Dolabellam inimicissimum, in eum vehementissime invectus est, et re infecta senatus dimissus est. Cumque in eadem semper esset Cæsar voluntate, auguria Antonius objecit.

Digitized by Google

impulsus,[f] inductus, elusus. Qua in re quanta fuerit utriusque vestrum perfidia[5] in Dolabellam, quis ignorat? Ille[g] induxit, ut peteret:[6] promissum et receptum intervertit,[h] ad seque transtulit: tu ejus perfidiæ voluntatem tuam ascripsisti.[d] Veniunt Kalendæ Januariæ:[i] cogimur in senatum: invectus est copiosius multo in istum[k] et paratius Dolabella, quam nunc ego. Hic autem iratus[l] quæ dixit, Dii boni! 80. Primum cum Cæsar[7] ostendisset, se, priusquam proficisceretur,[m] Dolabellam consulem esse jussurum;[n] (quem negant regem,[o] qui et faceret semper ejusmodi aliquid, et diceret) sed cum Cæsar ita dixisset; tum hic bonus augur,[p] eo se sacerdotio[q] præditum esse dixit, ut comitia auspiciis[r] vel impedire vel vitiare[s] posset, idque se facturum esse asseveravit.[8] In quo primum incredibi-

[d] *Addidisti.*

cum ipso nihil. Queror. Statim, *elusus, inductus* multæ edd.—5 Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *quanta f. uterque v. perfidia;* Muret. *qua f. uterque, &c.* —6 Vat. omittit *induxit ut peteret.*—7 *Cum primum Cæsar* Venet. Junt. Muret. Lamb. Mox, *quem negat* Muret.—8 Codd. Græv. *idque se f. esse asseve-*

NOTÆ

[f] *Impulsus*] Dolabella ad petendum consulatum a Cæsare impulsus fuerat, a quo postea deceptus est; nam assumsit collegam Antonium.

[g] *Ille*] Cæsar.

[h] *Intervertit*] Intervertere proprie est rem alicui promissam ad se transferre, et efficere malitiose, ne justo possessori restituatur.

[i] *Kalend. Jan.*] His Kalendis inibant magistratum consules, et senatum boni ominis causa convocabant.

[k] *In istum*] In Antonium invectus est Dolabella, cum non auderet in Cæsarem, a quo deceptus fuerat.

[l] *Hic autem iratus*] Antonius.

[m] *Priusquam proficisceretur*] Cæsar cogitabat de bello Parthis inferendo, et de substituendo sibi Dolabella consule.

[n] *Esse jussurum*] Invidiose hac voce *jussurum* utitur, quasi summum sibi reip. dominatum Cæsar assumsisset; nam pertinebat tantum ad consules interrogare, et ad populum jubere.

[o] *Quem negant regem*] Dicebant illi Cæsarem non regem esse, cum revera rex esset, cum omnia ad arbitrium ageret in repub.

[p] *Bonus augur*] Ironia.

[q] *Sacerdotio*] Auguratum intelligit, qui sacer habebatur.

[r] *Comitia auspiciis*] Sicut intercedere tribuni poterant, ita augures obnuntiare, ne cum populo ageretur.

[s] *Vitiare*] Postquam habita erant comitia, poterant ostendere augures in electione consulum vitium aliquod, vel defectum fuisse, v. g. quod de cœlo servatum non sit, quod tonuerit, pluerit, &c.

Digitized by Google

lem stupiditatem[9] hominis cognoscite. 81. Quid enim? istuc,[10] [t] quod te sacerdotii jure facere posse dixisti, si augur non esses, et consul esses, minus facere potuisses?[u] Vide ne etiam facilius:[x] nos[y] enim nuntiationem[z] solum habemus; consules et reliqui magistratus etiam spectionem.[11] Esto:[a] hoc imperite: nec enim est ab homine nunquam sobrio postulanda prudentia: sed videte impudentiam. [*p.* 176.] Multis ante mensibus in senatu dixit, se[12] Dolabellæ comitia aut prohibiturum auspiciis, aut id facturum esse, quod fecit. Quisquamne divinare[e] potest,[13] quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de cœlo servare[b] constituit? quod neque licet comitiis per leges,[c] et, si quis servavit, non habitis[f] comitiis, sed priusquam habeantur, debet nuntiare. Verum implicata inscitia[d] impudentia

[e] *Prævidere.* [f] *Completis.*

raverat; Colon. *idque facturum asseveravit.*—9 Codd. Grævii *cupiditatem.*—10 *Quid enim? istud* Vat. Muret. Faërn. Lamb. *Quid enim est istud* al. ap. Orell. *Etenim istuc* Junt.—11 Ita Colot. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *inspectationem* Vat. Venet. 1483. *inspectionem* plurimi codd. etiam Græviani, Junt. Grut. *electionem* al. ap. Græv.—12 Al. omittunt *se.* Statim, *esse* omittit Jenens.—13 Vat. Muret. *posset.* Paulo post, *et, si qui* Vat. Muret. Faërn. Lamb. *non comitiis habitis* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Orell.—

NOTÆ

[t] *Istuc*] Ostendit stultitiam Antonii, quia ignoravit quid sit augurium.

[u] *Minus facere potuisses*] Id est, multo plus impedire consul comitia potuisses.

[x] *Vide ne etiam facilius*] Id est, multo facilius potuisses facere.

[y] *Nos*] De se loquitur, quia inter augures ascriptus fuerat.

[z] *Nuntiationem*] Poterant tantum augures obnuntiare quod tonuerit, quod pluerit, &c. at vero senatus, et consules inspicere, et judicare an impediri possit, quod obnuntiatum est.

[a] *Esto*] Concedit se Antonium imprudentiæ arguisse, quam jam in eo singularem esse confirmat. Nam multis ante mensibus Dolabellæ minatus erat, aut prohibiturum auspiciis comitia, aut per se prohibiturum.

[b] *De cœlo servare*] Id est, auspicia cœlum observando captare.

[c] *Per leges*] Lex Ælia et Fufia vetabat de cœlo servare, dum agebatur cum populo, quia id ante fieri conveniebat.

[d] *Implicata inscitia*] Implicatam inscitiam Antonii ait, quia admixtam habet impudentiam: inscitia illius singularis est, quia rationem auguriorum ignorat; impudentia vero, quia minatur se impediturum, quod sine causa prohibere non potest, et de fa-

Digitized by Google

est,[14] nec scit quod augurem, nec facit quod pudentem decet. 82. Atque ex illo die recordamini ejus usque ad Idus Martias[e] consulatum. Quis[15] unquam apparitor[f] tam humilis, tam abjectus? nihil ipse poterat: omnia rogabat:[g] caput in aversam lecticam[h] inserens, beneficia, quæ venderet,[i] a collega petebat. XXXIII. Ecce Dolabellæ comitiorum dies:[k] sortitio prærogativæ;[l] quiescit:[m] renuntiatur;[n] tacet: prima classis[o] vocatur; renuntiatur:[p] deinde, ut assolet,[1] suffragia:[q] tum secunda classis: quæ omnia citius sunt facta, quam dixi. 83. Confecto negotio, bonus augur[r] (Lælium[2] diceres) 'alio die'[s] inquit. O impu-

14 Vat. Lang. codd. Ferrarii, cod. unus Oxon. Muret. Faërn. Lamb. Heus. Orell. *inscientia impudentia est*; cod. Ursin. *impudentiæ*; Colon. Franc. Amstel. omittunt *est*. Actutum, *si nec scit* φ. *sines scit* ψ.—15 *Qui* Vat. Orell. Mox, *in adversam* Junt. Grut.

CAP. XXXIII. 1 Vat. Muret. Faërn. Lamb. *ita ut assolet*. Mox, *suffragiatum secunda* Vat. O φ ψ. *deinde, ut assolet, suffragiatum secunda classis vocatur* Faërn. Lamb. Wernsd. *suffragiatum* conj. etiam Augustin. *vocatur* deest in codd. aliquot. Deinde, *sunt citius* Vat. Muret. Faërn.—2 *C. Lælium* Vat.

NOTÆ

turis se divinaturum dixit.

[e] *Ad Idus Martias*] Hoc tempore Cæsar interfectus est.

[f] *Quis unquam apparitor*] Apparitor dicitur, qui jussa principum vel magistratuum exequitur.

[g] *Omnia rogabat*] Antonius omnia rogabat Cæsarem.

[h] *In aversam lecticam*] Lecticam, qua Cæsar vehebatur, comitabatur Antonius.

[i] *Quæ venderet*] Gratis accipiebat Antonius a Cæsare beneficia, quæ postea aliis vendebat.

[k] *Ecce Dolabellæ comitiorum dies*] Cum Cæsar ad Parthos profecturus esset, proxime voluit consulatum abdicare, et dari Dolabellæ: quare ad comitia populus convocatus est.

[l] *Sortitio prærogativæ*] Supple 'fit.' Duo fuerunt genera tribuum, quæ suffragium ferebant; alteræ prærogativæ dicuntur, alteræ jure convocatæ. Prærogativæ sunt, quæ primæ ferunt suffragium; aliæ quæ jure convocatæ sunt, secundo loco, quæ ex magna parte prærogativarum suffragium sequebantur in creandis magistratibus.

[m] *Quiescit*] Nihil agit Antonius.

[n] *Renuntiatur*] Consul fit Dolabella, et nihil agit Antonius.

[o] *Prima classis*] Prima classis vocatur per præconem ad ferendum suffragium: observa autem quasque tribus in quinque classes, classes vero in centurias fuisse distributas.

[p] *Renuntiatur*] Id est, primæ classis suffragio Dolabella consul renuntiatur.

[q] *Suffragia*] Nempe colliguntur de more suffragia.

[r] *Bonus augur*] Antonium ironice comparat cum Lælio augure sapientissimo, cujus summa fuit nominis auctoritas in repub. De hoc Cic. in Claris Orat. loquitur.

[s] *Alio die*] Cum vidit Antonius Dolabellam consulem electum, tunc eli-

Digitized by Google

dentiam singularem! Quid videras?[t] quid senseras? quid audieras? nec enim te de cœlo servasse dixisti, neque hodie[3] dicis. Id igitur obvenit vitium,[u] quod tu jam Kalendis Januariis futurum esse provideras,[4] et tanto ante prædixeras. Ergo, hercule, magna, ut spero, tua potius quam reipublicæ calamitate, ementitus es auspicia:[x] obstrinxisti populum Romanum[y] religione;[5] augur auguri,[z] consul consuli nuntiasti. Nolo plura, ne acta Dolabellæ videar convellere;[ε] quæ necesse est aliquando ad nostrum collegium[a] deferantur. 84. Sed arrogantiam hominis insolentiamque cognoscite: quamdiu tu voles, vitiosus consul[b]

[ε] *Rescindere.*

Muret. Orell.—3 Vat. Muret. Orell. *neque enim te de c. s. d. nec hodie;* Faërn. Lamb. *neque ... neque hodie.*—4 Ita Vat. et Orell. *prævideras* O ψ, Junt. Lamb.—5 Vat. alii codd. Muret. Faërn. Junt. Wernsd. *religione populum Romanum.* Pro *nuntiasti,* quod servant codd. aliquot, Junt. et Wernsd. in

NOTÆ

gendum alio die dixit esse, quasi vitiose creatus esset.

[t] *Quid videras*] Jam impudentiam Antonii vituperat, qui cum nec aves vidisset, nec sensisset pluvias aut terræ motum, nec audivisset tonitru, ausus est tamen comitia illa consularia, tanquam vitiosa, reprehendere.

[u] *Obvenit vitium*] Cum Cæsar sibi collegam Antonium assumsisset, statuissetque statim consulatum abdicare, renuntiari consulem Dolabellam voluit: at Antonius objecit auguria, utpote offensus Dolabellæ, quem non posse consulem fieri sine magna reipub. calamitate dixit, neglecta præsertim auguriorum religione. Ait autem Cicero quod prævisum ab Antonio vitium evenerit, sed quod prædicta calamitas in eum potius, quam in remp. recidet.

[x] *Ementitus es auspicia*] Finxit auspicia Antonius, cum revera nulla essent, quibus a consulatu Dolabella prohiberetur.

[y] *Obstrinxisti populum Rom.*] Deorum metu et ira populum Rom. perculit Antonius, cum dixit ab eo contra auspiciorum religionem Dolabellam renuntiatum esse consulem.

[z] *Augur auguri*] Antonius augur erat, et consul; et Cæsar augur etiam, et consul. Consules autem inter se et vitiare et retinere auspicia poterant. Alii autem magistratus inferiores obnuntiare consulibus non poterant.

[a] *Ad nostrum collegium*] Augurum collegium intelligit, ad quos videlicet pertinebat statuere de vitiis auspiciorum.

[b] *Vitiosus consul*] Vitiosus consul dicitur, in cujus creatione vitium aliquod obvenit, cum aliquid animadversum est, ut cum pluit, vel fulgur visum est, vel aliquid ejusmodi evenit. Salva autem auspicia dicuntur, in quibus nihil tale accidit.

Digitized by Google

Dolabella; rursus, cum voles, salvis auspiciis creatus. Si nihil est,[c] cum augur iis[6] verbis nuntiat, quibus tu nuntiasti; confitere te, cum 'alio die' dixeris, sobrium non fuisse: sin est aliqua[d] vis in istis verbis, ea quæ sit, augur[7][e] a collega requiro.

Sed, ne forte ex multis rebus gestis, M. Antonii rem unam pulcherrimam[a] transiliat oratio, ad Lupercalia[f] veniamus. XXXIV. Non dissimulat, patres conscripti: apparet esse commotum: sudat, pallet: quidlibet, modo ne nauseet,[b] faciat, quod in porticu Minutia[1][g] fecit. Quæ potest esse turpitudinis tantæ defensio?[2] cupio audire; ut videam, ubi rhetoris[h] tanta merces, ubi campus Leontinus appareat. 85. Sedebat in Rostris[i] collega[3] tuus,[k] amictus toga purpurea,[l] in sella aurea, coronatus:[m] ascendis,[n] ac-

[a] *Turpissimam.* [b] *Evomat.*

ed. min. *obnuntiasti* Vat. O φ, Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell.—6 Junt. Muret. *his.* Statim, *tu* deest in Grut.—7 Cod. φ *auguris.*

Cap. XXXIV. 1 *Minicia* ψ.—2 Idem cod. *tanta defensio.*—3 Cod. φ omit-

NOTÆ

[c] *Si nihil est*] Si nihil ab augure servatum est.

[d] *Sin est aliqua*] Si quid est servatum quod nuntiandum esset.

[e] *Augur*] Ego qui sum augur.

[f] *Lupercalia*] Lupercalia sacra quædam fuerunt, quæ mense Februario a Lupercis, id est sacerdotibus Panos, in ejus honorem celebrabantur. Nam, ut ait Servius in Æneid. VIII. dum illa peragerentur quondam, pecora Romanorum subito a latronibus rapta sunt. Illi, projectis vestibus, latrones persecuti sunt, quibus oppressis, ac receptis pecoribus, propter rem bene gestam a nudis, consuetudo invaluit, ut nudi Lupercalia celebrarent. Eorum primus institutor Romulus a Valerio Max. dicitur; vultque in memoriam Romuli et Remi nutritorum a lupa celebrari.

[g] *Porticu Minutia*] Porticus illa Minutia in nova urbis regione fuit, quæ Minutia vel a porta dicta est, vel ab ara juxta illam, quæ Minutio sacra fuit, quem Deum Romani colebant.

[h] *Ubi rhetoris*] Sextum Clodium intelligit, rhetorem suum, de quo supra.

[i] *In Rostris*] Rostra erant in foro Rom. ubi habebantur conciones ad populum.

[k] *Collega tuus*] Julius Cæsar in Rostris sedebat: ad eos vero tantum pertinuit sedere, qui judicabant.

[l] *Toga purpurea*] Toga purpurea regum erat, et triumphantium.

[m] *In sella aurea, coronatus*] Sella aurea reges utebantur, quam etiam Cæsari senatus decrevit, cum potestate perpetuo lauream coronam, et

Digitized by Google

cedis ad sellam,[o] (ita eras Lupercus,[p] ut te consulem esse meminisse deberes) diadema[q] ostendis: gemitus toto foro.[r] Unde diadema? non enim abjectum sustuleras, sed attuleras domo meditatum et cogitatum scelus:[s] tu diadema imponebas cum plangore[c] populi; ille cum plausu rejiciebat:[4] tu ergo unus, scelerate, inventus es, qui cum auctor regni esses, eum, quem collegam habebas, dominum habere velles; et idem tentares,[d] quid populus Romanus ferre et pati posset. 86. At etiam misericordiam captabas: supplex te ad pedes abjiciebas: quid petens? ut servires? tibi uni peteres,[t] qui ita a puero vixeras, ut omnia paterere, ut facile servires: a nobis populoque Romano mandatum id certe non habebas. O præclaram illam eloquentiam tuam, cum es nudus concionatus![u] Quid hoc turpius? quid fœdius?[5] quid suppliciis omnibus dignius? Num expectas,[6] dum te stimulis fodiam? hæc te, si ullam partem sensus habes, lacerat, hæc cruentat oratio. Ve-

[c] *Gemitu.* [d] *Experireris.*

tit *collega.* Mox, *escendis* Vat. Wernsd. Orell. *accendis ad scellam* ψ. *te esse consulem* Junt.—4 Cod. ψ *recipiebat.* Idem cod. mox, et al. ap. Græv. *auctor regni inventus esses.* Tum, *collegam regni habebas* O, Junt. Grut. *et* ante *idem* omittunt Vat. Faërn. Lamb.—5 Colon. omittit *quid fœdius.*—6 *Num expectans*

NOTÆ

aurenm in ludis gestandi.

[n] *Ascendis*] Ascendit ad Rostra Antonius.

[o] *Accedis ad sellam*] In qua sedebat Cæsar.

[p] *Ita eras Lupercus*] Lupercus ab arcendis lupis dicitur; consul vero a consulendo, quia patriæ consulere debet. Lupercorum autem proprium gravitatem præ se ferre; a qua maxime alienus est Antonius.

[q] *Diadema*] Diadema regum est insigne, et fascia quædam, quæ eorum capiti circumligatur. Corona etiam regum est, sed cum hoc discrimine, quod etiam privatis civibus ob rem bene gestam, et triumphantibus concederetur.

[r] *Gemitus toto foro*] Id est, gemitus in foro a toto populo factus est.

[s] *Meditatum et cogitatum scelus*] Non ex improviso ostendit illud diadema, quasi statim repertum, sed per summum scelus, meditatus domi fuerat Cæsari imponere, quo summum ejus in totum populum dominatum ostenderet.

[t] *Tibi uni peteres*] Tolerabile fuisset, si petiisset, ut uni sibi servire licuisset.

[u] *Nudus concionatus*] Luperci nudi incedebant in Lupercalibus; et cum Lupercus esset Antonius, merito dicit nudum concionatum esse.

Digitized by Google

reor, ne imminuam virorum summorum[7] gloriam: dicam tamen dolore commotus. Quid indignius, quam vivere eum,[8] qui imposuerit diadema, cum omnes fateantur jure interfectum esse,[x] qui abjecerit? 87. [*p.* 177.] At etiam ascribi[9] jussit in fastis[y] ad Lupercalia,[z] 'C. Cæsari, dictatori perpetuo,[a] M. Antonium, consulem, populi jussu regnum detulisse,[b] Cæsarem uti noluisse.' Jamjam minime miror, te otium perturbare: non modo urbem odisse, sed etiam lucem: cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem[c] vivere. Ubi enim tu in pace consistes? qui locus tibi in legibus et in judiciis[10] esse potest, quæ tu, quantum in te fuit, dominatu regio sustulisti? Ideone L. Tarquinius[d] exactus,[11] Sp. Cassius,[e] Mælius,[f] M. Man-

cod. Græv. Statim, *stimulis fodiamus* Vat. Muret. Deinde, *habes sensus* Vat. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Oreil. *habet sensus* Colon. *hæc te cruentat oratio* cod. Græv. *hæc cruciat oratio* alii codd. ap. Græv.—7 Ita Junt. Wernsd. Grut. *summorum virorum* codd. Grævii, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Oreil.—8 Ita Vat. Junt. Muret. Faërn. Orell. *Nonne indignus tu tueri* codd. Græv. Colon. a m. sec. Ferrar. Pall. *Nonne indignissimum est, hunc vivere* Garat. *Nonne indignum est vivere eum* de Ferrarii conj. Lamb. *Indignissimum est vivere eum* Schutz. Wernsd. *Indignissimum est hunc vivere* Wernsd. in ed. min.—9 Edd. quædam vett. *inscribi*.—10 Grut. et al. vett. *in legibus et judiciis*.—11 Codd. Grævii, *regno pulsus, exactus;* alii codd. ap. Græv.

NOTÆ

[x] *Interfectum esse*] Cæsar interfectus fuit a Bruto et Cassio, ceterisque conjuratoribus, quia regium sibi dominatum vindicare videbatur, cujus tamen respuit insignia. At Antonius longe dignior morte fuit, qui ei illud voluit imponere.

[y] *In fastis*] Fasti libri sunt, quibus anni totius descriptio continetur, et in quos acta consulum referebantur.

[z] *Ad Lupercalia*] Designat tempus, quibus hoc diadema ab Antonio Cæsari oblatum est. Sic in Epist. Cic. ad Brut. 'Decrevi ut in fastis ad eum diem Bruti nomen ascriberetur.'

[a] *Dictatori perpetuo*] Invidiose dicit inscripsisse, 'dictatori perpetuo,' quia dictator in discordiis civium tantum ad sex menses creabatur.

[b] *Populi jussu regnum detulisse*] Turpiter mentitur Antonius populum imperium regni Cæsari detulisse.

[c] *De die, s. e. in diem*] De die in diem vivere dicuntur, qui diei tantum præsentis rationem habent, et de crastino non cogitant: quod latrones, et imprudentissimi quique faciunt.

[d] *L. Tarquinius*] Is septimus et ultimus fuit regum Romanorum, qui a L. Bruto ejectus est.

[e] *Sp. Cassius*] Cum ille Cassius pro frumento Siculo pecuniam acceptam populo dedisset, necatus est. Vide Liv. lib. II.

[f] *Mælius*] Mælius eques Rom. cum

Digitized by Google

lius,[g] necati, ut multis post sæculis, a M. Antonio, quod fas non est, rex Romæ constitueretur? Sed ad auspicia redeamus.

XXXV. 88. De quibus rebus Idibus Martiis fuit in senatu Cæsar acturus,[h] quæro tum tu quid egisses.[1] Audiebam quidem[2] te paratum venisse, quod me de ementitis[i] auspiciis, quibus tamen parere necesse erat, putares esse dicturum. Sustulit illum diem fortuna[e] populi Romani:[3] num etiam tuum de auspiciis judicium interitus Cæsaris[k] sustulit? Sed incidi in id tempus,[l] quod iis rebus, in quas ingressa erat oratio, prævertendum non est.[4] Quæ tua fuga![m] quæ formido illo die![5] quæ propter conscientiam scelerum desperatio vitæ! cum ex illa fuga, beneficio eorum,[n] qui te, si sanus esses, salvum esse voluerunt, clam

[e] *Felicitas.*

regno exactus. Mox, *Sp. Cassius, Sp. Melius* Junt. *Sp. Cassius Melius* Vat. *Spurii Cassius, Mælius* Faërn. Lamb. Wernsd. Orell.

CAP. XXXV. 1 Cod. Græv. *quæro vero tum, &c.*—2 *Audiebam equidem* solus Faërn.—3 Vat. Faërn. *fortuna reipublicæ.*—4 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *prævertendum est;* Junt. Grut. *prætereundum non sit.*—5 Ita codd. aliquot, Grut. al. *formido illa die* Junt. *formido præclaro illo die* Vat.

NOTÆ

sua impensa populo frumentum largitus esset, atque ob id factum in regni affectandi suspicionem venisset, ab Ahala Servilio, equitum magistro, jussu Cincinnati dictatoris, occisus est. Vide Liv. lib. IV.

[g] *M. Manlius*] M. Manlius Capitolium contra Gallos defendit; cum vero multos ære alieno oppressos liberaret, affectandi regni crimine damnatus de rupe Tarpeia dejectus est, et senatusconsultum factum, ne quis de gente Manlia Marci cognomen assumeret.

[h] *Cæsar acturus*] Agere debebat Cæsar de auspiciis ab Antonio nuntiatis contra Dolabellam, quem Cæsar profecturus brevi ad Parthos substituere sibi consulem volebat.

[i] *Ementitis*] Ementiri quis auspicia dicitur, qui falso obnuntiat, et se de cœlo observasse asserit, cum tamen non observavit.

[k] *Interitus Cæsaris*] Illo tempore Cæsar interfectus est.

[l] *Incidi in id tempus*] Ait jam se nolentem, et præter consilium suum, in ea tempora incidisse, quæ mortem Cæsaris subsecuta sunt.

[m] *Quæ tua fuga*] Non prius audivit mortem Cæsaris Antonius, quam abjectis consularibus insignibus, fuga suæ saluti consuluerit.

[n] *Beneficio eorum*] Brutus, Cassius, aliique qui Cæsarem occiderunt, sed Brutus præsertim, cum de Antonio quoque interficiendo ab iis deliberaretur, vetuit ne ille occideretur, ut Plutarchus refert.

Digitized by Google

te domum recepisti. 89. O mea frustra semper verissima[o] auguria rerum futurarum! Dicebam illis in Capitolio liberatoribus nostris,[p] cum me ad te ire vellent, ut ad defendendam rempublicam te adhortarer; quoad metueres, omnia te promissurum; simul ac timere desiisses,[6] similem te futurum tui. Itaque, cum ceteri consulares irent, redirent, in sententia mansi: neque te illo die, neque postero vidi; neque ullam societatem optimis civibus cum importunissimo hoste fœdere ullo confirmari posse credidi. Post diem tertium[7] [q] veni in ædem Telluris,[r] et quidem invitus, cum omnes aditus armati obsiderent.[s] 90. Qui tibi dies ille,[8] M. Antoni, fuit? Quanquam mihi subito inimicus[9] extitisti, tamen me tui miseret, quod tibi invideris. XXXVI. Qui tu vir, Dii immortales! et quantus fuisses, si illius diei mentem[a] servare potuisses! pacem haberemus, quæ erat facta per obsidem, puerum nobilem, M. Antonii filium,[t] M. Bambalionis[u] nepotem:[1] quanquam te bonum timor faci-

[a] *Consilium.*

Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell.—6 Vat. Venet. Faërn. Lamb. Orell. *desisses.*—7 *Post tertium diem* Junt. Muret. Statim, *equidem invitus* Jenens. et edd. quædam vett. *omnis aditus* codd. Grævii.—8 *Qui ille dies* Junt. Lamb. Grut. *Qui tibi ille dies* al. ap. Græv.—9 Ita plurimi codd. et edd. *inimicus subito* Vat. Faërn. Orell.

CAP. XXXVI. 1 Ita codd. plerique, O φ ψ, Junt. Muret. Manut. Grut. *puerum nobilem, M. Bamb. nepotem* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. Mox,

NOTÆ

[o] *Frustra semper verissima*] Vera quidem erant auguria Ciceronis, quia ante et post civile bellum prænuntiavit quæ erant eventura, et revera evenerunt; sed quibus nec Cæsar, nec Pompeius, nec Brutus credere voluerunt. Persuaserat enim Cæsari et Pompeio, ut res inter se componerent, et Bruto, ut Antonio diffideret; sed nemo eorum eum dicentem audivit.

[p] *Liberatoribus nostris*] Liberatores appellat Brutum, Cassium, aliosque conspiratores, qui, interfecto Cæsare, in Capitolium se receperunt.

[q] *Post diem tertium*] Nempe a morte Cæsaris.

[r] *Ædem Telluris*] De ea dictum est Philipp. I. § 1.

[s] *Obsiderent*] M. Lepidus, post cædem Cæsaris, per noctem forum militibus replevit.

[t] *M. Antonii filium*] M. Antonius filium obsidem in Capitolium ad Brutum miserat. de quo Philipp. I. § 2.

[u] *Bambalionis*] De isto Bambalione dictum est Philipp. II. § 8.

Digitized by Google

ebat, non diuturnus magister officii:[x] improbum fecit ea, quæ, dum timor abest, a te non discedit, audacia. Etsi tum, cum optimum te putabant, me quidem dissentiente, funeri tyranni,[b] si funus illud fuit, sceleratissime[2] præfuisti: tua illa pulchra laudatio,[y] tua miseratio,[z] tua cohortatio.[a] 91. Tu, tu illas faces[3] incendisti,[b] et eas, quibus semiustulatus ille est, et eas, quibus incensa L. Bellieni domus deflagravit: tu illos impetus perditorum hominum, et, ex maxima parte, servorum, quos nos vi manuque repulimus, in nostras domos immisisti: idem tamen, quasi fuligine[c] abstersa, reliquis diebus in Capitolio præclara senatusconsulta fecisti, ne qua post Idus Martias immunitatis tabula,[d] neve cujusquam beneficii[4] figeretur:[e] memi-

[b] *Cæsaris.*

bonum te Vat. Faërn. Lamb. *non diuturni* ψ, et edd. vett.—2 O φ ψ, Grut. *tyranni illius sceleratissimi;* Vat. Muret. Faërn. Lamb. *si illud funus fuit, &c.* Junt. *tyranni illius sceleratissime.* Statim, *tua* ante *cohortatio* deest in φ.—3 *Tu, tu, inquam, illas faces* Vat. O ψ, Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *Tu illas faces* Muret. *semustulatus* codd. Grævii, Vat. Taurin. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *semiustum latus* ψ, et edd. vett. *illius est* al. ap. Græv. *est* omittit Muret. Mox, *hominum* deest in Vat. et Faërn.—4 Edd. quædam vett. *neve cujusquam beneficii tabula;* Vat. Regg. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed.

NOTÆ

[x] *Non diuturnus magister officii*] Timor homines in officio continet, sed non diu.

[y] *Pulchra laudatio*] Ironia. Antonius orationem habuit ad populum de Cæsaris laudibus in qua concitavit populum contra illius interfectores.

[z] *Tua miseratio*] Populum non solum verbis, sed etiam ostensa Cæsaris imagine, quam ex cera confecerat, et tunica sanguine conspersa, manibus accepta et explicata, ad miserationem provocavit. Appianus et Plutarchus.

[a] *Tua cohortatio*] Eadem oratione populum ad vindicandam Cæsaris mortem impulit.

[b] *Illas faces incendisti*] Commota plebs Antonii oratione, facibus ex rogo Cæsaris arreptis, domum Ballieni senatoris combussit, et ad aliorum percussorum ædes cucurrit, ad eas pariter incendendas; sed a Dolabella alio consule vix repulsa est.

[c] *Fuligine*] Dum haberet Antonius suam orationem, a rogi fumo, in quo comburebatur Cæsaris cadaver, fuliginosus factus est.

[d] *Immunitatis tabula*] Multæ immunitates et vacationes a bello militibus datæ fuerunt a Cæsare, quas ultro conferre Antonius volebat; sed suadente Servio Sulpicio, senatusconsultum factum est, quo vetabatur, ne qua ejusmodi deinceps immunitas valeret.

[e] *Figeretur*] Leges, decreta, et alia

Digitized by Google

nisti ipse de exulibus; scis, de immunitate quid dixeris: optimum vero, quod dictaturæ nomen [f] in perpetuum de republica sustulisti; quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur, ut ejus omnem, propter proximum dictatorem, tolleres metum.[5] 92. Constituta [c] respublica videbatur aliis, mihi vero nullo modo, qui omnia, te gubernante, naufragia metuebam. Num me igitur [6] fefellit? aut num diutius sui potuit esse dissimilis? inspectantibus vobis, toto Capitolio tabulæ figebantur: neque solum singulis veniebant [d] immunitates, sed etiam populis universis: [p. 178.] civitas [g] non jam singillatim, sed provinciis totis dabatur. Itaque si hæc manent, quæ stante republica manere non possunt, provincias universas, patres conscripti, perdidistis; neque vectigalia solum, sed etiam imperium populi Romani, hujus domesticis nundinis [e] deminutum est.[7] XXXVII. 93. Ubi est septies millies sestertium,[1] [h] quod in tabulis,[i] quæ sunt ad Opis,[k] patebat? funestæ illius quidem pecuniæ,[l] sed tamen, si iis, quorum erat, non

[c] *Pacata.* [d] *Vendebantur.* [e] *Pactionibus.*

maj. Orell. *neve cujus beneficii.*—5 Ita codd. plerique, Junt. Wernsd. Orell. *metum tolleres* Vat. Faërn. Lamb. *ut ejus omen nomen p. p. d. metum tolleres* Vat. unde Muret. *ut ejus omne nomen p. p. d. m. tolleres.*—6 *Num igitur me* Vat. Faërn. Lamb. Paulo post, *venibant immunitates* Wernsd. et Orell. de conj. Hensing.—7 Junt. Muret. Faërn. *diminutum est.*

CAP. XXXVII. 1 Vat. O, Faërn. Orell. omittunt *sestertium.* Statim, *quod est in t. q. s. ad Opis,* omisso *patebat,* Faërn. *quod patet in tabulis, quæ s. ad Opis,* Lamb. *funesta i. q. pecunia φ.* Deinde, *sed tamen, quæ nos, si iis, quorum erat, non redderetur* Vat. Muret. Faërn. Lamb. *redderentur* Ernesti errore

NOTÆ

ejusmodi beneficia quæ concedebantur, tabulis æreis incisa, in Capitolio et aliis locis publicis figebantur, ut omnibus innotescerent.

[f] *Dictaturæ nomen*] Tulit, ne quis ullam ob causam de dictatore creando referret, neve dictaturam oblatam acciperet: qui secus faxit, eum ut necare jus fasque esset.

[g] *Civitas*] Romana civitas singulis et privatis hominibus dabatur.

[h] *Septies millies sestertium*] Id est, septemdecim milliones et quinquaginta millia aureorum nostratium.

[i] *Quod in tabulis*] Loquitur de tabulis, in quibus summa pecuniarum continebatur descripta.

[k] *Ad Opis*] Supple 'ædem,' ubi erat ærarium.

[l] *Funestæ illius quidem pecuniæ*] Pecunias ait esse funestas, quia ex proscriptione bonorum collectæ erant,

Digitized by Google

redderetur, quæ nos a tributis[m] posset vindicare. Tu autem quadringenties H-S[2][n] quod Idibus Martiis debuisti, quonam modo ante Kalendas Aprilis debere desisti?[o] Sunt[3] ea quidem innumerabilia, quæ a diversis emebantur, non insciente te:[f] sed unum egregium de rege Deiotaro,[q] populo Romano amicissimo, decretum in Capitolio fixum; quo proposito nemo erat, qui in ipso dolore risum posset continere. 94. Quis enim cuiquam inimicior, quam Deiotaro Cæsar? æque atque huic ordini,[r] ut equestri, ut Massiliensibus,[s] ut omnibus, quibus rempublicam populi Ro-

[f] *Te conscio.*

typogr. *quæ nos* desunt in φ.—2 Venet. 1483. Junt. Hervag. *sestertium quadringenties.* Mox, *desiisti* Junt. Muret.—3 'Sic primus Lamb. sed codd. integri, etiam Vat. Venet. 1483. Junt. Crat. Hervag. Naug. Camer. Steph. Muret. Faërn. habent ante *Sunt* verba, *Quid ego de commentariis, quid de innumerabilibus chirographis loquar?* a quibus rursus in omnibus illis incipit c. 38. Ibi omittuntur ab uno cod. Barbadorii.' *Orell.* Hæc verba, *Sunt ea quidem, &c.* usque ad finem hujus cap. desunt in Jenens. O φ, aliisque codd. Pro *a diversis* Vat. habet *ad vis;* hinc Faërn. Lamb. Ald. *a tuis.* Deinde, *populi Romani* Manut. Steph. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *po. Ro.* codd.—

NOTÆ

qui Pompeio adhæserant.

[m] *Quæ nos a tributis*] Illæ pecuniæ, quanquam injuste collectæ sint, poterant tamen privatos cives ab illis pecuniis eximere, quas solvere coguntur reipub.

[n] *Quadringenties H-S*] Id est, millionem unum auri Gallici.

[o] *Debere desisti*] Quærit quomodo æs dissolverit Antonius tam subito. Ironice loquitur, quia revera non ille dissolverat, sed jure quodam tyrannico sibi vindicaverat.

[[p] *De commentariis*] De his dictum est Phil. II. Vid. cap. seq.

[q] *De rege Deiotaro*] Deiotarus rex Gallogræciæ, amicus populi Romani, et rex Armeniæ Minoris a senatu appellatus, cum Pompeio fuit in acie Pharsalica: at victo Pompeio a Cæsare, in regnum suum se recepit: satisfecit Cæsari, ad quem equites et pecuniam ab eodem Cæsare imperatam misit; quem etiam ad bellum contra Pharnacem proficiscentem in castris suis Luceio recepit. Is a suis accusatus, quasi Cæsarem apud se divertentem occidere voluisset, a Cicerone defensus est; sed tamen altera Gallogræciæ parte a Cæsare mulctatus est, et ablata data ei a senatu Armenia: at interfecto Cæsare, quicquid ablatum fuit, ei redditum est. Verum Antonius, legatis regis et hospitibus dissuadentibus, pollicitus est, si certam pecuniæ summam ei conferret Deiotarus, edictum se prolaturum, quo erepta a Cæsare ei restituerentur, quasi illud in commentariis Cæsaris invenisset.

[r] *Huic ordini*] Senatorio.

[s] *Massiliensibus*] Amicissimi fuerunt semper populo Romano Massilienses; quos tamen per legatos D. Brutum et A. Trebonium Cæsar expugnavit. Immo eorum urbs Mas-

Digitized by Google

mani caram esse sentiebat. Is igitur,[4] a quo vivo, nec præsens[t] nec absens[u] quicquam æqui boni impetravit, apud mortuum factus est gratiosus. Compellarat[x] hospitem præsens; computarat;[y] pecuniam imperarat; in ejus tetrarchiam[5][z] ex Græcis comitibus suis collocarat; Armeniam abstulerat a senatu datam. Hæc vivus eripuit, reddidit[6] mortuus. 95. At quibus verbis? modo æquum sibi videri, modo non iniquum. Mira verborum complexio![h] at ille[i] nunquam (semper enim absenti affui Deiotaro) quicquam sibi, quod nos pro illo postularemus, æquum dixit videri. Syngrapha[a] H-S[7][b] centies per legatos, viros bonos, sed timidos et imperitos, sine nostra, sine reliquorum hospitum regis sententia, facta in gynæceo:[c] quo in loco

[h] *Confusa dispositio.* [i] *Cæsar.*

4 *Igitur* ψ, Junt. Schutz. Wernsd. *Igitur . . . absens rex Deiotarus quicquam* Vat. Faërn. Lamb. *Sed igitur, a quo vivo, &c.* Rom. Venet. 1483. Orell. *Is igitur, qui a vivo, &c.* conj. Ernesti. *igitur* delendum censet Orell. Mox, *æqui bonive* Junt. Muret. Pro *gratiosus*, quod e conj. Ubaldini receperunt Lamb. Wernsd. Orell. *gratus* habent codd. Grævii, Vat. O φ ψ, alii codd. et edd. vett. Junt. Muret. Faërn. *gnatus* al.—5 Vat. *tetrarchianum*; ψ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell. *tetrarchiam unam.*—6 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *reddit.*—7 Vat. codd. Ferrarii, Rom. Venet. 1483. Junt. Hervag. *sestertii*; ψ *sextertii*. Mox, pro *sine nostra*, quod servant Vat. Taurin. Teeg. O φ, Muret. Wernsd. Orell. *sine sua* habent codd. Grævii, ψ, Junt. *sine Sexti* edd. quædam vett. e conj. Ferrarii. Paulo post, *res venierunt* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. Orell. Tum, *qua*

NOTÆ

silia in triumpho ejus deportata est, ut refert Cicero de Officiis lib. II. infensus autem Cæsar illis fuit, quod Pompeio senatuique faverint.

[t] *Nec præsens*] Bis vidit Deiotarum Cæsar; cum nempe in Asiam contra Pharnacem profectus est, et ex Asia rediit.

[u] *Nec absens*] Bis defensus est Deiotarus apud Cæsarem; Nicææ a M. Bruto, Romæ a Cicerone.

[x] *Compellarat*] Deiotarum Cæsar compellarat de pecunia sibi danda.

[y] *Computarat*] Id est, rationes contulerat, quibus summam fecerat ejus pecuniæ, quam ex toto Deiotari regno colligere poterat, ut eam populis suis imperaret.

[z] *Tetrarchiam*] Tetrarchia dicitur quarta regni pars.

[a] *Syngrapha*] Syngrapha est formula obligationis, qua nos aliquid ab alio accepisse, et reddere promittimus.

[b] *H-S*] Ducenta quinquaginta millia scutatorum Gallicorum.

[c] *Gynæceo*] Gynæceum locus est destinatus solis mulieribus.

Digitized by Google

plurimæ res veniere et veneunt:[a] qua ex syngrapha quid sis acturus, meditere censeo. Rex enim ipse sua sponte, nullis commentariis Cæsaris, simul atque audivit ejus interitum, suo Marte[b] res suas recuperavit.[8] 96. Sciebat homo sapiens, jus semper hoc fuisse, ut quæ tyranni eripuissent, ea, tyrannis interfectis, ii, quibus erepta essent, recuperarent. Nemo igitur jureconsultus,[9] ne iste quidem,[d] qui tibi uni est jureconsultus, per quem hæc agis, ex ista syngrapha deberi dicit pro iis rebus, quæ erant ante syngrapham recuperatæ: non enim a te emit; sed prius, quam tu suum sibi venderes, ipse possedit. Ille vir[e] fuit: nos quidem contemnendi, qui auctorem[f] odimus,[10] acta defendimus. XXXVIII. 97. Quid ego[1] de commentariis infinitis,[g] quid de innumerabilibus chirographis loquar? quorum etiam imitatores[h] sunt, qui ea, tanquam gladiatorum libellos,[i] palam venditent. Itaque tanti acervi nummorum apud istum construuntur, ut jam appendantur,[c][2] non numerentur pecuniæ. At quam cæca[3] avaritia est! Nuper[4] fixa tabula est, qua civitates locupletissimæ Cretensium vec-

[a] *Venditæ sunt et venduntur.* [b] *Per se.* [c] *Ponderentur.*

syngrapha Muret.—8 Vat. ψ, Muret. *reciperavit.*—9 Vat. *Nemo enim jureisconsultus;* Muret. *jurisconsultus.*—10 Cod. ψ *edimus.*

CAP. XXXVIII. 1 *Quid ergo* ψ, Rom. Venet. 1483. Junt. Grut. Paulo post, *palam vendicent* Colon. a m. sec.—2 Ita plurimi codd. etiam O φ ψ, Faërn. Lamb. et recentt. *expendantur* Vat. Muret. Orell.—3 *Atque cæca* φ.—4 *Et nuper* Vat. Orell. Statim, *vectigalibus* omittunt codd. Grævii, Jenens. alii codd. multi, Lall. Wernsd. Orell. probante Garat. id habent Vat. Junt.

NOTÆ

[d] *Ne iste quidem*] Intelligit Sextum Clodium, rhetorem et consultorem Antonii; quem ab exilio revocavit.

[e] *Ille vir*] Deiotarus, qui fortiter egit recuperando sua bona, quæ Cæsar abstulerat.

[f] *Auctorem*] Cæsarem, qui auctor fuit.

[g] *Commentariis infinitis*] De istis commentariis dictum est superiori oratione, qui infiniti a Cicerone dicuntur, quia nihil in eis certum.

[h] *Imitatores*] Hic imitatores eos dicit, qui aliorum manus imitari poterant.

[i] *Gladiatorum libellos*] Respicit ad morem gladiatorum; nam qui pugnam editurus erat, solebat proponere libellos, in quibus dies futuri muneris designarentur, in quibus item nomina et paria gladiatorum exponerentur. Vide Lipsium Satur. II. 18.

Digitized by Google

tigalibus liberantur; statuiturqué, ne póst M. Brútum[k] proconsulem sit Creta provincia. Tu mentis es compos?[5] tu non constringendus?[l] An Cæsaris decreto[6] Creta post M. Bruti decessum potuit liberari, cum Creta nihil ad Brutum,[m] Cæsare vivo, pertineret? At hujus venditione decreti (ne nihil actum putetis) provinciam Cretam perdidistis. Omnino nemo ullius rei fuit emtor,[7] cui defuerit hic venditor.[n] 98. Et de exulibus[o] legem, quam fixisti, Cæsar tulit? Nullius insector calamitatem: tantum queror, primum eorum reditus æquatos,[8][p] quorum causam dissimilem Cæsar judicarit; deinde nescio cur reliquis idem non tribuas: neque enim plus quam tres aut quatuor reliqui sunt. [*p*. 179.] Qui simili in calamitate sunt, cur[9] tua misericordia simili non fruuntur? cur eos habes in loco patrui?[q] de

Muret. Faërn. Lamb. Grut. *Cretensium* omittunt al. ap. Græv.—5 *Tu mentis compos* Vat. Faërn. Lamb. Verba, *statuiturque, ne post M. B. p. s. C. p. Tu m. es compos* desunt in ϕ.—6 *In Cæsaris decreto* ϕ ψ.—7 *Omnino ullius rei nemo fuit emtor* edd. vett. *fuit* deest in cod. Græv. Statim, *cui defuit* Vat.—8 Hæc est conjectura Camerarii. Mox, *similem* O. *Cæsar dissimilem* Vat. Muret. Faërn. Pro *judicarit*, quod servant Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *judicaverit* legunt Junt. Muret. Grut. Deinde, *non reliquis idem tribuas* Vat. Muret. Faërn. Orell.—9 Ita Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *Qui simili in c. fuerunt, cur* Vat. *Qui in simili calamitate sint* Muret. *sunt, qui simili calamitate fuerint. Cur, &c.* Grut. et al. vett. *non* ante *fruuntur* deest in ϕ. *in loco*

NOTÆ

[k] *Post M. Brutum*] Post mortem Cæsaris Creta provincia Bruto decreta est, quam per decretum liberavit Antonius ab onere provinciæ, cum abierit e vivis Brutus; neque enim ausus id ante fuerat, ne Brutum læderet. Ait autem, fixam fuisse tabulam, quia in tabula decreta et leges describebantur.

[l] *Non constringendus*] Insaniæ accusat Antonium.

[m] *Creta nihil ad Brutum*] Cæsar in annum sequentem Cassio Syriam, et Bruto Macedoniam decreverat, ut refert Appian. Bell. Civil. lib. III.

[n] *Hic venditor*] M. Antonius.

[o] *De exulibus*] Commentus est Antonius legem latam fuisse a Cæsare de exulibus revocandis, quam ad columnas appendi voluit.

[p] *Reditus æquatos* [*inquinatos*] Id est, reditus ignominia notatos, quod serius aliqui aliis restituerentur. Legunt plerique *reditus æquatos*, quia quosdam restituit Antonius, quorum causæ dissimiles erant; nam dissimilium dissimilis ratio esse debet: qui gravius peccarunt, gravius puniri par est. Eos autem æquavit Antonius, quia non ex Cæsaris mente, sed ex sua libidine restituit.

[q] *In loco patrui*] C. Antonius, olim in consulatu collega Ciceronis, patruus M. Antonii, accusatus a Cœlio

Digitized by Google

quo ferre, cum de reliquis ferres, noluisti: quem etiam ad censuram petendam impulisti,[r] eamque petitionem comparasti, quæ et risus hominum et querelas moveret. 99. Cur autem ea comitia non habuisti?[s] an quia tribunus plebis sinistrum fulmen[t] nuntiabat? [10] Cum tua quid interest, nulla auspicia sint; cum tuorum, tum sis religiosus.[u] Quid? eundem in septemviratu [11] [x] nonne destituisti? intervenit enim:[y] quid metuisti? credo, ne salvo capite[z] negare non posses: omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, si ulla in te pietas esset, colere debebas: filiam ejus, sororem [12] tuam,[a] ejecisti,[d] alia conditione[e] quæsita et ante

[d] *Repudiasti.* [e] *Alia uxore,*

parui ψ. *voluisti, quem etiam* φ.—10 Junt. Muret. *fulmen sinistrum nuntiabat.* Actutum, *Cum* omittunt O φ ψ.—11 Muret. *in septemviratum;* ψ *in VI viratu.* Mox, *intervenit enim, cum metuisti, credo* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Paulo post, *si in te ulla pietas esset* codd. Ferrarii, Lamb. *si ulla pietas in te esset* Grut.—12 Cod. A. Augustini *uxorem.* φ omittit *tuam.* Mox, *prospecta*

NOTÆ

de repetundis ob Macedoniam ab eo expilatam, defensus a Cicerone, exilio damnatus fuerat. Sed licet Antonius multos ab exilio revocatos in pristinam dignitatem restitueret, de patruo suo nullam unquam mentionem fecit.

[r] *Ad censuram petendam impulisti*] Cum Antonius postea fuisset restitutus, eum ad censuram petendam excitavit, subornavitque homines levissimos et abjectissimos qui illius essent competitores: quod et risus hominum movit, et querelas, quod homines ejusmodi fierent censuræ candidati, et quod vir nobilissimus sic ab Antonio luderetur.

[s] *Comitia non habuisti*] Censores a consulibus comitiis centuriatis creabantur.

[t] *An quia tribunus plebis sinistrum fulmen*] Ironice ridet, quod fuerit prohibitus a comitiis habendis obnuntiatione alicujus tribuni, qui fulmen aliquod sinistrum viderat, quod vitiosum erat comitiis: nam tonante Jove et fulgurante, comitia haberi nefas.

[u] *Religiosus*] Ironia. Augur autem erat Antonius, ideoque religiosus, unde suos auspiciis subesse non existimabat, et se ac suos extra omnia auspicia positos esse sibi persuadebat.

[x] *Eundem in septemviratu*] Cum C. Antonius septemviratum peteret, ab Antonio relictus est. Septemviri autem illi epulones dicti sunt, quod epulas indicendi Jovi ceterisque Diis potestatem haberent.

[y] *Intervenit enim*] Id est, affuit C. Antonius: quare absentiam causari non potuit Antonius.

[z] *Ne salvo capite*] Sic interpretor cum Maturantio: 'Id est, salva et integra fama C. Antonii, quem idcirco adesse voluit Antonius, ut majori dedecore afficeretur, cum negare septemviratum ei integra fama posset.'

Digitized by Google

prospecta. Non est satis: probri[f] insimulasti pudicissimam fœminam. Quid est, quod addi possit? contentus eo non fuisti: frequentissimo senatu Kalendis Jan. sedente patruo,[13] hanc tibi esse cum Dolabella causam odii dicere ausus es, quod ab eo sorori et uxori tuæ stuprum oblatum esse comperisses. Quis interpretari potest, impudentiorne, qui in senatu, an improbior, qui in Dolabellam, an impurior, qui patre[14] audiente, an crudelior, qui in illam miseram tam spurce, tam impie dixeris? XXXIX. 100. Sed ad chirographa redeamus:[b] quæ tua fuit[1] cognitio? acta enim Cæsaris pacis causa confirmata sunt a senatu, quæ quidem Cæsar egisset, non ea, quæ Cæsarem egisse[2] dixisset Antonius. Unde ista erumpunt? quo auctore proferuntur? si sunt falsa, cur probantur?[3] si vera, cur veneunt?[h] At sic placuerat,[c] ut ex[4] Kalendis Juniis de Cæsaris actis cum consilio cognosceretis. Quid fuit consilium? quem unquam advocasti?[5] quas Kalendas Junias expectasti? an eas, ad quas te, peragratis veteranorum coloniis, stipatum armis retulisti?

O præclaram illam percursationem[i] tuam mense Aprili atque Maio, tum, cum etiam Capuam coloniam[6][d] deducere

[f] *Stupri.* [h] *Venduntur.* [i] *Peragrationem.*

est de conj. Grævii. Codd. et edd. vett. habent *perspecta.*—13 Cod φ *sedente patruo.* Statim, *odii causam* Junt. Lamb. *ausus es dicere* Junt. Muret. *es* deest in φ. Deinde, *esse oblatum* Faërn.—14 Ita Priscian. p. 604. *patruo* Vat. Muret.

CAP. XXXIX. 1 Grut. *fuit tua.*—2 Vat. Wernsd. in ed. maj. *quæque gessisse Cæsarem;* Muret. *quæquæ Cæs. egisse.*—3 Ita Vat. alii codd. Faërn. seqq. *approbantur* ψ, Junt. Muret.—4 Vat. omittit *ut ex;* Muret. omittit *ex.* Cod. φ *Kal. Jan.*—5 Vat. Muret. Faërn. Orell. *convocasti.* Paulo post, *aptum*

NOTÆ

[a] *Sororem tuam*] Erat filia C. Antonii, qui patruus erat hujus Antonii; patrueles enim fratres, vel sorores sunt, ait Caius, qui, quæve ex duobus fratribus progenerantur.

[b] *Ad chirographa redeamus*] Chirographum est privata cautio manu alicujus vel scripta, vel subscripta. Loquitur de chirographis hic, quæ falso Cæsaris nomine protulit.

[c] *At sic placuerat*] Occupatio quæ fit ab ipso Cicerone.

[d] *Capuam coloniam*] Ridet Antonium, qui cum Capuam coloniam de-

Digitized by Google

conatus es! Quemadmodum illinc abieris, vel potius pæne non abieris,[7] scimus. 101. Cui[k] tu urbi minitaris: utinam conere, ut aliquando illud, 'pæne,' tollatur![e] At quam nobilitata est[8] tua illa peregrinatio! quid prandiorum apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? tua ista detrimenta sunt: illa nostra. Agrum Campanum,[f] qui cum de vectigalibus eximebatur, ut militibus daretur, tamen infligi magnum reipublicæ vulnus[l] putabamus;[9] hunc tu compransoribus tuis et collusoribus dividebas: mimos dico et mimas, patres conscripti, in agro Campano collocatos. Quid jam querar de agro Leontino?[g] quandoquidem[10] hæ quondam arationes Campani et Leontini in populi Romani patrimonio[h] grandi fœnore et fructuosæ[i] ferebantur. Medico tria millia jugerum, quasi te sanum fecisset;[11] rhetori duo, quasi disertum facere potuisset.[k]

[k] *Quali.* [l] *Damnum.*

armis Vat.—6 Codd. φ ψ omittunt *coloniam.*—7 Iidem codd. *illam adieris, v. p. pæne adieris.*—8 *At quam nobilis est* Vat. ψ, plerique codd. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *At quam nobilitatem fuit* φ. Mox, *tua ista dementia* φ.—9 Idem cod. *putamus;* et statim omittit *patres conscripti.*—10 Vat. Muret. Faërn. *quoniam quidem.* Statim, *Campana et Leontina* Vat. O φ ψ, Faërn. Lamb. Orell. 'Delerunt hæc sine causa Schutz. et Wernsd. etsi sic volentibus jam Manut. et Ursin.' *Orell.* Tum, pro *grandi fœnore* Vat. Muret. Faërn. Lamb. habent *grandiferæ*; Junt. *glandiferæ*; O *grandi facerent et fructuosæ*; φ *grandi facere et fructuosæ.*—11 Ita Junt. Grut. *quid, si te sanasset* Vat. a m. pr. O φ ψ, Wernsd. Orell. *quid si te sanum fecisset* Muret.

NOTÆ

ducere vellet ex veteranis militibus, a Capuanis prohibitus non solum, sed pæne interfectus est.

[e] *Pæne tollatur*] Pæne occisus est Capuæ Antonius. Optat ut illud 'pæne' tollatur, et interficiatur Antonius.

[f] *Agrum Campanum*] Campanus ager publicus et vectigalis erat; quem tamen Antonius dividere militibus veteranis voluit, ut sibi addictos haberet.

[g] *Agro Leontino*] Ager Leontinus est in Sicilia, quem Sexto Clodio, suo dicendi magistro, dedit.

[h] *In pop. Rom. patrimonio*] Quamdiu illi agri in populi Rom. patrimonio fuerunt.

[i] *Grandi fœnore et fructuosæ*] Id est, feracissimi illi agri multos populo Rom. fructus referebant. In aliis codicibus legitur *glandiferæ;* at vox ista quercuum est, quæ steriles sunt: nisi forte velit Cicero glandibus hos agros ad sues pascendos abundare.

[k] *Quasi disertum facere potuisset*] Rhetor ille Clodius operam in ede-

Digitized by Google

Sed ad iter Italiamque redeamus. XL. 102. Deduxisti coloniam Casilinum,[1] quo Cæsar ante deduxerat.[l] Consuluisti me per literas de Capua tu quidem; sed idem de Casilino respondissem: possesne, ubi colonia esset, eo coloniam novam jure deducere. Negavi, in eam coloniam, quæ esset auspicato deducta,[m] dum esset[2] incolumis,[a] coloniam novam jure deduci: colonos novos ascribi[b] posse rescripsi: tu autem, insolentia[c] elatus, omni auspiciorum jure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum tolleres,[3][n] et aratrum circumduceres;[o] cujus quidem vomere portam Capuæ[p] pæne perstrinxisti, ut florentis coloniæ territorium minueretur. 103. [*p.* 180.] Ab hac religionum[d] perturbatione[4] advolas[e] in M. Varronis,[q] sanctissimi atque integerrimi viri, fundum Cassina-

[a] *Integra.* [b] *Adjungi.* [c] *Superbia.*
[d] *Augurіorum.* [e] *Invadis.*

quasi te sanasset Vat. a m. sec. Faërn. Lamb. *quasi te sanum fecisset: rhetori duo* desunt in Schutz. Actutum, *quid, si te disertum* Vat. Muret. Wernsd. Orell. *quasi te disertum* Faërn.

CAP. XL. 1 O *duxerat.*—2 Cod. ϕ *quæ est a. d. dum est.* Pro *ascribi* O habet *scribi;* ϕ *rescribi.*—3 Ita Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *videres* O ϕ ψ, plurimi codd. edd. ante Muret. *ut aratrum* Vat. Muret. Lamb. Orell. *et aratrum circumduceres* omittunt O ϕ ψ. Mox, *præstrinxisti* Nonius Merc. p. 374.—4 Faërn. Lamb. *perturbatione religionum.* Statim,

NOTÆ

cendo Antonio declamationem perdiderat; cui tamen tria millia jugerum pro mercede rependit: at quam longe plura, si doctiorem reddidisset?

[l] *Casilinum*] Casilinum oppidum est Campaniæ ad flumen Vulturnum, quo jam Cæsar, confectis bellis civilibus, coloniam deduxerat.

[m] *Auspicato deducta*] Nihil Romani suscipiebant, quin prius auspicia captassent.

[n] *Ut vexillum tolleres* [*videres*] Qui fere milites, confectis stipendiis, mercedis gratia in colonos assumebantur, illi sub vexillo in colonias deducebantur; quo cum pervenissent, vexillum figebatur. Tam recens autem deducta fuerat illa colonia, ut pæne vexillum adhuc videri posset.

[o] *Aratrum circumduceres*] Agri qui cuilibet concedebantur, aratro designabantur.

[p] *Portam Capuæ*] Spatium terræ Casilinensibus agris adjunctum, tam amplum fuit, ut pæne ad portam urbis Capuæ pertineret.

[q] *In M. Varronis*] Marcus ille Varro, longe omnium togatorum sui temporis doctissimus, Pompeium secutus fuerat. Eo mortuo invasit in ejus

Digitized by Google

tem: quo jure? quo ore? eodem, inquies, quo in hæredum L. Rubrii, quo in hæredum L. Turselii prædia, quo in reliquas innumerabiles possessiones. Et si ab hasta,[r] valeant tabulæ,[5] modo Cæsaris, non tuæ;[s] quibus debuisti,[t] non quibus tu te liberavisti.[u] Varronis quidem Cassinatem fundum quis veniisse[f] [6] dicit? quis hastam istius venditionis vidit? quis vocem præconis audivit? Misisse te dicis Alexandriam,[x] qui emeret a Cæsare. Ipsum enim expectare magnum fuit.[y] 104. Quis vero audivit unquam (nullius autem salus curæ pluribus fuit) de fortunis Varronis rem ullam esse detractam? Quodsi [7] etiam scripsit ad te Cæsar, ut redderes;[z] quid satis potest dici de tanta impudentia? Remove gladios[a] parumper illos, quos videmus: jam intelliges, aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliam confidentiæ et temeritatis tuæ: non enim te dominus modo[b] illis sedibus, sed quivis amicus, vicinus, hospes,

[f] *Venditum esse.*

Casinatem Vat. Muret. Orell. *Cassinatam* ψ.—5 *Et si ab hasta, valeat hasta, valeant tabulæ* Vat. O φ ψ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. Paulo post, *tute te liberavisti* codd. aliquot, Heusing. Wernsd. *te te deliberavisti* φ.—6 Vat. Faërn. Lamb. *venisse.*—7 *Quid? si* Manut. Steph. Muret. Faërn, Lamb. Wernsd. Orell. *ut redderet* O.

NOTÆ

fundum Antonius, causatus eum a Cæsare accepisse pecuniam.

[r] *Et si ab hasta*] Concedit Antonio Cicero legitime illum agrum emisse, quia a Cæsare hastæ subjectus est.

[s] *Non tuæ*] Id est, falsæ, quia multas falsas tabulas, quasi a Cæsare scriptas, proferebat.

[t] *Quibus debuisti*] Proferebantur senatorum tabulæ, quibus patebat ingentem pecuniæ summam, de qua superius, Idibus Martiis debuisse.

[u] *Non quibus tu te liberavisti*] Falsis nominibus tabulas Antonius proferebat, quibus se ære alieno liberabat.

[x] *Misisse te dicis Alexandriam*] Dicebat Antonius, subjecta hastæ fuisse, seu auctione vendita fuisse Alexandriæ a Cæsare Varronis bona, ad quæ emenda miserat.

[y] *Magnum fuit*] Ironia: tanta enim avaritiæ cupiditate ducebatur Antonius, ut non potuerit expectare dum Cæsar Romam rediisset.

[z] *Ut redderes*] Cæsar scripsit ad Antonium, ut Varroni suum fundum redderet Cassinatem.

[a] *Remove gladios*] Ostendit quod vi et armis obtinet illum fundum Varronis, et sejungit Cæsaris causam ab Antonii audacia.

[b] *Non dominus modo*] Si destituatur armis Antonius, non modo Varro, illius fundi dominus, eum non recipiet; sed nemo erit qui non Antonium de-

Digitized by Google

procurator arcebit. XLI. At quam multos dies in ea villa turpissime est[1] perbacchatus![c] ab hora tertia[d] bibebatur, ludebatur, vomebatur. O tecta ipsa misera, 'quam dispari domino!' quanquam quomodo iste dominus? sed tamen quam a dispari[2] tenebantur! studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum diversorium.[e] 105. Quæ in illa villa ante[3] dicebantur? quæ cogitabantur? quæ literis mandabantur? jura populi Romani, monumenta majorum, omnis sapientiæ ratio, omnisque doctrinæ. At vero, te inquilino,[f] (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum: natabant[4] pavimenta vino: madebant parietes: ingenui pueri cum meritoriis,[g] scorta[h] inter matresfamilias[i] versabantur.. Cassino[k] salutatum veniebant, Aquino,[l] Interamna:[m] admissus est nemo: jure id quidem; in homine enim turpissimo obsole-

CAP. XLI. 1 Ita boni codd. etiam O, Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *es* Vat. ψ, Rom. Junt. Muret. *est* omittit φ. *perbaccatus* ψ. *perluccatus* φ.—2 Vat. Muret. Faërn. Orell. *ab dispari.*—3 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *antea.* Statim, *quæ cogitabantur* omittunt O φ, alii codd. ap. Grut. Deinde, pro *omnisque doctrinæ,* quod servant Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. *omnisque doctrina* habent codd. plerique, edd. ante Muret. *omnis doctrina* Lamb. in ed. 1584.—4 Cod. φ *notabant.* Idem cod. paulo post, *Cas-*

NOTÆ

jiciat ex illis possessionibus, quas injuste sibi vindicavit.

c *Est* [*es perbacchatus*] Id est, omni te libidinis insaniæ turpissime permisisti.

d *Ab hora tertia*] Probabile est Ciceronem loqui de tertia noctis horæ, et de illis antelucanis cœnis, quas frequentissime reprehendebat in Catilina.

e *Diversorium*] Diversorium dicit, quia in villis tantum ad tempus, animi relaxandi causa, habitatur.

f *Inquilino*] Inquilinus dicitur qui solus in ædibus conductitiis habitat, non autem cum domino, vel eo qui habitandi jus habet.

g *Meritoriis*] Pueri meritorii dicuntur, qui suo corpore quæstum faciunt.

h *Scorta*] Scortum mulier infamis est.

i *Matresfamilias*] Materfamilias pro muliere pudica et honesta, sive vidua sit, sive nupta, sumitur.

k *Cassino*] Cassinum Campaniæ oppidum est.

l *Aquino*] Aquinum oppidum est in Latio, ad fines Samnitum.

m *Interamna*] Interamna Campaniæ oppidum est, non longe ab Aquino; quod sic dictum est, quia inter duos amnes in unum confluentes, Melpim et Lirim, interjacet. Ita Strabo.

Digitized by Google

bant[g][5] dignitatis insignia. 106. Cum inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obviam ei processit (ut est frequens municipium) magna sane multitudo: at iste operta lectica latus est per oppidum,[6] ut mortuus. Stulte[7] Aquinates:[n] sed tamen in via habitabant. Quid Anagnini?[o] qui, cum essent devii,[h] descenderunt,[8] ut istum, tanquam si esset consul, salutarent: incredibile dictu! tamen inter omnes constabat, neminem esse resalutatum: præsertim cum duos secum Anagninos haberet, Mustelam et Laconem;[9][p] quorum alter gladiorum est princeps, alter poculorum. 107. Quid ego[10] illas istius minas contumeliasque commemorem, quibus invectus est in Sidicinos,[q] vexavit Puteolanos,[r] quod C. Cassium, quod Brutos[s] patronos adoptassent? magno quidem judicio, studio, benevolentia,

[g] *Obscurabantur.* [h] *Extra viam.*

silinum; ψ *Cassilino.*—5 Vat. O φ ψ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *obsolefiebant;* Colot. Manut. Steph. *obsolescebant.*—6 Vat. Muret. Orell. *latus per oppidum est.*—7 *Stulti* O.—8 Codd. plerique, et edd. ante Muret. *obviam ei descenderunt;* O φ ψ *obviam descenderunt;* Lamb. 1584. Grut. Ernesti *descenderant,* errore typogr. Mox, *tanquam si esset, consulem salutarent* Vat. Faërn. Lamb. in marg. ed. 1584. Orell. Deinde, *sed tum nimis inter omnes* Rom. Ven. 1488. Junt. Muret. Wernsd. Orell. *tum inter omnes* ψ. *et simul inter omnes* O. *simul inter omnes* φ. *dictum sed cum vinus* Vat. *dictu'st: tamen inter omnes* conj. Ferrar. *dicta est, sed tamen inter omnes* Lamb.—9 *Anagninos, Mustelam, et Laconem habebat* Wernsd. *Must. et Lac.* delevit Schutz. Pro *gladiorum* φ ψ, Junt. Grut. habent *gladiatorum.*—10 *Quid ergo* ψ. Mox, *Fidicinos* O. Deinde, *quod C. Cassium et Brutos,* &c. Vat. Muret. Faërn.

NOTÆ

[n] *Stulte Aquinates*] Aquinates venerunt quidem obviam, quia habitant circa Viam Latinam, per quam iter faciebat; sed stulte egerunt: neque enim dignus erat qui tanto in honore haberetur Antonius.

[o] *Anagnini*] Anagnia oppidum est Campaniæ.

[p] *Mustelam et Laconem*] De his loquitur ad Att. lib. XVI.

[q] *Sidicinos*] Sidicinum, sive Teanum, colonia et urbs Campaniæ fuit, Cassinum versus.

[r] *Puteolanos*] Puteoli maritimum oppidum est in Campania. Festus: 'Puteolos dictos putant ab aquæ calidæ putore: quidam a multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum.'

[s] *Brutos*] Invaluerat hæc consuetudo apud illos veteres, ut singulæ nationes Romæ patronos haberent, in quarum essent clientela.

Digitized by Google

caritate; non ut te, ut Basilum,[11] [t] vi et armis, et alios vestri similes, quos clientes nemo habere velit, non modo esse illorum cliens. XLII. Interea dum tu abes,[1] qui dies ille collegæ [u] tui; cum illud, quod tu venerari solebas, bustum in foro evertit? qua re tibi nuntiata, ut constabat inter eos qui una fuerunt, concidisti;[x] quid evenerit postea, nescio; metum credo valuisse et arma.[y] Collegam quidem de cœlo detraxisti;[z] effecistique,[a] non tu quidem etiam nunc, ut sit[2] similis tui, sed certe, ut dissimilis esset sui.

108. Qui vero reditus inde[3] Romam? quæ perturbatio totius urbis? memineramus Cinnam[b] nimis potentem, Sullam[c] postea dominantem; modo regnantem Cæsarem videramus: erant fortasse gladii, sed absconditi,[d] nec ita multi:

Orell.—11 O ψ *et Basillum*; Schutz. conj. *non vi, et armis, ut te, ut Basilum.* Paulo post, *illorum cliens esse* Muret. Faërn. Lamb. Wernsd.

CAP. XLII. 1 Cod. φ *habes.* Statim, *tui fuit* O φ ψ, Junt. Orell. *quod venerari* Vat. Deinde, *fuerunt* suspectum Ernestio; *fuerint* φ.—2 Vat. Faërn. Lamb. omittunt *sit*, probante Garat.—3 *Quid vero, &c.* ψ. *Qui vero inde reditus* Vat. Muret. Faërn. Wernsd. Orell. Statim, *L. Cinnam* Vat. Muret. Paulo post, *sed ii absconditi* O, Colot. Grut. *sed tamen absconditi* φ ψ, et edd.

NOTÆ

[t] *Basilum*] Basilus ille primo Pompeium, deinde Antonium secutus est.

[u] *Collegæ*] Dolabellam dicit, qui bustum Cæsaris evertit; de quo dictum Philip. I. § 5.

[x] *Concidisti*] Id est, metu exanimatus es.

[y] *Metum credo valuisse et arma*] Hic Cicero Dolabellam arguit, quod reipublicæ partes deseruerit, non metu armorum Antonii, ut dicebat; sed quia ab eo pecunia corruptus est, ut eum sibi semper addictum haberet.

[z] *De cœlo detraxisti*] De cœlo detrahere, sive disturbare, idem est, ac aliquem de maxima gloria dejicere, seu laudibus spoliare; nam quos laudamus, dicimus eos ad cœlum laudibus efferre.

[a] *Effecisti*] Cum non tam esset improbus Dolabella, quam Antonius, effecit non ut sibi Antonio esset similis Dolabella, id est, tam sceleratus quam Antonius, sed saltem non tam probus quam antea fuisset.

[b] *Cinnam*] Cinna civis fuit Romanus, qui crudelitate sua rempub. vastavit, et adversarios vocatis ad pileum servis vicit.

[c] *Sullam*] Sulla dictaturam invasit, in eaque summa crudelitate, superatis partibus Marianis, contra cives usus est.

[d] *Gladii, sed absconditi*] Cinna, Sulla, et Cæsar dominatum sibi quidem usurpabant, sed non aperte ut Antonius.

Digitized by Google

ista vero quæ et quanta barbaria est! Agmine quadrato [e] cum gladiis sequuntur milites: scutorum [a] lecticas [4] portari videmus. [*p.* 181.] Atque his quidem [5] jam inveteratis, patres conscripti, consuetudine obduruimus.[f] Kalendis Juniis [6] [g] cum in senatum, ut erat constitutum, venire vellemus, metu perterriti repente diffugimus. 109. At iste,[h] qui senatu non egeret, neque desideravit quenquam, et potius discessu nostro lætatus est, statimque [7] illa mirabilia facinora [i] effecit. Qui chirographa [k] Cæsaris defendisset lucri sui causa, is leges Cæsaris, easque præclaras, ut rempublicam concutere posset, evertit: numerum annorum [l] provinciis prorogavit: idemque, cum actorum Cæsaris defensor esse deberet, et in publicis et in privatis rebus acta Cæsaris rescidit.[8] In publicis [9] nihil est lege gravius; in privatis firmissimum est testamentum.[m] Leges alias sine

[a] *Plenas scutis.*

ante Muret.—4 Codd. aliquot, Junt. *sequuntur scutati milites: lecticas;* Muret. Lamb. *sequuntur scutati milites: scutorum lecticas;* Vat. Colot. O, Manut. Steph. Faërn. Orell. *sequuntur: scutorum lecticas; φ secantur milites scutati; ψ sequuntur milites scutati.* Actutum, *portare videmus φ.*—5 *Atque his quibusdam φ.*—6 *Kal. Junii* O. *Kal. Jan.* Lamb.—7 Codd. aliquot, etiam O, Junt. Grut. *statim.*—8 Vat. *rescindit.*—9 Ita Vat. O, Lamb. Wernsd. Orell.

NOTÆ

[e] *Agmine quadrato*] Sequebantur Antonium milites, quasi semper parati ad prælium.

[f] *Obduruimus*] 'Obdurescere' dicuntur qui callum obducunt.

[g] *Kal. Jun.*] Kalendis Juniis rediit in urbem Antonius, quo tempore, propter illius metum, nemo senator in senatum venire ausus est.

[h] *At iste*] Antonius videlicet, qui tyrannus erat, non indiguit ope senatus, cum vellet remp. ad arbitrium suum regere.

[i] *Mirabilia facinora*] Per illa mirabilia facinora intelligit ea, quæ præter omnium admirationem fiunt. Ironia: nam postea exponit, quæ scelerate et ambitiose ab Antonio facta sunt.

[k] *Chirographa*] Cæsaris chirographa valere quidem voluit Antonius, quia iis ad avaritiam suam, et libidinem abutebatur, sed non alias Cæsaris leges; quia rempub. stabiliebant, quam evertere funditus volebat.

[l] *Numerum annorum*] Tulerat Cæsar, ne provinciæ prætoriæ plusquam annum, ne plusquam biennium consulares obtinerentur. At eorum imperium ad plures annos prorogavit Antonius.

[m] *Firmissimum est testamentum*] Ex Ulpiano, 'Testamentum est mentis nostræ contestatio, in id solenniter facta, ut post mortem nostram valeat.' Quare firmissimum omnium, quæ fiunt a privatis, haberi debet.

Digitized by Google

promulgatione[n] sustulit: alias ut tolleret,[o] promulgavit.[10] Testamentum irritum fecit; quod etiam infimis[b] civibus semper obtentum est.[c] Signa,[d] tabulas,[e] quas populo Cæsar una cum hortis legavit, eas hic partim in hortos Pompeii[p] deportavit, partim in villam[11] Scipionis.[q]

XLIII. 110. Et tu in Cæsaris memoria[1] diligens?[r] tu illum amas mortuum? Quem is majorem honorem[2] consecutus erat,[f] quam ut haberet pulvinar, simulacrum,[s] fastigium,[t] flaminem? Est ergo flamen,[u] ut Jovi, ut Marti, ut Quirino, sic Divo Julio[x] M. Antonius? Quid igitur cessas?[g] cur non inaugurare?[h] sume diem: vide, qui te inauguret. Collegæ sumus;[y] nemo negabit. O detestabilem hominem, sive quod tyranni sacerdos es,[3] sive quod

[b] *Abjectis.* [c] *Ratum fuit.* [d] *Statuas.* [e] *Imagines.*
[f] *Poterat consequi majorem honorem.* [g] *Differs.* [h] *Consecraris.*

In publicis actis φ ψ, Junt. Muret. Faërn. Grut.—10 Ita Vat. O ψ, Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *ut tolleret promulgatas promulgavit* multi codd. etiam φ, Junt. Grut. Heus.—11 Cod. φ *in villa;* ψ *in villas.*

CAP. XLIII. 1 *Et tu in C. memoriam* O.—2 Vat. Muret. Faërn. Wernsd. in ed. maj. *honorem majorem.*—3 Vat. *quod Cæsaris sacerdos est;* idem a m.

NOTÆ

[n] *Sine promulgatione*] Lex promulgari tum dicebatur, cum populo proponebatur vel ferenda, vel abroganda. Ferre enim, vel abrogare legem, sine jussu populi non licuit.

[o] *Alias ut tolleret*] Veras leges quas tulerat Cæsar, sustulit; et falsas promulgavit, et exposuit populo.

[p] *In hortos Pompeii*] Domum et hortos Pompeii Antonius emerat.

[q] *Villam Scipionis*] Hæc villa erat in Tiburtino, quam ab hasta emit Antonius.

[r] *Cæsaris memoria diligens*] Id est, tu qui tam diligens es in honoranda memoria Cæsaris.

[s] *Pulvinar, simulacrum*] Pulvinar lectulus erat stratus in templis, sub quo numinis alicujus simulacrum reponebatur.

[t] *Fastigium*] Fastigium moles quædam erat instar pyramidis in altum exstructa, quam variis picturis ornatam in consecrationibus Deorum erigebant. Alii per fastigium intelligunt dignitatem humana celsiorem.

[u] *Est ergo flamen*] Flamen, seu sacerdos, Divis assignabatur, ut Jovi, qui Dialis; Marti, qui Martialis; Romulo, qui Quirinalis dicebatur. Unde porro flamen dictus sit, jam exposuimus in Orat. pro Mil. § 27.

[x] *Divo Julio*] Divos appellabant eos homines, qui, virtute ceteris superiores, inter Deos referebantur.

[y] *Collegæ sumus*] Cicero et Antonius augures erant.

Digitized by Google

mortui![z] Quæro deinceps,[a] num, hodiernus dies qui sit, ignores? nescis, heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum[b] fuisse? te ipsum autem[4] ad populum tulisse, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur? Cur non sumus prætextati?[c] Cur honorem Cæsari[5] tua lege datum, deseri patimur? an supplicationes[d] addendo diem contaminari passus es; pulvinaria noluisti?[e] aut undique religionem tolle, aut usquequaque conserva. Quæres, placeatne mihi pulvinar esse,[f] fastigium, flaminem. III. Mihi vero nihil istorum placet: sed tu, qui acta Cæsaris defendis, quid potes dicere, cur alia defendas, alia non cures? nisi forte vis fateri, te omnia quæstu tuo, non illius dignitate metiri.[i] Quid ad hæc tandem? expecto enim[6] eloquentiam[g] tuam: disertissimum[h] cognovi avum tuum: at

[i] *Æstimare.*

pr. omittit *es.*—4 Ita codd. aliquot, Grut. Wernsd. *te autem ipsum* Vat. Junt. Muret. Faërn. Lamb.—5 Vat. ψ, Junt. Faërn. Lamb. *honorem Cæsaris.* Paulo post, *es* omittunt codd. aliquot, etiam φ ψ, Junt. Wernsd. ut volebat Garat. Actutum, *pulvinaria contaminari noluisti* Vat.—6 Codd. aliquot, etiam φ

NOTÆ

[z] *Sive quod mortui*] Contendit non esse referendum in Deos Cæsarem, tum quia tyrannus, tum quia occisus fuit. Homines autem ejusmodi plane indigni erant divinis honoribus.

[a] *Quæro deinceps*] M. Antonius tulerat ad populum, et populus comprobaverat, ut quinto ludorum die sacra Cæsari fierent: quod neglexit Antonius, et quod in eo jam carpit Cicero.

[b] *Ludorum Rom.*] Illi ludi primum a Tarquinio Prisco instituti, hique Romani, seu Circenses, dicti sunt, quod in Circo Maximo exhiberentur, in quibus pugiles et equites decertabant.

[c] *Cur non sumus prætextati*] Ex illo loco edocemur cum prætexta ludis affuisse Romanos, quibus jus vestis illius erat. De hac dictum est sæpe.

[d] *Supplicationes*] Antonius tulerat ut supplicationes mortuo Cæsari, quasi Deo, deferrentur.

[e] *Pulvinaria noluisti*] Noluit Antonius ut pulvinaria Cæsari statuæ collocarentur, ne qua forte injuria inferretur. At inde eum arguit Cicero, quia vel ei omnes honores divini exhibendi sunt, aut nullus.

[f] *Pulvinar esse*] Quatuor hæc honorum genera ei, qui in Deos referebatur, conferebant: simulacrum, sive statuam; pulvinar, in quo reponeretur ad populorum venerationem; fastigium; sacerdotem.

[g] *Expecto enim eloquentiam*] Ridet Antonium, cujus nulla erat eloquentia, et dicendi usus, quem ironice confert cum avo suo, disertissimo oratore, quem passim laudat Cicero in libris de Oratore.

[h] *Disertissimum*] Dicebat hic Antonius orator multos se disertos ora-

Digitized by Google

te etiam apertiorem[i] in dicendo: ille nunquam nudus est concionatus: tuum hominis simplicis pectus vidimus. Respondebisne ad hæc? aut omnino hiscere[h] audebis? ecquid reperies ex tam longa oratione mea,[7] cui te respondere posse confidas? Sed præterita omittamus.

XLIV. 112. Hunc unum diem, hunc[1] unum, inquam, hodiernum diem, hoc punctum[l] temporis, quo loquor, defende, si potes. Cur armatorum corona[k] senatus septus est? cur me tui satellites cum gladiis audiunt? cur valvæ[m] Concordiæ[l] non patent? cur homines omnium gentium maxime barbaros, Ityreos,[2][m] cum sagittis deducis in forum? Præsidii sui causa se facere dicit. Nonne igitur[3] millies perire est melius, quam in sua civitate sine armatorum præsidio non posse vivere? Sed nullum est istuc,[4] mihi crede, præsidium: caritate, et benevolentia civium septum oportet esse, non armis. 113. Eripiet, extorquebit[5] tibi ista populus Romanus, utinam salvis nobis![n] sed quoquo modo nobiscum egeris, dum istis consiliis uteris, non potes, mihi crede, esse diuturnus. Etenim ista tua minime

[h] *Aperire os.* [l] *Momentum.* [m] *Fores.*

ψ, Junt. omittunt *enim*. Statim, *tuam* omittunt φ et Muret.—7 Codd. aliquot, φ, Junt. Muret. omittunt *mea*. Mox, *cui te respondere confidas* ψ, Junt. *cui respondere confidas* Muret. Lectionem nostram servant O φ, Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell.

Cap. XLIV. 1 Vat. Muret. Faërn. omittunt *hunc*.—2 *Ituræos* Wernsd. *Tirios* O.—3 *Non igitur* Vat. Faërn. Lamb. Mox, pro *armatorum*, quod servant Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. *armorum* codd. aliquot, Muret.—4 *Sed n. est istud* Muret. Statim, *caritate te et*, &c. Vat. Faërn. Lamb.—5 *Eripiet et extorquebit* Vat. Muret. Paulo post, *esse, crede mihi, diuturnius* codd. aliquot,

NOTÆ

tores, eloquentem neminem vidisse.

[i] *At te etiam apertiorem*] Apertus et simplex idem significant. Amphibologice autem Antonium ridet, dum apertum et simplicem vocat; nam et ad corpus et ad orationem hæc verba referri possunt. Nam cum esset Lupercus, nudus concionatus erat.

[k] *Armatorum corona*] Quando Antonius primæ Ciceronis orationi respondit, omnia loca armatis militibus complevit.

[l] *Concordiæ*] Id est, templi Concordiæ.

[m] *Ityreos*] De his supra.

[n] *Salvis nobis*] Exprobrat tacite Antonii consilium de Cicerone interficiendo.

Digitized by Google

avara conjux,[b] quam ego sine contumelia describo, nimium[6] debet diu populo Romano pensionem[a] tertiam. Habet populus Romanus, ad quos[c] gubernacula reipublicæ deferat: qui ubicumque terrarum sunt, ibi est omne[7] reipublicæ præsidium, vel potius ipsa respublica, quæ se adhuc tantummodo ulta est, nondum recuperavit. [*p.* 182.] Habet quidem certe respublica adolescentes nobilissimos,[8] paratos defensores: quam volent, illi cedant,[d] otio consulentes; tamen a republica revocabuntur. Et nomen pacis dulce est, et ipsa res salutaris: sed inter pacem et servitutem plurimum interest: pax est tranquilla libertas; servitus malorum omnium postremum,[9] non modo bello, sed morte etiam repellendum. 114. Quodsi se ipsos illi nostri liberatores e conspectu nostro abstulerunt; at exemplum facti reliquerunt: illi, quod nemo fecerat, fecerunt. Tarquinium Brutus[e] bello est persecutus; qui tum[10] rex fuit, cum esse Romæ regem licebat. Sp. Cassius et Mælius,[11]

[a] *Solutionem.*

et Junt.—6 Cod. φ *minimum*. Actutum, *diu debet* Vat. Faërn. *rei publicæ pensionem* codd. aliquot; *populus Ro. pens.* Vat. *populo Romano* omittunt codd. aliquot, Lamb. 1584.—7 Vat. Faërn. *omne est*. Mox, *reciperavit* Vat. Muret. —8 Muret. *nobiles*. Mox, *defensuros*. *Qua volant* φ.—9 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Orell. *postremum malorum omnium*. Statim, *si etiam morte* O.—10 O ψ, alii codd. et Grut. *tamen*. Mox, *Roma te licebat* Vat. *Romæ licebat* Muret. probante Garat. *Romæ r. liceret* codd. aliquot, Junt. Grut.—11 *Spurii Cassius, Mælius* Vat. Faërn. Lamb. Orell. *Spurii Cassius et Melius* Wernsd. *Sp.*

NOTÆ

[b] *Minime avara conjux*] Fulvia, conjux Antonii, jam Clodio et Curioni nupserat; duos illos posteriores ad seditiones excitandas impulerat; quorum uterque, Clodius videlicet, a Milone interfectus est; Curio a Juba rege Numidiæ cum suis copiis deletus est. Sperat quoque orator, et brevi Antonium interficiendum esse conjugis facinore.

[c] *Ad quos*] Brutum et Cassium designat, qui rempub. contra tyrannos defendent, quam jam a Cæsaris invasione vindicarunt.

[d] *Illi cedant*] Etiamsi Brutus et Cassius profecti fuissent in provincias post Cæsaris cædem, voluerunt illi cedere ad tempus, ut reipub. otio consulerent. At illi facile revocabuntur, ut eandem rempub. contra Antonii potentiam tueantur.

[e] *Tarquinium Brutus*] Junius Brutus Tarquinium exegit Roma. De hoc dictum Phil. I. § 26. Vide Liv. lib. I.

Digitized by Google

M. Manlius,[f] propter suspicionem regni appetendi sunt necati. Hi primi cum gladiis, non in regnum appetentem, sed in regnantem[g] impetum fecerunt: quod cum ipsum factum per se præclarum atque divinum est,[12] tum expositum ad imitandum; præsertim cum illi eam gloriam consecuti sint, quæ vix cœlo capi posse videatur. Etsi enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamen mortali[13] immortalitatem non arbitror contemnendam. XLV. 115. Recordare igitur illum, M. Antoni,[1] diem, quo dictaturam sustulisti: pone ante oculos lætitiam senatus populique Romani: confer cum nummatione[h] tua tuorumque: tum intelliges, quantum inter laudem et lucrum intersit. Sed nimirum, ut quidam,[2] morbo aliquo, et sensus stupore, suavitatem cibi non sentiunt; sic libidinosi, avari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent. Sed, si te laus allicere ad recte faciendum non potest, ne metus quidem a fœdissimis factis potest avocare?[3] Judicia non metuis: si propter innocentiam, laudo: si propter vim,[4] non intelligis, ei, qui isto modo judicia non timeat, quid timendum sit? 116. Quodsi non metuis viros fortes, egregiosque cives, quod a corpore tuo prohibentur armis; tui te,[i] mihi

Cassius, Sp. Melius Junt. Muret. Grut. *sed P. Cassius, Sp. Melius* φ.—12 Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *præclarum est atque divinum;* φ *clarum atque divinum est.* Voc. *factum* suspectum est Ernestio. Statim, *imitandum est* Vat. Faërn. *sic præsertim* φ. *illi gloriam* Junt. Muret.—13 Ita Vat. Junt. Muret. Faërn. seqq. *mortali* omittunt codd. plerique, etiam φ, Rom. Ven. 1483. Manut. *arbitror esse contemnendam* Vat. Muret. Wernsd. Orell.

CAP. XLV. 1 *Recordare illum M. Antonii* φ. Paulo post, *cum hac immani nundinatione tua* Lamb. 1566. et Orell. de Augustini conjectura; *cum hac nundinatione tua* Lamb. in marg. ed. 1584. *cum nundinatione tua* Oliv. Schutz. Wernsd. *cum hac in manumlatione tua* Vat. Muret. Faërn. *cum hac numeratione tua* codd. Lambini; *cum nucratione tua* O. *cum muneratione tua* φ. *cum nummulatione tua* ψ.—2 Cod. φ *quodam.* Paulo post, *veræ laudis gustatum* Vat. Colot. O φ ψ, Muret. Faërn. Lamb. Lall. Orell—3 O *revocare.*—4 Ita codd. plerique et edd. ante Orell. qui e Vat. legit *sin propter vim.* Actutum, non

NOTÆ

[f] *Cassius et Mælius, M. Manlius*] De his supra.

[g] *In regnantem*] Cæsarem.

[h] *Nummatione*] Nummatio est magna vis pecuniæ.

[i] *Tui te*] Ait, quod, quemadmo-

Digitized by Google

crede, diutius non ferent. Quæ[5] est autem vita, dies et noctes timere a suis? nisi vero aut majoribus habes beneficiis obligatos, quam ille quosdam habuit[k] ex iis, a quibus est interfectus; aut tu es ulla re cum eo[6] comparandus. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia: res bello gesserat, quamvis reipublicæ calamitosas, attamen magnas: multos annos regnare meditatus,[7] magno labore, magnis periculis, quod cogitarat, effecerat: muneribus, monumentis,[b] congiariis,[l] epulis, multitudinem imperitam lenierat;[8] suos præmiis, adversarios clementiæ specie[c] devinxerat. Quid multa? attulerat jam liberæ civitati, partim metu, partim patientia, consuetudinem serviendi. XLVI. 117. Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum; ceteris vero rebus nullo modo es comparandus.[1] Sed ex plurimis malis, quæ ab illo reipublicæ sunt inusta,[d][2] hoc tamen boni est, quod didicit jam populus Romanus, quantum cuique crederet, quibus se committeret,

[b] *Ædificiis.* [c] *Clementia ficta.* [d] *Illata.*

intelligis, qui i. m. j. n. t. ei quid, &c. Vat. Muret. Orell.—5 *Quid* φ ψ. *est* omittit O. *autem multas noctes timeri* φ ψ. Verba *vero aut majoribus* desunt in φ. Deinde, *tanquam ille* φ. *habuit ex his* Vat. Faërn.—6 Cod. φ *haud tu es u. re cum illo.* Mox, *memoria, literæ, cura, cogitatio* Vat. φ, Muret. Faërn. Lamb. Heusing. Wernsd. *memoria literata, cog.* ψ. *memoria, literæ, cog.* Schutz. Wernsd. in ed. min.—7 Ita Vat. ψ, Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. *est meditatus* plerique codd. etiam O φ, Junt. Muret. Grut. Pro *magnis*, quod habent O ψ, Junt. Lamb. Wernsd. in ed. min. Grut. *multis* exhibent Vat. φ, Muret. Faërn. Wernsd. in ed. maj. Orell. Pro *cogitarat*, quod e codd. Ferrarii receperunt Muret. Mannt. Lamb. Grut. Schutz. Wernsd. Orell. *cogitabat* habent Vat. Faërn. *cogitaverat* Junt.—8 Ita codd. plerique, etiam O φ ψ, Junt. Wernsd. *deliniebat* Vat. Muret. Faërn. Lamb. *delenierat* Orell. e Garatoni emendatione.

Cap. XLVI. 1 Vat. Mannt. Faërn. Orell. *comparandus es.*—2 Cod. φ *injusta.* Actutum, multi codd. Græviani et edd. vett. *hoc tantum.* Paulo post,

NOTÆ

dum ab hominibus amicis, et familiaribus occisus est Cæsar, ita a suis sit Antonius occidendus.

[k] *Quosdam habuit*] Cæsar pluribus beneficiis multos ex suis interfectores affecerat, præcipue Decimum Brutum, quem in secundis hæredibus nominaverat. Marcus vero Brutus filius ejus creditus fuerat.

[l] *Congiariis*] Congiarium munus significat, quod ab imperatore dabatur.

Digitized by Google

a quibus caveret. Hæc igitur non cogitas?[3] nec intelligis, satis esse viris fortibus didicisse, quam sit re pulchrum, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere? an, cum illum homines non tulerint, te ferent? 118. Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur, nec[4] occasionis tarditas expectabitur.

Respice, quæso, aliquando rempublicam, M. Antoni: quibus ortus sis,[m] non quibuscum vivas,[5] considera: mecum, ut voles; cum republica redi in gratiam. Sed de te tu ipse videris:[6] ego de me ipso profitebor. Defendi rempublicam adolescens, non deseram senex: contemsi Catilinæ gladios, non pertimescam[7] tuos. Quinetiam corpus libenter obtulerim,[8] si repræsentari[e] morte mea libertas civitatis potest; 119. [*p.* 183.] ut aliquando[9] dolor populi Romani pariat, quod jamdiu parturit.[n] Etenim si abhinc annos prope viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse consulari; quanto verius nunc negabo[10] seni? Mihi vero, patres conscripti, jam etiam optanda mors est, perfuncto rebus iis,[11] quas adeptus sum, quasque gessi: duo modo hæc opto: unum, ut moriens populum Romanum liberum relinquam; hoc mihi majus a

[e] *Restitui.*

qui se committeret ψ.—3 *Hæc non cogitas* Vat. φ, Manut. Faërn. Wernsd. Orell. Mox, *quam sit pulchrum* codd. plerique, et edd. ante Manut. item Grut. *re* servant Vat. Manut. Faërn. Lamb. Wernsd. Orell. Deinde, *occidere? Et cum, &c.* φ.—4 Vat. Manut. Orell. *neque.*—5 Vat. Faërn. Lamb. *quibus convivas.* Statim, *redi cum republica* Vat. Hæc omnia, *M. Antoni: quibus . . . profitebor. Defendi rempublicam,* desunt in O.—6 Ita Junt. Lamb. Wernsd. *ipse* omittunt Vat. Manut. Faërn. Orell. Mox, *me ipso* edd. omnes ante Orell. qui e cod. Vat. legit *me ipse,* probante Garat.—7 Cod. φ *non timescam.*—8 Lamb. *eis obtulerim.*—9 *At aliquando* O. *Utinam aliquando* ψ, Junt. et aliæ edd. ante Manut. Pro *parturit* φ habet *parturii.*—10 Idem

NOTÆ

[m] *Quibus ortus sis*] Habuit in familia M. Antonius illum M. Antonium oratorem celeberrimum, qui consulatum gessit anno urbis 654. et Caium Antonium, qui cum Cicerone consul fuit.

[n] *Pariat, quod jamdiu parturit*] Parere dicitur qui fœtum in lucem edit; parturire vero, qui parere desiderat.

Digitized by Google

Diis [12] immortalibus dari nihil potest: alterum, ut ita cuique eveniat, ut de republica quisque mereatur.[o]

codex *verius non negabo.*—11 Cod. ✝ *rebus ejus.*—12 Ita plurimi codd. et edd. etiam Manut. *ab Diis* Vat. Faërn. Lamb. Oreil. Mox, *donari nihil . . . meretur* Jen.

NOTÆ

[o] *Ut de repub. quisque mereatur*] Optat ut bene iis, qui bene de repub. ut male iis, qui male de rep. meriti sunt, eveniat.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA TERTIA.

ORATIO XLV.

ARGUMENTUM.

Post Cæsaris necem decrevit senatus consulares provincias, Antonio Macedoniam, Dolabellæ Syriam. Sed Antonius, occasionem quærens reipublicæ perturbandæ, Galliam citeriorem sibi mandari cupiebat; quod cum a senatu non impetraret, qui eam provinciam D. Bruto, jam antea ab ipso Cæsare datam, post ejus interitum confirmaverat, tulit ad populum, et obtinuit, ut citeriorem Galliam regeret; unde se cum exercitu ad urbem, Cæsaris exemplo, facile venturum sperabat. Nam Macedonia, terra marique disjuncta, novis consiliis parum opportuna videbatur. Hac mente Brundisium ivit ad VII Id. Oct. profectus obviam legionibus Macedonicis quatuor, quas sibi conciliare pecunia cogitabat, easque ad urbem adducere, et in cervicibus bonorum collocare. Redeuntem a Brundisio Antonium legio Martia reliquit. Ille, tribus legionibus Tiburi collocatis, urbem est ingressus: vocato in Capitolium senatu, cum de abalienata legione quarta, et Octaviani copiis adjuncta, nuntius ei esset allatus, propere senatum dimisit, et ad occupandam Galliam citeriorem, quam D. Brutus obtinebat, cum duabus legionibus magna celeritate contendit. Interea cum novi tribuni pl. qui VI Id. Dec. magistratum inierant, XIII Kalend. Jan. senatum convocassent, deque præsidio consulum designatorum retulissent, ut senatum tuto Kalendis Januariis habere possent, Cicero, laudata tribunorum mente, totam rempublicam complexus hæc censuit: res eas, quas Cæsar adolescens privato consilio gessisset, aut gereret, publica confirmandas auctoritate; legiones, quæ, relicto Antonio, ad

Digitized by Google

rempublicam defendendam se contulissent, laudandas, eisque spem præmiorum decreto senatus ostendendam; D. Brutum, qui se irruenti in Galliam Antonio objecisset, ipsamque Galliam, quæ resisteret, debita laude ornandam: provincias ab iisdem, qui eas obtinerent, obtinendas esse ex lege Julia, quoad ex S. C. cuique eorum successum esset; iisque de rebus ad senatum a novis consulibus primo quoque tempore esse referendum. Assensit senatus, et in ejus sententiam S. C. factum est.

I. 1. Serius omnino, patres conscripti, quam tempus [a] reipublicæ postulabat,[1] aliquando tamen convocati sumus: quod flagitabam equidem quotidie: quippe cum bellum nefarium contra aras et focos, contra vitam fortunasque nostras, ab homine profligato [a] ac perdito non comparari, sed geri jam viderem. Expectantur Kalendæ Januar.[2] [b] quas non expectat Antonius, qui in provinciam [c] D. Bruti, summi et singularis viri, cum exercitu impetum facere conatur; ex qua se instructum [3] et paratum ad urbem venturum esse minitatur. 2. Quæ est igitur expectatio, aut quæ vel minimi dilatio temporis?[4] quanquam enim adsunt [b] Kalendæ Jan. tamen breve tempus longum est imparatis. Dies enim affert, vel [5] hora potius, nisi provisum est, magnas sæpe clades: certus autem dies non ut sacrificii,[d] sic consilii ex-

[a] *Necessitas.* [b] *Prope sunt.*

Cap. I. 1 Mss. φ ψ, Vat. cum Junt. Grut. et edd. vett. aliis habent *postulavit.*—2 In Mss. Barb. cum Oreil. *Januariæ:* Græv. cum Wernsd. *Januarii:* Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. dederunt *Jan.*—3 In ψ *extructum.*—4 *Minima dilatio temporis* in φ ψ, Junt. et Grut. Paulo infra, verba *tamen . . . Jan.* desunt in φ. Pro *imparatis* in ψ est *in paratis.*—5 Junt. Lamb. Grut. et edd.

NOTÆ

[a] *Profligato*] Homo dicitur profligatus, qui sic vitiorum suorum æstu abripitur, ut ab eo deinceps nulla spes emendationis speretur.

[b] *Kal. Januariæ*] His Kalendis novi consules Hirtius et Pansa consulatum inire debebant.

[c] *Qui in provinciam*] Decreta fuerat a senatu Antonio Macedonia: sed cum ea longe abesset ab Italia, neque ex ea facile, utpote terra marique disjuncta, Romam ducere exercitum posset, Galliam citeriorem sibi decerni vehementissime petebat, quæ ei a senatu non est impetrata, quia jam ea Decimo Bruto concessa fuerat: quare ira commotus in eam cum duabus legionibus summa celeritate contendit.

[d] *Non ut sacrificii*] Locus a dissimili. Certis quibusdam et statis diebus quædam habebantur sacrificia,

Digitized by Google

pectari solet. Quodsi aut[6] Kalendæ Jan. fuissent eo die, quo primum ex urbe fugit Antonius,[e] aut hæ non essent expectatæ; bellum jam nullum haberemus: auctoritate enim senatus, consensuque populi Romani facile hominis amentis fregissemus audaciam; quod confido equidem consules designatos, simulac[7] magistratum inierint, esse facturos: sunt enim optimo animo, summo consilio, singulari concordia. Mea autem festinatio non victoriæ solum[8] avida est, sed etiam celeritatis.

3. Quo enim usque[9] tantum bellum, tam crudele, tam nefarium privatis consiliis[f] propulsabitur? cúr non quamprimum publica accedit auctoritas? II. [p. 184.] C.[10] Cæsar adolescens, pæne potius puer, incredibili ac divina quadam mente atque virtute, tum, cum maxime furor arderet Antonii, cumque ejus a Brundisio crudelis[g] et pestifer[e] reditus timeretur, nec postulantibus,[h] nec cogitantibus, ne optantibus[1] quidem nobis, (quia fieri non posse

[e] *Infestus.*

vett. pro *vel* legunt *et.*—6 In φ *ut.*—7 In Ms. Vat. Muret. Faërn. Græv. et Orell. est *simul ut.*—8 *Non solum vict.* Ven. et Muret. *solum non vict.* Junt. Actutum particula *sed*, ante *etiam*, omittitur in Ms. Vat. *verum etiam* Car. Steph. Lamb. Grut. et Davis.—9 *Quousque enim* Junt. et Lamb. *Enim quousque* Mss. Barb. Mox pro *non quamprimum* ψ habet *nunquam primum.*

CAP. II. 10 Prænomen *C.* in φ omittitur.—1 *Nec opinantibus* est in edd. vett. ante Muret. qui, cum Ms. O, dedit *nec optantibus:* in φ ψ *ne opinantibus.* Mox *non posse fieri* in Ms. Vat. Faërn. Græv. et Wernsd. in prima edit. cum Orell.

NOTÆ

quæ alio tempore fieri nefas fuit. Non idem evenire debet in consiliis capiendis, ex quorum dilatione periclitari potest respub.

[e] *Fugit Antonius*] Non revera fugerat Roma Antonius; sed veritus ab Octavio Cæsare insidias, ad solicitandos, sibique adjungendos milites veteranos, profectus erat.

[f] *Privatis consiliis*] Omnia privatis Octavii Cæsaris consiliis agebantur. Censet autem, et petit Cicero, ut imperatoria ei auctoritas conferatur, ut perniciosis se consiliis Antonii opponat.

[g] *Brundisio crudelis, &c.*] Erant in Macedonia legiones quinque, quas ibi detinuerat Cæsar ad Parthicam expeditionem, quas Brundisium Antonius evocaverat, ut eas sibi adjunctas in Italiam adduceret. Cum autem videret Octavius, se, ut puerum, ab Antonio deludi, et reipublicæ libertatem eripi, omnes militum veteranorum colonias lustravit, quas omnibus modis conatus est sibi conciliare.

[h] *Nec postulantibus*] Laudat Octavium Cæsarem ab inopino beneficio, quod præstitit in rempublicam.

Digitized by Google

videbatur) firmissimum exercitum ex invicto genere veteranorum militum[i] comparavit, patrimoniumque suum effudit:[k] quanquam non sum usus[2] eo verbo, quo decuit; non enim effudit, sed in salute reipublicæ collocavit.[3] 4. Cui quanquam gratia referri tanta non potest, quanta debetur; habenda tamen tanta est,[4] quantam maximam animi nostri capere possunt. Quis enim est tam ignarus rerum, tam nihil[d] de republica cogitans, qui hoc non intelligat: si M. Antonius a Brundisio cum iis copiis, quas se habiturum putabat,[5] Romam, ut minabatur, venire potuisset, nullum genus eum crudelitatis præteriturum[e] fuisse? quippe qui in hospitis tectis Brundisii fortissimos viros,[l] cives optimos,[6] jugulari jussit; quorum ante pedes ejus morientium sanguine os uxoris respersum esse constabat. Hac ille crudelitate imbutus, cum multo bonis omnibus veniret iratior, quam illis fuerat, quos trucidarat; cui tandem nostrum,[7]

[d] *Parum.* [e] *Omissurum.*

fieri posse non in Junt. Muret. Lamb. et Grut. Tum præpositio *ex* ante *invicto* in ψ et edd. vett. plerisque non invenitur.—2 In ψ, Lamb. Grut. et edd. vett. nonnullis *sumus usi.* Statim infra, pro *quo decuit*, in φ ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. legitur *quo debui.*—3 Ms. Vat. (probante Garaton.) et Orell. habent *in rei publicæ salute coll.* omisso *sed.* Omnes edd. vett. ante Manut. *in salutem reipublicæ coll.*—4 Vat. Muret. Faërn. Græv. et Orell. *tamen est tanta:* in ψ, et Mss. Barb. cum vett. edd. nonnullis verba *tanta est* desunt: in Mss. Ferrarii verbum *est* omittitur.—5 In Mss. omnibus, (præter Vat. et O, qui habent *putabat*) cum omnibus edd. ante Muret. legitur *putaverat:* Orell. de Garatoni suspicione, dedit *putarat.* Mox *crudelitatis eum* est in Junt. et Lamb.—6 *Optimosque cives* in Vat. Muret. et Orell. Tum pro *jussit* O φ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. habent *jusserit.*—7 In O φ, Junt. et Grut. *vestrum.* Paulo infra, *privato consilio rempublicam* Vat. Muret. Faërn. Wernsd. in prima ed. cum Orell. Statim post, pro *nec enim*, in Vat. Muret. et Orell. legitur *neque enim*,

NOTÆ

[i] *Veteranorum militum*] Cuique eorum quingentas drachmas pollicitus est Cæsar.

[k] *Effudit*] Verbum istud in malam partem assumitur; quare hic correctione utitur orator.

[l] *Fortissimos viros*] Cum legio Martia ab Antonio ad Octavium transiisset, ac propter vilius præmium tumultum aliquem excitasset, centuriones omnes interfici jussit Antonius, præsente Volumnia mima, quam semper secum deducebat: nisi forte intelligat Fulviam conjugem legitimam, de cujus crudelitate Plutarchus in vita Ciceronis loquitur.

Digitized by Google

aut cui omnino bono pepercisset? 5. Qua peste rempublicam privato consilio (nec enim fieri potuit aliter) Cæsar liberavit: qui nisi in hac republica natus esset, rempublicam scelere Antonii nullam haberemus. Sic enim perspicio,[8] sic judico, nisi unus adolescens illius furentis impetus, crudelissimosque conatus cohibuisset, rempublicam funditus interituram fuisse. Cui quidem hodierno die, patres conscripti, (nunc enim primum ita convenimus, ut illius beneficio possemus,[9] quæ sentiremus, libere dicere) tribuenda est auctoritas, ut rempublicam non modo a se susceptam, sed etiam a nobis commendatam possit defendere. III. 6. Nec vero de legione Martia[m] (quoniam longo intervallo[n] loqui nobis de republica licet) sileri potest. Quis enim unus fortior, quis amicior[10] unquam reipublicæ fuit, quam legio Martia universa? quæ cum hostem populi Romani M.[1] Antonium judicasset, comes esse ejus amentiæ noluit: reliquit consulem; quod profecto non fecisset, si eum consulem judicavisset:[2] quem nihil aliud agere, nihil moliri, nisi cædem civium, atque interitum civitatis, videret. Atque ea legio[3] consedit Albæ.[o] Quam potuit urbem eligere, aut opportuniorem ad res gerendas, aut fideliorem, aut fortiorum[4] virorum, aut amiciorum populo Romano civium?

probante Garaton.—8 In φ *prospicio.*—9 Post verbum *possemus* additur *ea* in Vat. Faërn. Lamb. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell. In φ ψ est *ut de illius benef. poss.* Pro *possemus* O habet *possimus.*

CAP. III. 10 Edd. vett. *Quis enim unquam fortior ac amicior:* al. *Quis enim unus fortior ac amicior.* Pro *unus* ψ habet *unquam.*—1 Faërnus omisit prænomen *M.* Mox *comes ejus esse* Junt. et Muret.—2 Junt. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. *judicasset.*—3 In φ *lege.*—4 φ, et alii Mss. *fortiorem:* ψ *fortium:* Vat. et Faërn. *aut fortium virorum, aut amicorum.* Pro *populo Romano* Vat. Faërn. Lamb. et Orell. habent *reipublicæ:* pro *amiciorum* φ ψ *amicorum.*

NOTÆ

[m] *Legione Martia*] Legionibus nomina imponebantur, vel ab ordine, v. g. prima, secunda; vel a virtute et robore; qualis illa Martia, quæ a Marte, bellorum Deo, propter fortitudinem, Martia dicta est.

[n] *Longo intervallo*] Senatus ab Kalendis Juniis usque ad 13. Kal. Januar. habitus non fuerat.

[o] *Albæ*] Alba urbs fuit condita ab Ascanio. Ea autem in loco munitissimo condita fuit, in saxo edito, et prope in conspectu urbis.

Digitized by Google

7. Hujusce legionis virtutem imitata quarta legio, duce L. Egnatuleio [5] quæstore, cive optimo et fortissimo,[6] Cæsaris auctoritatem atque exercitum persecuta[f] est. Faciendum est igitur nobis, patres conscripti, ut ea, quæ sua sponte clarissimus adolescens [p] atque omnium præstantissimus gessit et gerit, hæc [7] auctoritate nostra comprobentur; veteranorumque, fortissimorum virorum, tum legionis Martiæ, quartæque mirabilis consensus ad rempublicam recuperandam, laude [8] et testimonio nostro confirmetur: eorumque commoda, honores, præmia, cum consules designati magistratum inierint, curæ nobis fore, hodierno die spondeamus.

IV. 8. Atque ea quidem, quæ dixi de Cæsare, deque ejus exercitu, jam diu nota sunt nobis. Virtute enim admirabili Cæsaris, constantiaque militum veteranorum, legionumque earum optimo judicio, quæ auctoritatem nostram, libertatem [9] populi Romani, virtutem C. Cæsaris secutæ sunt, a cervicibus nostris est depulsus Antonius. Sed, ut dixi, hæc superiora: [10] hoc vero recens edictum D. Bruti, quod paulo ante propositum est, certe silentio non potest præteriri: pollicetur enim, se provinciam Galliam retenturum in senatus populique Romani potestate.[1] [*p.* 185.]

[f] *Secuta.*

Statim post, *Hujus leg.* in Ms. Vat. cum Muret. et Faërn.—5 In O *Egnatio*: in ψ et Ms. Græv. *Egnatuleo*: in Ms. Colon. *Egnatulio*. Infra, pro *cive*, Vat. Muret. Faërn. et Orell. dederunt *civi*.—6 Prænomen *C.* ante *Cæsaris* est in O, Vat. cum Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. Paulo post quidam Mss. habent *prosecuta est*, probante Ern. Actutum, in O *Faciundus*, in Oliv. *Faciundum*. Infra, Ms. Lang. exhibet *et gessit*, *et gerit*: Ms. Græv. *gerit et gessit*.—7 Aut *ea*, aut *hæc*, deleri censebat Ern. Mox in Ms. O *veteranorum fortissimorumque*.—8 Pro *laude*, O φ ψ, Mss. Græv. Franc. et edd. vett. ante Faërn. habent *laudetur*.

CAP. IV. 9 In edd. vett. *libertatemque*. Muretus hunc locum ita dedit: *quæ optimo jud. auct. nost. libertatemque*. Tum Vat. Muret. Faërn. et Orell. non inserunt prænomen *C.* ante *Cæsaris*.—10 *Sed hæc, ut dixi, superiora* in Ms. Vat. cum Muret. et Orellio. Mox Muret. omisit prænomen *D.* ante *Bruti*: φ habet *P. Bruti*. Statim infra, pro *quod* in ψ scribitur *quo*.—1 φ ψ, Mss. plerique, cum Rom. Ven. Junt. Lall. et Orell. probante Garaton. *potes-*

NOTÆ

[p] *Clarissimus adolescens*] Octavius Cæsar.

Digitized by Google

O civem natum reipublicæ, memorem sui nominis,[q] imitatoremque majorum! neque enim, Tarquinio expulso, majoribus nostris tam fuit optata[2] libertas, quam est, repulso Antonio, retinenda nobis. 9. Illi regibus parere jam a condita urbe didicerant: nos post reges exactos servitutis oblivio ceperat. Atque[3] ille Tarquinius, quem majores nostri non tulerunt, non crudelis, non impius,[r] sed superbus habitus est[s] et dictus:[4] quod nos vitium in privatis sæpe tulimus, id majores nostri ne in rege quidem ferre potuerunt. L. Brutus regem superbum non tulit: Decimus[5] sceleratum atque impium regnare patietur? Quid Tarquinius tale,[6] qualia innumerabilia et fecit et facit Antonius? Senatum etiam reges habebant:[t] nec tamen,[7] ut

tatem. Mox pro *memorem* φ *memoris*.—2 Muret. habet *optanda*. Tum in Ms. Vat. *depulso tam Antonio:* in Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. *depulso jam Antonio*. Præpositio *a* ante *condita* in φ ψ, et Ms. Græv. omittitur.—3 *At* in O. Verbum *Tarquinius* haud agnoscit Muret. Porro negativa particula *non* ante *impius* deest in φ ψ, Mss. Græv. et Ferrar. cum edd. Manut. et Car. Steph.—4 *Sed superbus est habitus et dictus* Vat. Muret. Faërn. et Orell. Garaton. conjecit *sed sup. habitus et dictus est*. Tum *id* ante *majores* in edit. Aldi senioris omissum est. Mox in φ *non in rege*.—5 In O, Vat. cum Ven. Junt. Muret. et Orell. *Decimus Brutus;* et post verbum *patietur*, Vat. Junt. et Grut. inserunt *Antonium*.—6 *Tale* non est in φ. Tum *et facit et fecit* Vat. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in prima ed. et Orell.—7 In φ et Ms. Guelf. item ed. Rom. Brix. Med. et P. Manut. *nec tum*. Pro *ha-*

NOTÆ

q *Memorem sui nominis*] Ait memorem sui nominis Brutum esse, quia Junius Brutus, expulsis regibus Romanis, libertatem populi Rom. vindicavit.

r *Non crudelis, non impius*] Ostendit pejorem futurum Antonium Tarquinio, quem ille crudelitate superat, quia cives Rom. centuriones nempe legionis Martiæ, interfecit; impietate vero, quia auspicia augur et consul neglexit, quæ a priscis illis regibus religiosissime semper observata sunt.

s *Superbus habitus est*] Ex Livio lib. I. Superbi nomen Tarquinius accepit, 'quia socerum gener sepultura prohibuit, Romulum quoque insepultum periisse dictitans.' Aliam hanc causam addit Dionysius, Antiquit. lib. IV. quod videlicet moribus superbissimis esset.

t *Senatum reges habebant*] Romulus primus omnium regum Rom. senatum instituit, sive senatores, quos ad consultandum de repub. advocavit, ad quos de summa rerum referret, atque ex eorum auctoritate omnia ageret, quæ publica sibi suscipienda existimaret, quam consuetudinem alii ab ipso posteri reges diligenter observarunt. At aliter longe se gessit An-

Digitized by Google

Antonio senatum habenti, in consilio regis versabantur barbari armati.[8] Servabant auspicia reges;[u] quæ hic consul augurque neglexit, neque solum legibus contra auspicia ferendis, sed etiam collega una ferente eo, quem[9] ipse ementitis auspiciis[x] vitiosum fecerat.[y] 10. Quis autem rex[10] unquam fuit tam insignite[g] impudens, ut haberet omnia commoda, beneficia, jura regni venalia? hic quam[1] immunitatem, quam civitatem, quod præmium, non vel singulis hominibus, vel civitatibus, vel universis provinciis vendidit? Nihil humile[h] de Tarquinio, nihil sordidum[i] accepimus:[2] at vero hujus domi inter quasilla[z] pendebatur[3] aurum, numerabatur pecunia:[a] una in domo omnes, quorum intererat, totum imperium populi Romani[4] nundinabantur.[b] Supplicia vero in cives[c] Romanos nulla Tar-

[g] *Egregie.* [h] *Abjectum.* [i] *Avarum.*

benti, Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell. *habente.* Vid. Nott. Varr.—8 In ϕ *armato.* Idem Ms. paulo post dedit *qui hic consul.*—9 *Referente quem* ϕ ψ, et edd. pleræque ante Muret. qui dedit *ferente quem:* edd. vett. et Grut. *referente eo, quem.*—10 *Rex* non est in ϕ. Mox in ed. Junt. et aliis edd. vett. *insigniter.*—1 Omnes Mss. et edd. præter Ern. et Schutz. habent *quam hic.* Tum *quam hic civitatem* in ψ.—2 In Ms. Græv. *Nihil humile, nihil sordidum de Tarquinio accepimus.*—3 In Mss. Ferrarii *inter quas illa pendebatur:* Junt. *inter cives illius pendebatur:* ϕ ψ, et al. *inter cives illius appendebatur:* ed. Victor. *inter calices pendebatur.* Mss. Barb. plerique alii, et omnes edd. ante Manut. legunt *appendebatur.*—4 In ψ et aliis quibusdam Mss. *totum imp. rei-*

NOTÆ

tonius; nam cum senatum haberet, eum Ityreis, hominibus barbaris, et illis quidem armatis, circumseptum tenebat.

[u] *Servabant auspicia reges*] Augur fuit Romulus, nihilque tum ab ipso, tum ab aliis regibus sine auspiciis gerebatur. Vide Cic. de Divinat. lib. I.

[x] *Ementitis auspiciis*] Vide superiorem orat.

[y] *Vitiosum fecerat*] Vitiosus magistratus dicitur, qui contra auspicia creatus est.

[z] *Quasilla*] Quasillum, vel quasillus, vas erat muliebre, quo in lanificiis utebantur, et in quo pensa revolvebant. Indicat autem, inter mulierculas venalia omnia haberi ab Antonio, quæ his nundinis præfectæ sunt.

[a] *Numerabatur pecunia*] Videtur omissa vox hæc *non.* Certe sensus melius constabit, et congruet cum superiori oratione, si legatur aurum *appendebatur*, sive pendebatur, *non numerabatur.*

[b] *Nundinabantur*] Id est, totum imperium Romanum tanquam in mercatu vendebatur.

[c] *Supplicia in cives*] Non vere, sed

Digitized by Google

quinii accepimus: at hic et Suessæ[d] jugulavit eos,[e] quos in custodiam dederat, et Brundisii trecentos[5][f] fortissimos viros, civesque optimos trucidavit. 11. Postremo Tarquinius pro populo Romano bellum gerebat[g] tum, cum est expulsus: Antonius contra populum Romanum exercitum adducebat[6] tum, cum a legionibus[h] relictus, nomen Cæsaris exercitumque pertimuit; neglectisque sacrificiis[i] solennibus, ante lucem,[k] vota ea,[7] quæ nunquam solveret, nuncupavit;[l] et hoc tempore in[8] provinciam[m] populi Romani conatur invadere. Majus igitur a Decimo Bruto beneficium populus Romanus et habet et expectat, quam ma-

publica.—5 *Ad trecentos* in Colot. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. Verba *quos* ... *civesque* non sunt in O.—6 ψ et edd. vett. *educebat.* Deinde *a leg. omnibus* in Vat. et Muret. In Ms. Vat. paulo post legitur *exercitumque timuit.*—7 *Ea vota* in Ms. Græv. cum Junt. Muret. Lamb. et Græv.—8 In ψ *vi.* Tum in quibusdam edd. vett. *majus igitur benef. a D. Bruto.* Verbum

NOTÆ

oratorie dicit Cicero, nullis suppliciis Romanos Tarquinium affecisse. Certe Livius scribit, cum metu regnum tutandum esse existimaret, ex patribus alios occidisse, alios in exilium ejecisse, alios bonis mulctavisse.

[d] *Suessæ*] Suessa Campaniæ oppidum fuit, quæ et Aurunca dicta est, agro mirifice fertilis.

[e] *Jugulavit eos*] Cum Antonius eos cives deprehendisset, quos ad sollicitandas colonias miserat Octavius Cæsar, eos Suessam civibus custodiendos misit, ubi postea ejus imperio trucidati sunt.

[f] *Brundisii trecentos*] De his superius, § 4. not.

[g] *Bellum gerebat*] Tarquinius Latinos Sabinosque domuit: Suessam Pometiam Volscis eripuit, et Gabios in potestatem redegit.

[h] *A legionibus*] Martia et quarta legio reliquit Antonium.

[i] *Neglectis sacrificiis*] Magistratus in provincias, et imperatores ad exercitum profecturi, sacrificia in Capitolio faciebant.

[k] *Ante lucem*] Cum venisset in urbem Antonius, pauca in senatu locutus est, accepto nuntio legiones Martiam et quartam se Cæsari adjunxisse, contra quem in senatu non ausus est agere; sed metu correptus, ante lucem urbem egressus est, et Albam contendit, ut legiones illas ad se revocaret; sed pulsus est ab Albanis.

[l] *Nuncupavit*] Nuncupari vota dicuntur, cum ea nominatim fiunt; quæ tunc nuncupabat consul, et prætor, cum lustrato exercitu ad bellum proficiscebatur.

[m] *In provinciam*] Cum videret se expulsum ab Albanis Antonius, statim Ariminum profectus est, ut inde in Galliam contra Brutum, qui provinciam illam tenebat, bellum moveret.

Digitized by Google

jores nostri acceperunt[9] a L. Bruto, principe hujus maxime conservandi generis et nominis. v. 12. Cum autem omnis servitus est[10] misera; tum vero intolerabile est servire impuro, impudico, effœminato; nunquam, ne in metu quidem, sobrio.[n] Hunc igitur qui Gallia prohibet,[o] privato[1] præsertim consilio, judicat, verissimeque judicat, non esse consulem. Faciendum est igitur, patres conscripti, nobis,[2] ut D. Bruti privatum consilium auctoritate publica comprobemus. Nec vero M. Antonium consulem post Lupercalia[p] putare debuistis:[3] quo enim ille die, populo Romano inspectante, nudus, unctus, ebrius concionatus est,[4] et id egit, ut collegæ diadema imponeret; eo die, non modo consulatu, sed etiam libertate se abdicavit:[5] esset enim ipsi certe statim serviendum, si Cæsar ab eo regni insigne[6][q] accipere voluisset. Hunc igitur ego consulem, hunc civem Romanum,[7] hunc liberum, hunc denique hominem putem, qui fœdo illo et flagitioso die, et quid pati, Cæsare vivo, posset,[8] et quid, eo mortuo, consequi ipse cuperet, ostendit? 13. Nec vero de virtute, constantia, et[9] gravitate provinciæ Galliæ[r] taceri potest. [*p.* 186.] Est enim ille flos Italiæ, illud firmamentum imperii populi Romani, illud

Decimo in O deest.—9 ψ *acceperint.* Denique Ms. Græv. *princ. huj. max. cons. gratia generis.*

Cap. v. 10 In ed. Junt. Faërn. et Lamb. *est omnis servitus.* Tum in Mss. Ferrarii scribitur *intolerabilis.*—1 In ψ *private.*—2 *Nobis, patres conscripti* Vat. Muret. Faërn. Græv. et Orell.—3 *Debuistis putare* Mss. Vat. et Græv. cum edd. Faërn. Muret. et Græv.—4 *Est concionatus* Vat. Faërn. Muret. Lamb. Manut. Græv. et Orell.—5 In Ms. Vat. cum edd. Manut. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. legitur *eo die se non modo cons. sed etiam lib. abd.*—6 *Insigni* Vat. *insignia* conjecit Faërn. improbante Lamb.—7 *Romanum civem* Græv. et Wernsd.—8 Al. *potest.*—9 Particula *et* omittitur in ψ, cum

NOTÆ

[n] *In metu, sobrio*] Tantæ erat intemperantiæ Antonius, ut vel in maximo periculorum metu, libidini et compotationibus indulgeret.

[o] *Hunc igitur qui Gallia prohibet*] Brutus nulla senatus auctoritate a Gallia Antonium prohibuit.

[p] *Lupercalia*] De his dictum oratione superiori, § 84. not.

[q] *Regni insigne*] Vide eandem superiorem orat. § 85. not.

[r] *Provinciæ Galliæ*] De Gallia Cisalpina loquitur.

Digitized by Google

ornamentum dignitatis. Tantus autem est consensus municipiorum coloniarumque provinciæ Galliæ, ut omnes ad auctoritatem hujus ordinis, majestatemque populi Romani defendendam, conspirasse[a] videantur. Quamobrem, tribuni plebis,[s] quanquam vos nihil aliud, nisi de præsidio,[t] ut[1] senatum tuto consules Kalendis Jan. habere possent,[2] retulistis,[u] tamen mihi videmini magno consilio, atque optima mente potestatem nobis de tota republica fecisse dicendi: cum enim tuto senatum haberi sine præsidio non posse judicavistis; illud etiam statuistis,[3] intra muros Antonii scelus,[x] audaciamque versari.

VI. 14. Quamobrem omnia, mea sententia, complectar, (vobis, ut intelligo, non invitis) ut et[4] præstantissimis ducibus a nobis detur auctoritas, et fortissimis militibus spes ostendatur præmiorum; et judicetur non verbo, sed re, non modo non consul,[5] sed etiam hostis Antonius. Nam, si ille consul,[y] fustuarium[z] meruerunt[6] legiones, quæ consulem reliquerunt; sceleratus Cæsar, Brutus nefarius, qui contra consulem privato consilio exercitus comparave-

[a] *Consensisse.*

Junt. Manut. Faërn. Lamb. et Orell.—10 Mss. et edd. multæ *Tantus autem cons. est.*—1 O φ *in.*—2 Faërn. (e corrupta lectione Vat. *possetint*) Græv. Wernsd. et Orell. habent *possint.*—3 *Tum statuistis etiam* in Vat. Muret. Faërn. Lamb. Oliv. Wernsd. et Orell. *istud etiam statuistis* Junt. *illud tum statuistis etiam* Græv. *illud statuistis etiam* O φ ψ: al. *illud enim statuistis.* Ita locum distinguit Muretus: *statuistis, etiam int. mur.*

CAP. VI. 4 Al. *et ut.*—5 Ms. Lang. *non consul modo.*—6 In ψ *meruere.*—

NOTÆ

[s] *Tribuni plebis*] Cum profectus fuisset Antonius IV Kal. Decemb. tribuni plebis magistratum inierunt, et senatum, absentibus consulibus, ad XIII Kal. Jan. convocaverunt, quo die hanc orationem habuit Cicero.

[t] *De præsidio*] Tribuni plebis statuerunt, præsidium esse habendum, ut tuto senatus haberi posset, et consules magistratum inirent.

[u] *Retulistis*] Auctore et principe sententiæ M. Servilio, tribuni de illo præsidio retulerunt.

[x] *Antonii scelus, &c.*] Licet abesset Antonius, tamen aderant Romæ ejus amici, perditi cives, qui moliri aliquid contra rempublicam poterant.

[y] *Nam si ille consul*] Syllogismo conditionali probat, non esse consulem Antonium.

[z] *Fustuarium*] Fustuarium castigatio militaris est, sive fustium, sive virgarum sit. Ita Modestinus jurisconsultus.

Digitized by Google

runt:[7] sin autem militibus exquirendi sunt honores novi, propter eorum divinum atque immortale meritum, ducibus[a] autem ne referri quidem potest gratia;[8] quis est, qui eum non hostem existimet, quem qui armis persequuntur, conservatores reipublicæ judicantur? 15. At quam contumeliosus in edictis![b] quam barbarus! quam rudis![9] Primum in Cæsarem ut maledicta congessit, depromta ex recordatione[c] impudicitiæ et stuprorum suorum! Quis enim hoc adolescente castior? quis modestior? quod in juventute habemus illustrius exemplum veteris sanctitatis? quis autem illo maledico[10] impurior? Ignobilitatem objicit C. Cæsaris filio, cujus etiam naturalis[l] pater, si vita suppeditasset,[d] consul factus esset. Aricina mater.[e] Trallianam aut Ephesiam[11][f] putes dicere. Videte, quam de-

[l] *Proprius.*

7 In O *paraverunt.*—8 In Ms. Græv. *ne ref. quidem potes gratiam.* Paulo infra, pro *non hostem,* Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Græv. dederunt *hostem non.* Tum Vat. et Muret. habent *persequantur:* et paulo infra ϕ et Mss. plerique *judicentur.*—9 Lamb. conjecit *quam ferus!* Mox ψ et Vat. cum edd. vett. ante Grut. non habent particula *ut* post *Cæsarem:* Ms. Colon. exhibet *velut.*—10 In Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. *quis autem illo, qui maledicit:* pro *maledico* ϕ habet *maledicto.* Infra, pro *naturalis,* in Oxon. Mss. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. est *natura.*—1 *Ephe-*

NOTÆ

[a] *Ducibus*] Duces fuerunt contra Antonium Brutus et Octavius Cæsar, qui primi omnium, privato consilio, exercitum contra eum comparavere.

[b] *Contumeliosus in edictis*] Multa edicta tulit in Cæsarem Octavium Antonius.

[c] *Depromta ex recordatione*] Pungit acriter Antonium; ait enim, talem dici ab eo Cæsarem in pueritia, qualis ipse fuerit; id est, omni libidinum infamia corruptus.

[d] *Si vita suppeditasset*] Cn. Octavius prætor Macedoniam provinciam sortitus fuerat; ex qua decedens, morte repentina sublatus est, neque consulatus candidatus potuit esse. Tranquillus.

[e] *Aricina mater*] Antonius objicit Octavio, matrem ejus Aricinam fuisse, quasi id ipsi probro vertendum esset. Accia autem, mater Augusti, paterna stirpe Aricina fuit; nam, teste Suetonio, patrem habuit Accium Aricinum. Porro Aricia Italiæ civitas fuit in Appia Via. Strata autem fuit illa via ab Appio Claudio a porta Capena usque ad urbem Capuam.

[f] *Trallianam aut Ephesiam*] Tanto probro vertebat Antonius Octavio Cæsari, matrem ejus Aricinam fuisse, quanto, si Trallians aut Ephesina fuisset, quia illæ infames voluptatibus habebantur. Tralles vero Thraciæ, et Ephesus Cariæ civitas est.

Digitized by Google

spiciamur omnes, qui sumus e municipiis, id est, omnes plane: quotus enim quisque non est?[2] quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tantopere despicit, vetustate antiquissimum, jure fœderatum, propinquitate pæne finitimum,[g] splendore municipum honestissimum? 16. Hinc Voconiæ,[h] hinc Scatiniæ[3 i] leges: hinc multæ sellæ curules,[k] et patrum memoria, et nostra: hinc equites Romani, lautissimi[m] plurimi et honestissimi.[4] Sed si Aricinam uxorem non probas, cur probas Tusculanam?[l] quanquam hujus sanctissimæ fœminæ atque optimæ pater, M. Attius[5] Balbus, in primis honestus, prætorius fuit: tuæ conjugis, bonæ fœminæ, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater, homo nullo numero:[n] nihil illo contemtius, qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis,

[m] *Splendidissimi.* [n] *Abjectissimus.*

sinam in φ ψ. Deinde Muret. habet *de municipiis.*—2 In ψ, et edd. vett. *notus enim quisque non est:* in Vat. Muret. Wernsd. et Orell. *quotus enim quisque nostrum non est.* Paulo infra pro *contemnit is* φ habet *contemnis.* Mox idem Ms. exhibet *vetus antiquissimum;* et pro *municipum* dedit *municipium.*—3 Ms. Vat. et Colot. cum Muret. et Orell. *Atiniæ:* Ms. Lang. *Santoniæ:* al. *Sanctiniæ:* al. *Scatoniæ.*—4 Ms. Vat. Faërn. Lamb. Oliv. Lall. Wernsd. et Orell. *lautissimi et plurimi,* reliquis omissis: O φ ψ *lautissimi, plurimi, honestissimi:* Muret. *laut. et plur. et honest.* Mox pro *cur* in O est *cui.* Verbum proximum *probas* in ψ deest.—5 Manut. et Steph. cum Orell. *Atius,* probante Garaton. ψ *Accius.* Mox in ψ est *Bambilio.* Statim post,

NOTÆ

[g] *Pæne finitimum*] xx millibus Roma distat.

[h] *Voconiæ*] Tulit Q. Voconius Saxa, tribunus plebis, Cæpione et Philippo coss. ne qui census esset, virginem, neve mulierem, supra quadrantem bonorum suorum, hæredem institueret, plusve cuiquam legaret, quam ad hæredem, hæredesve perveniret, ne fœminæ ultra consanguineos ab intestato succederent.

[i] *Scatiniæ*] Leges fuerunt de impudicis pueris. De hac Suetonius in Augusto.

[k] *Multæ sellæ curules*] Insignia magistratus ponit pro ipso magistratu, aitque multos ex minoribus municipiis prodiisse, qui ad illustriores reipublicæ dignitates pervenerunt. Sella autem curuli magistratus patricii vehebantur, minores vero ibant pedibus.

[l] *Tusculanam*] Prima Antonii uxor fuit M. Fadii libertini Tusculani filia. Tusculum vero municipium fuit olim celebre.

Digitized by Google

cognomen ex contumelia[m] traxerit.[6] At avus[n] nobilis. Tuditanus[o] nempe ille, ille[7] qui, cum palla[p] et cothurnis,[q] nummos populo de Rostris spargere solebat. Vellem hanc contemtionem pecuniæ suis reliquisset: haberetis[8] nobilitatem generis gloriosam. 17. Qui autem convenit, ut tibi Aricina[r] natus ignobilis[9] videatur, cum tu eodem materno genere[s] soleas gloriari? quæ porro amentia est,[10] eum dicere aliquid de uxorum ignobilitate, cujus pater[t] Numitoriam Fregellanam, proditoris filiam, habuerit uxorem; ipse ex libertini filia[u] susceperit liberos? Sed hoc clarissimi

verbum *pater* omisit Ms. Græv.—6 *Traxit traxerat* Vat. qui sæpe solet duas lectiones junctim exhibere. Ms. O. et ed. Muret. *traxit*. Tum *At avus hujus* in ϕ, et Vat. a manu recentiori, cum Junt. et Muret. ψ habet *Actavus hujus*: Ms. Græv. *Attavus hujus*.—7 ϕ ψ, et Ms. Vat. cum Junt. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. non geminant *ille*. Deinde pro *cothurnis* in ϕ est *certinis*.—8 *Habetis* in Vat. et aliis codd. cum Muret. Faërn. Lamb. Grut. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell. Mox *evenit* legitur in Vat. et Mss. omnibus, cum Junt. Muret. Grut. Græv. Wernsd. et Orell.—9 Junt. Muret. Faërn. et Grut. habent *ut tibi Julia natus ign.* Lambinus, e conjectura Ant. Augustini et Mureti, dedit *ut tibi Julia nata ign.* haud improbante Ursino: Græv. cum Pal. 2. et multis aliis codd. *ut is tibi Aricina natus ign.* Ferrarius conjecit *is tibi Juliæ filia natus*. Codex Barbadorii ita conjunxit: *ut is tibi Julia Aricina natus ign.* Ms. Lang. *ut istus Aricina ign.* Colot. *is tibi vigilia natus ign.* Pal. 1. habet *ut is tibi Julia natus:* in Ms. Colon. est *quod Julia tibi natus*.—10 In Mss. Grævii et edd. vett. nonnullis *amentiæ sunt:* ϕ habet *amentie:* ψ

NOTÆ

[m] *Cognomen ex contumelia*] Bambalio dictus est contumeliose, nempe propter vitium, et linguæ hæsitantiam.

[n] *At avus*] Objicere quis potuisset, avum Bambalionis fuisse nobilem: cui ironice respondet Cicero.

[o] *Tuditanus*] Vir insania sua famosus, ex gente Sempronia; qui avus fuit Fulviæ, uxoris M. Antonii. Is nummos populo sparsit, togamque, velut tragicam vestem, in foro trahens, maximo cum hominum risu conspectus est. Val. Max. lib. VII. cap. 8.

[p] *Palla*] Vestimenti genus fuit palla, quo actores vestiebantur.

[q] *Cothurnis*] Cothurnus calceamentum fuit subere eminens et altum, quo actores pariter utebantur in theatro.

[r] *Aricina* [*Julia*] Julia illa Caii Cæsaris dictatoris soror fuit, Acciæ mater; ex qua natus est Octavius Cæsar.

[s] *Eodem materno genere*] Antonius matrem habuit Juliam, e Juliis Cæsaribus natam; quæ, priori marito mortuo, Lentulo nupsit, qui, propter Catilinæ conjurationem, in carcere morte punitus est.

[t] *Cujus pater*] Antequam pater Antonii uxorem Juliam habuisset, jam duxerat filiam Numitoris cujusdam

Digitized by Google

viri viderint, L. Philippus, qui habet Aricinam uxorem, C. Marcellus, qui Aricinæ filiam; quos certo [1] scio dignitatis optimarum fœminarum non pœnitere.[w] VII. Idem etiam Q.[2] Ciceronem, fratris mei filium, compellat edicto;[x] [*p.* 187.] nec sentit, amens, commendationem esse compellationem[z] suam. Quid enim accidere huic adolescenti potuit optatius, quam cognosci ab hominibus,[3] Cæsaris consiliorum esse socium, Antonii furoris inimicum? 18. At etiam gladiator ausus est scribere, hunc de patris et patrui[y] parricidio cogitasse. O admirabilem impudentiam, audaciam, temeritatem! in eum adolescentem hoc[4] scribere audere, quem ego, et frater meus, propter ejus suavissimos atque optimos mores, præstantissimumque ingenium, certatim amamus, omnibusque horis, oculis, auribus, complexu tenemus! Nam me eisdem edictis,[5] nescit, lædat an laudet:

[w] *Quibus scio vehementer placere dignitatem uxorum suarum.*
[z] *Accusationem.*

---

amentiæ.—1 In Ms. Vat. cum Junt. Muret. Græv. et Oliv. *certe.*

Cap. VII. 2 Prænomen Q. non est in φ. Mox in loco *commendationem* φ, Franc. et Ms. Græv. habent *commnem.* Paulo infra, pro *accidere* φ ψ habent *accedere.*—3 *Ab omnibus* legitur in Ms. Vat. Muret. Faërn. Manut. Lamb. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell.—4 ψ, et edd. vett. ante Muret. cum Oliv. *hæc.* Deinde *omnibusque horis* in edd. vett. nonnullis: in Ms. Colon. *omnibus oris.* Præpositio *in* ante *oculis* est in Manut. Naug. Cam. et utraque Gryph. —5 Edd. vett. ante Ferrar. *nam in eisdem edictis:* vetus lib. apud Ursinum *jam me in eisdem edictis:* Pal. 2. *nam meis de me dictis:* Barb. 1. *nam me iisdem me edictis:* Ms. Græv. *nam in eis de me dictis:* Ms. Colon. *nam in eis edictis:* O *nam meis de mei dictis.* Pro *eisdem* in Ms. Vat. est *isdem;* in φ, cum Mu-

NOTÆ

Fregellani, quem proditorem vocat, quia Fregellani olim, cum in Romanos conjurassent, a L. Opimio prætore victi sunt et excisi. Fregellæ vero, seu Fregella, oppidum est Italiæ, quod olim Opicorum fuit, deinde Volscorum, inter Formias et Sinuessam sita, non procul a Liri amne.

[a] *Ipse ex libertini filia*] Antonius Bambalionis libertini hominis filiam uxorem duxerat. Libertini vero primo dicti sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt; deinde vero, Appii videlicet Cæci temporibus, et deinceps aliquamdiu, libertini appellati sunt, non qui manumittebantur, sed ingenui ex iis procreati.

[x] *Compellat edicto*] Antonius accusabat Q. Ciceronem, Quinti fratris filium, quod Octavio adhæreret, ejusque partes sequeretur.

[y] *De patris et patrui*] Id est, de patre suo Q. Cicerone, et ipso Marco Cicerone, ipsius unico patruo, interficiendis cogitasse.

Digitized by Google

cum idem supplicium minatur[a] optimis civibus, quod ego de sceleratissimis[6] sumserim, laudare videtur, quasi imitari velit: cum autem illam pulcherrimi facti memoriam refricat,[q] tum a sui similibus invidiam aliquam in me commoveri putat.

VIII. 19. Sed ipse quid fecit?[7] Cum tot edicta proposuisset, edixit, ut adesset senatus frequens a. d. VIII[a] Kalendas Decembres; eo[8] die ipse non affuit. At quomodo edixit? hæc sunt, opinor,[9] verba in extremo:[r] 'Si qui non affuerit, hunc omnes existimare poterunt et interitus mei et perditissimorum consiliorum auctorem fuisse.' Quæ sunt perdita consilia?[b] an ea, quæ pertinent ad libertatem populi Romani recuperandam? quorum consiliorum Cæsari[10] me auctorem et hortatorem et esse et fuisse fateor: quanquam ille non eguit consilio cujusquam; sed tamen, currentem, ut dicitur, incitavi.[c] Nam interitus quidem tui quis bonus[1] non esset auctor, cum in eo salus et vita op-

[q] *Renovat.* [r] *Fine.*

ret. Faërn. et Lamb. *iisdem.*—6 *Sceleratissimis ac pessimis* in Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. In Ms. O est *crudelissimis*, ceteris omissis. Mox pro *pulcherrimi* φ ψ habent *pulcherrimam.* Denique *a suis similibus* in φ ψ, Vat. Ms. Græv. et aliis codd.

CAP. VIII. 7 Ms. Vat. *Sed quid fecit ipse?* Paulo post φ ψ, et Ms. Græv. habent *posuisset et dixit:* Junt. et Faërn. *posuisset, edixit.* Verbum *edixit* suspectum est Faërno et Lambino. Tum in O ψ, Junt. et Faërn. *ad VIII Kal.*—8 Verbum *eo* non est in φ. Tum pro *ipse* al. *ipso:* pro *affuit* O *fuit.* Deinde in φ *At quom. dixit?* Ms. Græv. *Quomodo et dixit?*—9 ψ, Ms. Vat. Junt. Manut. Muret. Lamb. Grut. et Orell. habent *ut opinor.* Deinde *Si quis* in Ms. Vat. Muret. Faërn. et Lamb. Verbum *hunc* ante *omnes* in Vat. est a manu recentiore. Tum *existimare omnes* Faërn.—10 In ψ, Barb. 2. et edd. vett. quibusdam est *Cæsaris.* Mox in Ms. Græv. et edd. vett. *sed tamen, ut dicitur, currentem.* Pro *incitavi* in φ est *incitavit.*—1 In Ms. Græv. *bonis.* Particula *et*, ante *libertas*, non est in Muret. Faërn. Lamb. et Orell.

NOTÆ

[z] *Supplicium minatur*] Mortem intelligit, qua affecerat ipse Cicero Catilinæ socios, qui reipublicæ perniciem machinabantur.

[a] *A. d.* [*ad*] *VIII*] Id est, secundum nostram numerandi rationem, 24. die Novembris.

[b] *Perdita consilia*] Sic ea consilia appellat in odium Ciceronis, quem non affuturum præ timore in senatu arbitratus fuerat Antonius, respiciens ad eos qui cum Catilina in rempublicam conspiraverant, qui illius jussu tum consulis in carcere interfecti sunt.

[c] *Currentem incitavi*] Proverbium.

Digitized by Google

timi cujusque, et libertas populi Romani dignitasque consisteret? 20. Sed cum tam atroci[a] edicto nos concitavisset, cur ipse non affuit?[d] num putatis aliqua re tristi[b] ac[2] severa? vino atque epulis retentus est; si epulæ[3] potius quam popinæ[e] nominandæ sunt. Diem edicti obire neglexit:[f] in ante diem[g] quartum Kalendas Decembres[4] distulit. Adesse in Capitolio jussit: quod in templum ipse,[5] nescio qua, per Gallorum cuniculum,[h] ascendit. Convenerunt corrogati,[i] et quidem ampli quidam homines, sed immemores dignitatis suæ: is enim erat dies,[k] ea fama,[l] is, qui senatum vocaret; ut turpe senatori esset, nihil ti-

[a] *Crudeli.* [b] *Gravi.*

Paulo post, in ed. Lamb. *nos concitasset.*—2 *Et* in Junt. et Muret.—3 Muret, Wernsd. et Orell. inseruerunt verbum *illæ* ante *epulæ;* quod voc. habent Vat. Faërn. et Lamb. qui omittunt *est* post *retentus.* In Jen. Gud. Junt. Grut. et Oliv. *retentus et alea est: si epulæ.* In Pal. 2. *retentus est alea*, unde Grut. conjecit *retentus alvo, si epulæ:* pro *est*, *si* in O φ ψ est *alea.*—4 In φ ψ, Junt. et Muret. *et ante diem quart. Kal. Dec.* Lamb. Gryph. Hervag. Grut. et Græv. habent *quartum Kalendarum Decembris;* quibus accedunt Aldus et Naug. nisi quod habent *quartam:* Rom. et Ven. *quartam Kal. Decembris:* ed. Jenson. habet *a. d. quintum Kal. Decemb.* In Ms. Græv. præpositio *in* deest. —5 In Ms. Ferrarii *tum ipse* invenitur. Ms. O et Pal. 2. non agnoscunt verba *quod in templum.* In Mss. Barb. *quo tempore tamen ipse:* in φ *quo in*

NOTÆ

[d] *Non affuit*] Non affuit Antonius in senatu quem convocarat.

[e] *Epulæ potius quam popinæ*] Epulæ virorum honestorum, popinæ vero turpissimorum ganeonum sunt.

[f] *Diem edicti obire neglexit*] Id est, neglexit Antonius illo die adesse, quo edictum ab eo fuerat, ut omnis senatus conveniret.

[g] *In ante diem*] Vetus est locutio, quæ idem apud veteres significabat, quod ipso die, quasi dicerent, 'ante diei exitum:' nam in die præstituenda tota dies continetur: in ante diem autem, idem est ac ante illum ipsum diem qui præstitutus est. Hic vero designat diem vigesimum octavum Novemb.

[h] *Gallorum cuniculum*] Cuniculus locus subterraneus est, olim a Gallis Senonibus effossus, cum Capitolium ab eis effoderetur.

[i] *Convenerunt corrogati*] Nemo senator honestus affuit, sed ii tantum quos precibus, quasi coactos convocavit: quos immemores dignitatis appellat, quia viri in repub. principes in senatum, ut Antonio faverent, venire non debebant, quia vim tyrannicam in repub. usurpabat.

[k] *Is enim erat dies*] Eo die senatum convocare Antonius non debuerat, sed eo die, quo per temulentiam venire neglexit.

[l] *Ea fama*] Ab omnibus dicebatur convocari ab Antonio senatum, ut de Octavio Cæsare referret.

Digitized by Google

mere. Ad eos tamen ipsos qui convenerant, ne verbum quidem ausus est facere de Cæsare, cum de eo constituisset ad senatum referre. Scriptam attulerat consularis quidam sententiam. 21. Quid est aliud,[m] seipsum hostem judicare, nisi de eo referre non audere, qui contra se consulem exercitum duceret?[6] necesse erat enim alterutrum esse hostem; nec poterat aliter de adversariis ducibus judicari. Si igitur C. Cæsar hostis, cur consul nihil refert[7] ad senatum? sin ille a senatu notandus non fuit, quid potest dicere, quin, cum de illo tacuerit, se hostem[8] confessus sit? quem in edictis Spartacum[n] appellat, hunc in senatu ne improbum quidem dicere audet. IX. At in rebus tristissimis quantos excitat risus! Sententiolas edicti cujusdam memoriæ mandavi,[9]* quas videtur ille peracutas putare: ego autem, qui intelligeret, quid dicere vellet, adhuc neminem inveni. 22. 'Nulla[10] contumelia est, quam facit dignus.'[o] Primum quid est, 'Dignus?' nam etiam malo digni

* *Memoriter didici.*

tempore ipse.—6 In Ms. Vat. cum Junt. Muret. Faërn. et Lamb. hic locus ita se habet: *Quid est aliud, de eo referre non audere, qui contra se consulem exercitum duceret, nisi seipsum hostem judicare.* Pro *judicare* φ habet *indicare.* Mox pro *alterutrum*, O φ ψ, cum Junt. et Muret. habent *alterum.* Tum Ms. Vat. omittit prænomen *C.* ante *Cæsar.*—7 Ms. Vat. cum Græv. et Wernsd. probante Faërn. *referat:* Barb. 1. *referret.* Statim infra, pro *sin* al. legunt *si.* Deinde pro *quin, cum de* φ habet *qui cum.*—8 Verbum *esse* post *hostem* inseritur in Barb. 1. Junt. et Grut. Denique verbum *sit* haud agnoscit φ.

CAP. IX. 9 In φ *mandavit.*—10 φ ψ, Junt. et Muret. *An ulla:* quidam Mss. *An contumelia est.* Statim post, in Ms. Græv. *quam facit est dignus.* Verba *Primum ... Dignus* non sunt in ψ: voc. *est* solum in O deest. Paulo post, *multi*

NOTÆ

[m] *Quid est aliud*] Ostendit probabili argumento Antonium hostem esse patriæ. Nam si Octavius hostis est, de eo referre consul Antonius ad senatum et ducere contra eum exercitum debuit; sed nec de eo referre ad senatum ausus est, nec duxit exercitum: itaque Antonius reipub. hostis judicandus est.

[n] *In edictis Spartacum*] Spartacus, servus fugitivus, qui belli servilis auctor et dux fuit: de eo diximus antea.

[o] *Nulla contumelia est, quam facit dignus*] Obscuram sententiam, quam ipse protulerat Antonius, in eum interpretatur: vel enim significat eum, qui in dignitate est, non facere alteri contumeliam, quia magistratus est jus tueri contra improbos; vel eum, qui pœna dignus est. Eam itaque posteriori sensu in Antonium rejicit.

Digitized by Google

multi, sicut ipse. An quam facit is, qui cum dignitate est? quæ autem potest esse major? Quid est porro, 'Facere contumeliam?'[p] quis sic loquitur? Deinde, 'Nec timor,[1] quem denuntiat inimicus.' Quid ergo? ab amico timor denuntiari solet? horum similia deinceps. Nonne satius est mutum esse, quam, quod nemo intelligat, dicere? [*p.* 188.] En,[2] cur magister ejus,[q] ex oratore arator factus, possideat, in agro publico populi Romani,[3] campi Leontini duo millia jugerum immunia; ut hominem stolidum[4] magis etiam infatuet mercede publica.[r] 23. Sed hæc leviora fortasse: illud quæro, cur tam subito mansuetus in senatu fuerit, cum in edictis tam fuisset ferus: quid autem attinuerit,[5] L. Cassio,[s] tribuno plebis fortissimo, et constantissimo civi, mortem denuntiare, si in senatum venisset: D. Carfulenum, bene de republica sentientem, e senatu vi et minis mortis expellere: Ti. Canutium,[6][t] a quo erat hones-

digni in ed. Faërn.—1 In φ *minor.* Mox Lamb. et Schutz. ita distinguunt: *Quid? Ergo ab:* ψ et al. habent *Quid est ergo?*—2 In edd. vett. *Hem:* in Ms. Græv. *Eia.* Pro *oratore* ψ habet *aratore.* Tum in φ ψ, Mss. Vat. et Græv. cum edd. vett. nonnullis, *factus sit.*—3 Vat. et Muret. omittunt verba *populi Romani.* Deinde pro *duo millia* ψ habet *duorum.*—4 In Ms. Vat. *stupidum:* in Junt. Muret. Grut. *stultum.* Tum Ms. Vat. habet *subito* in margine duntaxat: hinc deleverunt Faërn. Lamb. et ed. Argent. minor, probante Garaton. Mox *ferus fuisset* Muret. Faërn. et Lamb.—5 '*Attinuerat*] Sic Vat. optime: nulla est enim hic oppositio; immo hæc ipsa sunt fera illa edicta. *Quid autem attinuerit* codd. plerique, edd. omnes. Scil. cum propter verba *cur ... fuerit* scripsissent *attinuerit, enim* quoque mutandum erat.' *Orell.* Mox in ψ *Carsulenum.* Deinde *a senatu* edd. vett. ante Lamb. cum Mss. Græv. Colon. Franc. et aliis: Ms. Vat. et Faërn. omittunt præpositionem.—6 In Ms. Vat. legitur *expelleret Cannutium.* Edd. vett. nonnullæ habent *Tiberinum Canutium:* O *Tivorinum Canutium:* Ms. Grævii *Tiberium*

NOTÆ

[p] *Facere contumeliam*] Hunc loquendi modum, quasi minus Latinum, et suo tempore inusitatum, respuit, et damnat.

[q] *Magister ejus*] Antonii magister declamandi fuit Sextus Clodius, de quo in Phil. II.

[r] *Mercede publica*] Pro mercede declamationis Leontinum publicum agrum ei dederat.

[s] *L. Cassio*] L. ille Cassius frater erat Cassii, qui unus ex interfectoribus Cæsaris fuit.

[t] *Carfulenum ... Canutium*] Illi tribuni plebis fuerunt, quos aditu prohibuit, ne contra ipsum intercederent: intercessio enim ad tribunos pertinebat.

Digitized by Google

tissimis contentionibus, et sæpe, et jure, vexatus,[7] non templo solum, verum etiam aditu prohibere Capitolii. Cui senatusconsulto[8] ne intercederent, verebatur? de supplicatione, credo, M. Lepidi,[u] clarissimi viri. Atque id erat periculum, de cujus honore extraordinario quotidie aliquid cogitabamus, ne ejus usitatus honos impediretur. 24. Ac, ne sine causa videretur edixisse, ut senatus adesset; cum de republica relaturus fuisset, allato nuntio de legione quarta,[x] mente concidit: effugere[9] festinans, senatusconsultum de supplicatione per discessionem[y] fecit, cum id factum esset antea nunquam.

X. Quæ vero profectio postea? quod iter[10] paludati?[z] quæ vitatio oculorum, lucis,[a] urbis, fori? quam misera fuga! quam fœda! quam turpis! Præclara tamen senatusconsulta illo ipso die vespertina; provinciarum religiosa sortitio;[b] divina vero opportunitas,[c] ut, quæ cuique

Canucinum.—7 In Vat. Muret. et Faërn. hic locus ita se habet: *hon. concionibus, et sæpe, et jure, contentionibusque vexatus.*—8 ψ *senatui consulto.*—9 O φ ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Schutz. Wernsd. et Orell. habent *fugere.* Tum statim infra voc. *senatusconsultum* non est in O. Paulo post in ψ *dissentionem.* Denique verbum *antea* deest in Ms. Græv.

Cap. x. 10 In φ *inter.* Mox, in edd. vett. *Præclara tamen fuit senatus in*

NOTÆ

[u] *Supplicatione M. Lepidi*] Ironice loquitur: cum M. Lepidus et exercitum duxisset, et rempub. bene gessisset, et pontifex maximus fuisset, instabant amici ejus, ut ei supplicatio decerneretur; quæ a senatu ipsi revera decreta est; unde hunc honorem extraordinarium vocat. Neque enim ipsi debitus fuit.

[x] *De legione quarta*] Hæc defecerat ab Antonio, et ad Cæsarem transiverat.

[y] *Per discessionem*] Duplici ratione in senatu sententia ferebatur: 1. per discessionem, quando nempe, qui idem sentirent, in unam partem; qui dissentirent, in aliam transibant: 2. per sententias, quando nempe, quid sentirent, voce declarabant. Hac ultima ratione in decernenda supplicatione suffragium ferebatur.

[z] *Paludati*] Paludati, id est, paludamento imperatorio vestiti, egrediebantur, qui in provincias cum imperio proficiscebantur. Nam eo accepto remanere in urbe amplius non poterant.

[a] *Lucis*] Abiit noctu Antonius.

[b] *Religiosa sortitio*] Ironia. Sorte enim provinciæ dabantur; sed hic aliter evenit, nam, quam quis voluit, obtinuit.

[c] *Divina opportunitas*] Ironia.

Digitized by Google

apta esset, ea cuique obveniret. 25. Præclare igitur facitis, tribuni plebis, qui de [1] præsidio consulum [d] senatusque referatis: meritoque vestro maximas vobis gratias omnes et agere et habere debemus. Qui enim carere metu et [2] periculo possumus in tanta hominum cupiditate et audacia? Ille autem, homo afflictus [x] et perditus,[3] quæ de se expectat judicia graviora, quam amicorum suorum? familiarissimus ejus, mihi homo conjunctus, L. Lentulus, et P. Naso, omni carens cupiditate, nullam se habere provinciam, nullam Antonii sortitionem [e] fuisse judicaverunt: quod idem fecit L. Philippus,[f] vir patre, avo, majoribus suis, dignissimus. In eadem sententia fuit homo summa integritate atque innocentia, M' Turranius:[4] idem fecit P. Oppius; ipsi etiam, qui amicitiam M. Antonii veriti, plus ei tribuerunt quam fortasse vellent, M. Piso, meus necessarius,[5] et vir et civis egregius, parique innocentia M. Vehilius, senatus auctoritati se obtemperaturos esse dixerunt.

[x] *Prostratus.*

ille ipso die, &c. Præpositio *in* additur ante *ille* in φ ψ, Ms. Lang. Rom. Ven. Junt. et Grut. Pro *sortitio* Mss. nonnulli *sortio*, non hic tantum, sed ubique. —1 φ omittit præpositionem *de:* in Mss. et edd. vett. nonnullis *de præsidio consulis.* Deinde in Junt. et Muret. *gratias vobis.*—2 Verba *metu et* non sunt in Ms. Vat. nec in edd. Manut. Faërn. Muret. Lamb. et Græv. Pro *possumus* φ ψ, Ms. Colon. et edd. vett. *possemus.*—3 Verbum *homo* omittitur in edd. vett. In Ms. Græv. *ille autem homo perd. et affl.* Dein in edd. vett. quibusdam *avo, patre.* Paulo post in O scribitur *In hac eadem.*—4 In Orell. est *M' Turanius:* Vat. Faërn. Lamb. et Manut. *C. Turranius:* O φ *M. Anturanus:* ψ *M. Anturavius:* ed. Junt. *M. Anturanius:* Ms. Græv. Colon. Franc. *M. anturranius:* al. *M. Tirranius:* Muret. *Ma. Turranius.* Paulo post, Ms. Colot. et Græv. habent *P. Opius:* ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Grut. et Oliv. *Sp. Oppius:* O ψ *Popilus:* al. *P. Appius:* Pal. 1. *Pappius.*—5 In Vat. Faërn. et Orell. est *necessarius meus:* codd. plerique et ed. Junt. *et meus necess.* al. *meus et necess.* Verba *M. Vehilius* desunt in O φ, Mss. Colon. et Græv. Mss. quidam *innoc. Vel. senatus:* Franc. et Amsterod. *innoc. ul' sena-*

NOTÆ

[d] *De præsidio consulum*] Intercesserunt tribuni plebis, ut consulibus designatis præsidium daretur; quia ipsis timendi causa fuit ab amicis Antonii tunc absentis.

[e] *Nullam Antonii sortitionem*] Irrita fuit illa Antonii sortitio, quia vespertino tempore facta fuit; quo, eam facere nefas, ut docet Seneca de Tranq. Vitæ, lib. I. cap. 14.

[f] *L. Philippus*] Is Philippus Octavii vitricus fuit, et filius illius Philippi, oratoris celeberrimi, et consularis, et censorii.

Digitized by Google

26. Quid ego de L. Cinna[6] [g] loquar? cujus spectata multis magnisque rebus singularis integritas minus admirabilem facit[7] hujus honestissimi facti gloriam; qui omnino provinciam neglexit: quam item magno animo et constanti C. Cæsetius[8] repudiavit. Qui sunt igitur reliqui, quos sors divina[h] delectet? C. Antonius,[i] et M. Antonius. O felicem utrumque! nihil enim maluerunt. C. Antonius[k] Macedoniam. Hunc quoque felicem! hanc enim semper habebat in ore provinciam. C. Calvisius[9] Africam.[l] Nihil felicius: modo enim ex Africa decesserat, et, quasi divinans se rediturum, duos legatos Uticæ reliquerat. Deinde M. Iccius Siciliam, Q. Cassius Hispaniam.[10] [m] Non habeo, quid suspicer: duarum credo provinciarum[n] sortes minus divinas fuisse. XI. 27. O C.[11] Cæsar! (adolescentem appello) quam tu salutem reipublicæ attulisti! quam improvisam! quam repentinam! qui enim hæc fugiens fecerit, quid faceret insequens? etenim in concione[1] dixerat, se

tus. Actutum ψ dedit *obtemperatos.*—6 In Mss. nonnullis *L. Cecinna.* Deinde in φ est *loquor.*—7 ψ, Muret. Grut. et Oliv. cum al. *fecit.* Paulo infra in φ *quem item.*—8 Vat. Muret. Oliv. et Orell. *C. Cestius:* ψ, Faërn. Lamb. et Pith. *C. Cesedius:* Ms. Lang. et Col. *C. Ceselius:* O *C. Cesentius.* Tum pro *delectet* O habet *delectat.* Deinde pro *C. Antonius,* Mss. plerique, Junt. Muret. Lamb. Græv. et Orell. dederunt *L. Antonius:* O ψ, cum aliis Mss. *T. Ant. et M. Ant.* Vat. et Faërn. *L. Annius, M. Ant.* Tum pro *maluerunt,* φ, codd. Barbad. Car. Steph. et ambo Barb. *metuerunt.* Infra, *habebat semper* in Vat. cum Muret. et Faërn.—9 In O *Eulusius.* Deinde Faërnus omisit voc. *enim.*—10 In Ms. Vat. *M. Cusini Sicilia, Q. Cassi Hispania:* unde Garat. conjecit *M. Cossinii.* O φ *Micus nisi illam quæ casu Hispania est.* *M. Itius* ex nummis scribi jubent Ursinus et Oudendorp. In Ms. Græv. *M. Ioccius ni illam.*

Cap. xi. 11 Prænomen C. deest in Mss. et edd. vett. quibusdam: in O est *Cesarem:* in al. *O C. Cæsarem:* in Ms. Liliensi *Cæsar adolescens! te appello.* Mox Ms. Græv. omisit *quam* ante *repentinam:* idem Ms. paulo post dedit *quid facere ins.*—1 Ms. Græv. *in contēptione.* Duo codd. Regii habent

NOTÆ

[g] *De L. Cinna*] Hic Cinna prætor tunc erat, cum Caius Cæsar occisus est; cujus etiam affinis fuit.

[h] *Sors divina*] Ironia.

[i] *C.* [*L.*] *Antonius*] M. Antonii frater.

[k] *C. Antonius*] Is fuit M. Antonii patruus.

[l] *Calvisius Africam*] Eam provinciam tenebat Cornificius.

[m] *Hispaniam*] Ulterior Hispania intelligenda est, quam ad hunc diem Asinius Pollio rexit.

[n] *Duarum provinciarum*] Jocatur Cicero, quia Iccius Siciliam, et Cassius Hispaniam provincias habuerunt, qui non stabant ab Antonio.

Digitized by Google

custodem futurum urbis; usque ad Kalendas Maias ad urbem exercitum habiturum.[o] O præclarum custodem ovium (ut aiunt) lupum![p] Custosne urbis, an[2] direptor et vexator esset Antonius? Et quidem se introiturum in urbem, dixit, exiturumque, cum vellet. [*p.* 189.] Quid illud?[3] Nonne, audiente populo, sedens pro[y] æde Castoris,[q] dixit, nisi qui vicisset, victurum neminem?

28. Hodierno[4] die primum, patres conscripti, longo intervallo in possessionem libertatis pedem ponimus; cujus quidem ego, quoad potui, non modo defensor, sed etiam conservator fui. Cum autem id facere non possem,[r] quievi;[5] nec abjecte, nec sine aliqua dignitate casum illum temporum et dolorem tuli. Hanc vero teterrimam belluam[s] quis ferre posset,[6] aut quomodo? Quid est in Antonio præter libidinem, crudelitatem, petulantiam, audaciam? ex his totus[7] conglutinatus[z] est. Nihil apparet in

[y] *Ante.* [z] *Conflatus.*

in contentione, ut volebat Grævius. Actutum O φ ψ, Vat. Mss. Car. Steph. cum Muret. Faërn. Lamb. et Orell. pro *futurum* legunt *fore*. 'Pergit Ms. Vat. *sequasque ad Kl. Mai.* i. e. *seque usque ad Kal. Maias*, ut edidit Muretus.' *Garaton.*—2 In Ms. Græv. *ac* scribitur. Paulo post *Et quod* est in ψ. Tum *in* ante *urbem* omittitur a Ms. Græv.—3 *Quid istud* in φ ψ, aliis Mss. et edd. vett. Deinde φ omisit *dixit*: et pro *nisi* Ms. Græv. dedit *ni*.—4 Hic in Ms. Colon. incipit Philippica III. Statim post, verba *patres conscripti* non sunt in Ms. Vat. In Ms. Græv. verbum *quidem* ante *ego* deest. Pro *quoad* in ψ legitur *quod*. Porro in O *servator fui*.—5 φ ψ, et edd. vett. ante Victorium *qui fui*: quæ verba, aut *quievi*, non sunt in Car. Steph. In Ms. Græv. invenitur *Cum autem id facere qui fuit*: in Ms. Franc. omnia hæc verba non leguntur. Paulo infra in ed. Lamb. *casum illorum temp.* Mox O habet *deterrimam illam bel.*—6 Muret. Faërn. Lamb. et Græv. *potest*. Tum pro *audaciam* in O est *avaritiam*.—7 Vat. Muret. et Schutz. *ex his totus vitiis*: ψ, Ms. Colon. et edd.

NOTÆ

[o] *Ad urbem exercitum habiturum*] Qui provincias obtinuerant, antequam proficiscerentur, prope urbem exercitum habebant.

[p] *Custodem ovium lupum*] Proverbium 'ovem lupo commisisti.'

[q] *Æde Castoris*] Ædes illa seu templum Castoris in foro Romano fuit.

[r] *Cum id facere non possem*] Semper pacis suasor et auctor Caio Cæsari fuit Cicero.

[s] *Belluam*] Belluam Antonium appellat, quia omnibus vitiis infamis, et omni ingenii cultura destitutus fuit, ideoque minus quam Cæsar ferendus.

Digitized by Google

eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. 29. Quapropter, quoniam res in id discrimen adducta est, utrum ille pœnas reipublicæ luat, an nos serviamus; aliquando, per Deos immortales! patres conscripti, patrium animum[t] virtutemque capiamus, ut[8] aut libertatem propriam Romani generis et nominis recuperemus, aut mortem servituti anteponamus. Multa, quæ in libera civitate ferenda non essent, tulimus et perpessi sumus; alii spe recuperandæ libertatis,[9] alii vivendi nimia cupiditate. Sed, si illa tulimus, quæ nos[10] necessitas ferre coëgit, quæ vis quædam pæne fatalis[u] (quæ tamen ipsa non tulimus); etiamne hujus impuri latronis feremus teterrimum crudelissimumque dominatum? XII. 30. Quid hic faciet,[1] si potuerit, iratus, qui cum succensere nemini posset, omnibus bonis fuerit inimicus? quid hic victor non audebit, qui nullam adeptus victoriam, tanta scelera post Cæsaris interitum fecerit? refertam ejus domum[2] exhauserit? hortos compilarit?[x] ad se ex his omnia ornamenta transtulerit? cædis et incendiorum causam quæsierit ex funere?[y] duobus aut tribus senatusconsultis bene et e republica factis,[3] reliquas

vett. nonnullæ *ex his tot:* Ms. Colot. *ex his tot vitiis.* Mox pro *ingenuum*, in Ms. Græv. est *ingenii:* in φ *ingenitum.*—8 φ ψ, et edd. vett. ante Faërn. omittunt particulam *ut*, probantibus Ern. et Garaton. Paulo post ante *Romani*, O φ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. et Orell. addunt *et*. In Ms. Græv. *prop. Rom. nominis et generis.* Mox in φ *perpessimus.*—9 In Ms. Vat. et ed. Muret. *alii spe forsitan reciperandæ lib.*—10 Verbum *nos* deest in ed. Muret. Tum *visque quædam fat.* ed. Junt. cum aliis. Pro *quæ vis* ψ habet *visque.*

CAP. XII. 1 ψ, Mss. Regii, Junt. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell. *Quid hic faciat.* Tum ed. Muret. habet *si poterit.* Voc. *iratus* non est in φ. Deinde in Muret. et Faërn. ex Ms. Vat. *suscensere nemini.*—2 Faërn. et Lamb. *domum ejus.* Statim post, ψ habet *exauxerit.* Tum in ed. Muret. *hortos compilaverit.* Deinde in al. *ad se omnia ex his transt.* φ dedit *transtulerat.*—3 φ

NOTÆ

[t] *Patrium animum*] Indicat fortitudinem pristinam Romanorum, qui tyrannis fortiter semper obstitere.

[u] *Quæ vis quædam pæne fatalis*] Vis fatalis dicitur, quæ necessitatem quandam imponit.

[x] *Hortos compilarit*] Circa Tiberim hortos habebat Cæsar, quos populo reliquerat, sed eos fraude et dolo suos fecit Antonius.

[y] *Ex funere*] In funere Caii Cæsaris habuit orationem Antonius, qua

Digitized by Google

res ad lucrum prædamque revocaverit? vendiderit immunitates? civitates liberaverit? provincias universas ex imperii[4] populi Romani jure sustulerit? exules reduxerit? falsas leges C. Cæsaris nomine, et falsa decreta in æs incidenda, et in Capitolio figenda curaverit, earumque rerum omnium domesticum mercatum instituerit? populo Romano leges imposuerit? armis et præsidiis, et[5] populum et magistratus foro excluserit? 31. senatum stiparit armis?[6] armatos in cella Concordiæ, cum senatum haberet, incluserit? ad legiones Brundisium cucurrerit? ex his optime sentientes centuriones jugulaverit? cum exercitu Romam sit,[7] ad interitum nostrum et ad disperditionem urbis, venire conatus? Atque is[8] ab hoc impetu abstractus consilio et copiis Cæsaris, consensu veteranorum, virtute legionum; ne fortuna quidem fractus minuit audaciam; nec ruere demens, nec furere desinit. In Galliam mutilatum[9] [a] ducit exercitum: cum una legione, et ea vacillante, L. fratrem expectat; quo neminem reperire potest sui similiorem. Ille autem ex mirmillone[z] dux, ex gladiatore im-

[a] *Imminutum.*

ψ, ed. Junt. *e republica benefactis:* Ms. Græv. *bene e R. P. factis:* Ms. Colon. *ert p. bene factis:* Franc. *pro populo Romano factis.* Herv. et Schutz. omittunt verba *bene et.* Paulo infra, φ ψ, Mss. Franc. Græv. Colon. Amsterod. habent *vendiderit? immunitate civ. liberaverit?* nisi quod φ dedit *liberavit.*—4 φ et Ms. Græv. *imperio.* Mox pro *figenda* in φ est *fugienda.*—5 Vat. Muret. et Faërn. omittunt copulativam particulam. Tum in ψ, edd. vett. ante Muret. cum Grut. legitur *populum Romanum.* Ms. Græv. cum aliis, dedit *armis et præsides populum et mag. &c.* Tum Ms. Franc. voc. *foro* omittit. Pro *excluserit* Ms. Vat. habet *excusserit.*—6 Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Oliv. et Orell. *stiparit armatis:* in ψ *stiparit arma:* Mss. nonnulli et editiones veteres *stipaverit armis:* Ms. Græv. *armis stipaverit.* Tum Pal. 1. habet *Arma in cella.* Infra pro *cucurrerit* in φ est *conduxerit.*—7 *Si* in φ. Actutum, Mss. Vat. Colon. Græv. et al. *ad dispersionem:* Lamb. dedit *ad direptionem,* probante Garaton.—8 φ *At qualis.* Paulo post, ed. Muret. *et consensu.* Deinde *nec fortuna* in φ ψ.—9 In ψ *multilatum.* Præpositio *cum* ante *una* non

NOTÆ

plebem concitavit. De hoc, et sequentibus, quæ profert in Antonium, in superioribus aliis orationibus dictum est.

[z] *Mirmillone*] Retiarius et mirmillo gladiatores erant: cumque retiarius in mirmillonem pugnaret, 'Non te peto,' inquiebat, 'sed piscem peto.'

Digitized by Google

perator, quas fecit strages, ubicumque posuit vestigia![10] cædit greges armentorum, reliquique pecoris, quodcumque nactus est: epulantur milites: ipse autem se, ut fratrem imitetur, obruit vino:[1] vastantur agri: diripiuntur villæ: matresfamilias,[2] virgines, pueri ingenui abripiuntur, militibus traduntur: hæc eadem, quacumque exercitum duxit, fecit M. Antonius. XIII. 32. His vos teterrimis[3] fratribus portas aperietis? hos unquam in urbem recipietis? non, tempore oblato, ducibus paratis,[a] animis militum incitatis, populo Romano conspirante, Italia tota ad libertatem recuperandam excitata,[4] Deorum immortalium beneficio utemini? Nullum erit tempus, hoc amisso:[5] a tergo, a fronte, a lateribus tenebitur, si in Galliam venerit. [*p.* 190.] Nec ille armis solum, sed etiam nostris decretis urgendus est. Magna vis est, magnum nomen[6] unum et idem sentientis senatus. Videtis refertum forum, populumque Romanum ad spem recuperandæ libertatis erectum; qui longo intervallo cum frequentes hic videt[7] nos, tum sperat etiam liberos convenisse. 33. Hunc ego diem expectans, M. Antonii scelerata arma vitavi, tum, cum ille in me absentem

est in cod. Vat. Infra in ψ *et gladiatore*.—10 Ms. Vat. hunc locum ita habet: *quas effecerit strages imperatori, ubicumque posuit vestigium.* Pro *fecit* Faërn. Muret. Lamb. et Orell. agnoscunt *facit*. Post verbum *vestigia*, Wernsd. e Servio ad Virg. Ecl. VI. 55. recepit, jubente Garaton. *fudit apothecas, cecidit greges.* Orell. e conjectura Ern. dedit *fundit apothecas, cædit greges:* Schutz. quoque e conjectura *effundit apothecas, cædit greges.* Pro *reliquique* ψ et alii Mss. habent *reliqui*.—1 In Mss. Lil. atque Gembl. legitur *obruit, ingurgitat vino.* In Ms. Græv. est *ipse autem, ut fratrem imitetur, se obruit vino.*—2 *Matresfamiliæ* in O, Vat. Muret. Faërn. et Lamb. Denique in ψ, Mss. et edd. quibusdam *arripiuntur*.

CAP. XIII. 3 In O *deterrimis*. Mox pro *unquam* in edd. vett. *inquam*. Paulo post φ habet *tempore ublato*.—4 Ms. Colot. *excita*. Verbum *immortalium* in Ms. Græv. deest.—5 Verba *hoc amisso* non sunt in φ. Deinde in O φ ψ, Junt. Grut. est *tenetur ... Non ille*. Paulo infra, *decretis nostris* in Vat. Muret. et Faërn.—6 O φ ψ, Vat. Colot. edd. ante Manut. Muret. Faërn. Lamb. Schutz. et Wernsd. habent *numen*. Actutum *Videtisne* est in φ ψ, Vat. Junt. Muret. Lamb. et Orell. Mox cum Vat. et Faërn. Orellius dedit *populum Romanum*: ψ *populique Romani*. Tum ante *erectum* verbum *pacis* in φ inseritur.—7 In ψ *videres*. Statim post, *etiam* non est in φ. Porro

NOTÆ

Nam mirmillo Gallico more in galea piscis effigiem habebat.

[a] *Ducibus paratis*] Octavio videlicet, et Bruto.

Digitized by Google

invehens, non intelligebat, ad quod tempus[8] me et meas vires reservarem. Si enim illi tum, cædis initium a me quærenti, respondere voluissem, nunc reipublicæ consulere non possem. Hanc vero nactus facultatem, nullum tempus, patres conscripti, dimittam, neque diurnum, neque nocturnum, quin de libertate populi Romani,[9] de dignitate vestra quod cogitandum sit, cogitem: quod agendum atque faciendum, idem non modo non recusem,[10] sed appetam etiam atque deposcam. Hoc feci,[1] dum licuit: intermisi, quoad non licuit. Jam non solum licet, sed etiam necesse est, nisi servire malumus,[2] quam, ne serviamus, animis armisque decernere. 34. Dii immortales nobis hæc præsidia dederunt; urbi Cæsarem, Brutum Galliæ. Si enim ille urbem opprimere[3] potuisset statim; si Galliam tenere paulo post; optimo cuique pereundum, reliquis esset serviendum. XIV. Hanc igitur occasionem oblatam tenete, per Deos immortales! patres conscripti, et amplissimi orbis terræ consilii principes vos[4] esse, aliquando recordamini. Signum date populo Romano, consilium vestrum non deesse reipublicæ, quoniam ille virtutem suam non defuturam esse profitetur. Nihil est, quod moneam vos:[5] nemo est tam stultus, qui non intelligat, si indormierimus huic tempori, non modo crudelem superbamque dominationem nobis, sed ignominiosam etiam et[6] flagitiosam ferendam.

idem Ms. dedit *cum ille in absentem:* Ms. Græv. *cum ille absentem.*—8 Orellius, e Ms. Colot. Muret. et Faërn. dedit *quod ad tempus.* Mox pro *illi tum,* Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. exhibent *tum illi:* omnes iidem paulo post habent *a me initium.*—9 In al. *de populi Rom. lib.*—10 Ms. Vat. et alii, cum Græv. et Orell. *id non modo recusem:* φ, Mss. alii, Junt. Muret. Faërn. Lamb. et Oliv. *id non modo non recusem:* Wernsd. *idem non modo recusem.* Tum *sed etiam appetam* in Vat. Muret. Faërn. et Lamb.—1 *Hoc feci semper* in ed. Junt. et Grut.—2 In φ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Oliv. *malimus:* in ψ *maluimus.* Deinde Vat. Muret. et Wernsd. *armis animisque.* In O est *animis armisque contendere vel decernere.*—3 *Opprimere urbem* Ms. Vat. cum Wernsd. Paulo infra, φ ψ, Ms. Barbad. ambo Barber. et edd. Rom. ac Ven. *teneret.* Mox in Vat. *reliquis serviendum,* sine voc. *esset.*

CAP. XIV. 4 *Nos* in φ.—5 O φ ψ, Junt. et Grut. omittunt *vos.* Mox in ψ *si dormierimus huic tempori:* φ, et Mss. Græv. et Lang. *si indormierimus hoc tempore:* al. *si dormierimus hoc tempore.*—6 Copulativa particula non est in φ. Statim post, Muret. dedit *flag. ferendam esse:* Junt. et Grut. *flag. esse feren-*

Digitized by Google

35. Nostis insolentiam Antonii, nostis amicos, nostis totam domum. Libidinosis, petulantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis servire, ea est summa miseria,[7] summo dedecore conjuncta. Quodsi jam (quod Dii omen avertant!) fatum extremum reipublicæ venit; quod gladiatores nobiles faciunt, ut honeste decumbant, faciamus nos, principes orbis terrarum gentiumque omnium, ut cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia serviamus. 36. Nihil est detestabilius dedecore, nihil fœdius servitute: ad decus et[8] libertatem nati sumus: aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur. Nimium diu teximus, quid sentiremus: nunc jam[9] apertum est: omnes jam patefecerunt, in utramque partem quid sentiant, quid velint. Sunt impii cives,[10] pro caritate reipublicæ, nimium multi; pro multitudine bene sentientium, admodum pauci: quorum opprimendorum Dii immortales incredibilem reipublicæ[1] potestatem et fortunam dederunt. Ad ea enim præsidia, quæ habemus, jam accedent[2] consules summa prudentia, virtute, concordia, multos menses de populi Romani libertate commentati[3] atque meditati. His auctoribus et ducibus, Diis juvantibus, nobis vigilantibus, et multum in posterum providentibus, populo Romano consentiente, erimus profecto liberi brevi tempore: jucundiorem autem faciet libertatem servitutis recordatio.

XV. 37. Quas ob res, quod tribuni plebis verba fecerunt, ut[4] senatus Kalendis Januar. tuto haberi, sententiæque de

dam.—7 Ms. Vat. Junt. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. habent *ea summa miseria est:* φ, Franc. Colon. et nonnulli Ferrarii Mss. *ea sunt summa miseria:* Græv. et unus Ms. Ferrarii *ea s̄t summa miseria:* Ms. Amsterod. *eaque sunt summa miseria.* Tum pro *dedecore* in φ est *decore.* Mox in Ms. Græv. *quod Dii omnes.*—8 Ex auctoritate Ms. Vat. Faërn. et Lamb. Orellius habet *ad* ante *libertatem.*—9 Lall. e Mss. dedit *autem.* Tum Ms. Vat. Faërn. et Lamb. omittunt *jam* paulo infra: Orellius uncis inclusit.—10 ψ, Pal. 1. et Colon. cum ed. Junt. et Wernsd. addunt *sed* post *cives.* Paulo post, Vat. et Muret. agnoscunt *contra multitudinem:* Wernsd. *contra pro multitudine.*—1 Pro *reipublicæ* in ψ est *populi Romani*, in ed. Junt. et Muret. *populo Romano.* Actutum *At ea* legitur in ψ.—2 *Accedunt* Junt. Grut. et Oliv. *accendunt* ψ. —3 Ms. Vat. habet *de reip. libertate commenti*, unde Muret. conjecit *de publica libertate commentati.* Pro *populi Romani* O habet *reip.*

CAP. XV. 4 Ms. Vat. Faërn. Græv. et Orell. habent *uti.* Post *ut* φ ad-

Digitized by Google

summa republica libere dici possent;[5] de ea re ita censeo, ' Uti C. Pansa, A. Hirtius, consules designati, dent operam, uti senatus Kalendis Januar. tuto haberi possit: quodque edictum D. Bruti, imperatoris, consulis designati, optime de republica meriti,[6] propositum sit, senatum existimare, D. Brutum, imperatorem, consulem designatum, optime de republica mereri,[7] cum senatus auctoritatem, populique Romani libertatem imperiumque defendat. 38. [*p*. 191.] Quodque provinciam Galliam citeriorem, optimorum et fortissimorum virorum, amicissimorum populo Romano civium,[8] exercitumque in senatus potestate retineat, id eum, exercitumque ejus, municipia, colonias provinciæ Galliæ, recte atque ordine, exque[9] republica fecisse et facere: senatum ad summam rempublicam pertinere arbitrari, a D. Bruto, et ab[10] L. Planco, imperatoribus, consulibus designatis,[b] itemque a ceteris, qui provincias obtinent, obtineri ex lege Julia,[c] quoad ex senatusconsulto cuique eorum successum sit: eosque dare operam,

dit præpositionem *in*. Tum in edd. vett. nonnullis est *de summa reip.*—5 Omnes Mss. et edd. habent *possint*, præter Ern. Schutz. et Wernsd. qui agnoscunt *possent*, improbante Orellio. Tum pro *uti* in Faërn. et Lamb. legitur *ut*. Porro pro *uti* ante *senatus* ed. Muret. edidit *ut*. Prænomen *D.* ante *Bruti* in φ omittitur.—6 Verba *opt. de rep. meriti* desunt in Vat. Muret. Wernsd. et Orell. probante Garaton. Voc. *tum* inseritur ante *senatum* in ψ.—7 O *promereri*: ψ *promerenti*: Mss. Amsterod. et Franc. cum edd. vett. nonnullis *promoveri*. Mox al. habent *Galliam provinciam*.—8 *Amicissimorumque reipublicæ civium* Lamb. Græv. et Orell. probante Garatou. *amicissimorumque populo Ro. civium* O φ, et ed. Junt. *amicorum P. R. civium* ed. Muret. *amicissimorumque populi Romani civium* Ms. Franc. *fortissimorum amicorumque reip. civium* Ms. Vat. Faërn. et Wernsd. Paulo infra *exercitum in sen.* legitur in edd. vett. nonnullis.—9 In ed. Lamb. est *eque*. Tum Ms. Græv. agnoscit *fecisset*. Deinde ψ, Ms. Vat. et cod. Græv. cum ed. Junt. *ad summam reipublicæ*. Ms. Græv. mox dedit *ab D. Bruto*.—10 Præpositio *ab* non est in O, Vat. Muret. Faërn. et Lamb. In loco *imp. cons. des. itemque* O habet *atque*. Tum pro *Julia, quod* in O est *Tillia quod*: in φ, Pal. 2. Gembl. Mauric.

NOTÆ

[b] *Coss. designatis*] D. Brutus et L. Plancus consules erant designati in annum proxime sequentem, post Hirtium et Pansam.

[c] *Lege Julia*] Julius Cæsar Bruto et Planco provincias Gallias assignaverat.

Digitized by Google

ut eæ provinciæ exercitusque[1] in senatus populique Romani potestate, præsidioque reipublicæ sint: cumque opera, virtute, consilio C. Cæsaris, summoque consensu militum veteranorum, qui ejus auctoritatem secuti, reipublicæ præsidio sunt et fuerunt;[2] et a gravissimis periculis populus Romanus defensus sit, et hoc tempore defendatur: 39. cumque legio Martia Albæ[d] constiterit, in municipio fidelissimo et fortissimo, seseque[3] ad senatus auctoritatem, populique Romani libertatem contulerit: quod pari consilio, eademque virtute legio quarta usa, L. Egnatuleio duce, civi egregio,[4] senatus auctoritatem, populique Romani libertatem defendat, defenderit; senatui magnæ curæ esse, ac fore, ut[5] pro tantis eorum in rempublicam meritis honores eis habeantur, gratiæque referantur: senatui placere,[6] uti C. Pansa, A. Hirtius, consules designati, cum magistratum inierint, si eis videbitur, primo quoque tem-

Lil. et cod. Grævii *Tullia, quoad.*—1 Mss. plerique et edd. ante Manut. habent *hæ provinciæ Galliæque exercitus;* quam lectionem secuti sunt codd. Oxon. nisi quod pro *hæ* O ψ habent *eæ:* φ *esse.* Muret. conjecit ita legendum: *eæ prov. atque exerc.* Statim post, *senati* est in Vat. Muret. Faërn. Lamb. Manut. Grut. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell. In Faërni ed. etiam non legitur *Romani.*—2 *Et sunt et fuerunt* Lamb. 'Fortasse *sunt, fuerunt,* ut est in formulis.' *Orell.* Statim infra, copulativa particula *et* omittitur in Vat. Manut. Faërn. Lamb. Græv. et Orell.—3 Al. *seque.* Tum Ms. Vat. Manut. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. addunt copulam *et* post voc. *contulerit.* Porro ante verbum *usa* in Ms. O est *fecit.*—4 Hunc locum ita dedit Orellius: *duce L. Egnatuleio, quæstore, civi egr.* Ms. O *Egnatio lecto civi et egregio:* Ms. Vat. *L. Egnatuleio que opti egregio mo.* Muret. ed. cum Græv. et Wernsd. in ed. maj. *L. Egnat. duce, quæstore optimo, civi egr.* at Wernsd. in ed. min. delevit *duce.* Garaton. conjecit aut *L. Egn. quæstore, duce, civi egregio;* aut *L. Egn. quæstore, civi egregio, duce.* Omnes Mss. cum Junt. Muret. et Orell. addunt particulam *ac* ante *defenderit.*—5 φ ψ *et ut.* Statim post, verba *in rempublicam* non sunt in φ, Ms. Græv. Franc. Colon. et Amsterod. Tum φ habet *honore.* Pro *eis* Faërn. dedit *his.*—6 In Lamb. ed. *gratiaque referatur: tum senatui placere.* Pro *uti* in edd. vett. nonnullis legitur *utque:* in Ms. Barb. et al. *utique.* Mox pro *cum mag. inierint* Ms. O solum exhibet *magistratus:* φ ψ, Pal. 2. Vat. cum Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. legunt *inissent, si eis videretur, ... referrent, ita uti e rep.* [Vat. *ut e rep.*] *fideque sua videretur.* Pro *videbitur* φ dedit *videtur;* O et Oliv. *videretur.* Tum φ ψ, cum Oliv. habent *referrent.* In φ et edd. vett.

NOTÆ

[d] *Albæ*] Vide § 6. not.

Digitized by Google

pore de his rebus ad hunc ordinem[a] referant, ita uti e republica fideque sua censuerint.'

uti de rep. Denique pro *censuerint* in O est *consulerent;* in ϕ et Oliv. *videretur.*

NOTÆ

[a] *Ad hunc ordinem*] Senatorium.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA QUARTA.

ORATIO XLVI.

ARGUMENTUM.

Facto in sententiam Ciceronis SCto, productus a magistratu quodam in concione populi, quæ in senatu acta et decreta erant, exponit. Cæsarem, D. Brutum, legionem Martiam et Quartam, quæ duce Egnatuleio ab Antonio defecerat, summis laudibus ornat; in Antonium invehitur; et cum bene de republica populum sperare jubet, tum eum ad studium libertatis recuperandæ cohortatur.

I. 1. Frequentia vestra [1] incredibilis, Quirites,[a] concioque tanta,[a] quantam meminisse non videor, et alacritatem[b] mihi summam affert reipublicæ defendendæ, et spem recuperandæ libertatis.[2] Quanquam animus quidem

[a] *Cœtus.* [b] *Desiderium.*

Cap. I. 1 Omnes Mss. et edd. præter O ψ, Ms. Guelf. Brn. et Schutz. ediderunt *vestrum.* Verbum *Quirites* deest in O φ, Mss. Græv. Colon. Franc. et Amsterod. In al. legitur *Freq. vestrum incredibilisque concioque tanta.* Pro *meminisse* in φ est *me vicisse.*—2 In Ms. Vat. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. hic locus ita se habet: *mihi summam defendendæ reipublicæ affert, et*

NOTÆ

[a] *Quirites*] De his dictum Orat. pro Lege Manil. § 1. not.

Digitized by Google

mihi nunquam defuit, tempora[c] defuerunt: quæ simulac primum aliquid lucis[d] ostendere visa sunt, princeps[3] [e] vestræ libertatis defendendæ fui: quod si[4] ante facere conatus essem, nunc facere non possem. Hodierno enim die, Quirites, (ne mediocrem[5] rem actam arbitremini) fundamenta jacta sunt reliquarum actionum: nam est hostis a senatu nondum verbo appellatus, sed re jam judicatus Antonius. 2. Nunc vero multo sum erectior,[f] quod vos quoque, hostem illum esse,[6] tanto consensu, tantoque clamore approbavistis. Nec enim[7] fieri potest, ut non aut ii sint[b] impii, qui contra consulem exercitus comparaverunt; aut ille hostis, contra quem jure arma sumta sunt. Hanc igitur dubitationem, quanquam nulla[8] erat, tamen ne qua posset esse, senatus hodierno die sustulit. C. Cæsar, qui rempublicam libertatemque vestram suo studio, consilio, patrimonio denique tutatus est, et tutatur, maximis[9] senatus laudibus ornatus est. 3. Laudo, laudo vos, Quirites, cum[10] gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis,[c] vel pueri po-

[c] *Occasiones.* [d] *Aliquam spem.* [e] *Auctor.*
[f] *Magis excitatus.*

spem recuperandæ: quam lectionem sequitur Muretus, nisi quod, transpositis verbis, habet *reip. defend.* Pro *defendendæ* in φ est *deferendæ.* Tum *Quanq. an. quidem nunquam* in Ms. Vat. codd. Ferrarii, cum Orell. probante Faërno: *Quanq. an. mihi quidem* in ed. Junt. Muret. Faërn. et Lamb. *Quidem* omisit Herv.—3 *Principes* in φ. Mox in ed. Junt. Muret. et aliis edd. vett. legitur *semper fui.*—4 E Vat. lectione *siit,* Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. habent *si id.* Deinde Ms. Leid. omittit voc. *facere* ante *conatus,* probante Ern. Postea in duobus Mss. Ferrarii *et nunc* legitur.—5 φ, Ms. Græv. et alii, *Hod. die quanquam adhuc mediocrem rem:* Ms. Lang. *Hod. enim die quodque adhuc mediocrem:* Ms. Franc. *Hod. enim die quanquam adhuc mediocrem rem.* Pro *ne* in O est *ne adhuc,* in aliis *non.* Tum in Ms. Græv. est *arbitramini.* Deinde in ed. Junt. et Muret. legitur *jacta sunt.*—6 *Illum hostem esse* in Faërn. Lamb. et Græv. *hostem ullum esse* in Ms. Græv.—7 *Neque enim* Schutz. et Wernsd. *Neque enim, Quirites* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. *Nec enim, Quirites* Mss. Oxon. cum ed. Oliv. Paulo post, ed. Junt. et Muret. habent *exercitum,* et φ *comprobaverunt.*—8 φ *in illa.*

NOTÆ

[b] *Ii sint*] D. Brutus, et Octavius Cæsar.

[c] *Clarissimi adolescentis*] Octavium intelligit, qui hæres relictus a Caio Cæsare, ejus avunculo, Caii Cæsaris nomen assumsit.

Digitized by Google

tius: sunt enim facta ejus, immortalitatis, non ætatis.[1] [d] Multa memini, multa audivi, multa legi: nihil ex omni sæculorum[2] memoria tale cognovi: [*p.* 192.] qui (cum servitute premeremur, in dies malum cresceret, præsidii nihil haberemus, capitalem et pestiferum a Brundisio M. Antonii reditum timeremus) hoc insperatum omnibus consilium, incognitum certe, ceperit,[3] ut exercitum invictum ex paternis militibus conficeret, Antoniique furorem, crudelissimis consiliis incitatum, a pernicie reipublicæ averteret.
II. 4. Quis est enim, qui hoc non intelligat, nisi Cæsar exercitum paravisset, non sine exitio nostro futurum Antonii reditum fuisse? Ita enim se recipiebat[4] ardens odio vestri, cruentus[f] sanguine civium, quos Suessæ, quos Brundisii occiderat, ut nihil, nisi de reipublicæ pernicie[5] cogitaret. Quod autem erat præsidium salutis libertatisque vestræ, si C. Cæsaris fortissimorumque sui patris[e] militum exercitus non fuisset?[6] cujus de laudibus, et honoribus, qui

[f] *Respersus.*

—9 *Maximus* in ψ.—10 *Laudo, laudo vosque cum* in Ms. Græv.—1 ψ, Mss. Ferrarii, ed. Faërn. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Schutz. Wernsd. et Orell. dederunt *nomen ætatis:* Ms. Græv. *nomen ætilitatis.*—2 *Ex omnium sæculorum* Ms. Vat. Junt. Muret. et Græv. *ex omni omnium sæculorum* Schutz. e conjectura: *exterium singulorum* φ: *eo mium singulorum* Ms. Græv. Mox *et indies* Junt. Muret. et edd. vett. nonnullæ: *in diem* ψ. Tum præpositio *a* in edd. vett. quibusdam omittitur ante *Brundisio;* post quod verbum particula *tum* inseritur in Ms. Barbad. cum Wernsd. et Orell. Ms. Vat. dedit *tuum.*—3 Ed. Junt. *cepit:* Ms. Vat. cum ed. Muret. *reperit.* Deinde O φ ψ *ex Hispanis militibus conficeret:* ed. Manut. *ex paternis militibus conduceret:* Regii codd. cum ed. Junt. et Grut. *ex Hispanis militibus conduceret.* Denique pro *reipublicæ* in ψ est *rempublicam.*

CAP. II. 4 *Recipiat* in ψ. Mox post *civium* verbum *Romanorum* est in O φ, et Ms. Vat. cum Junt. Manut. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell.—5 *De pernicie reip.* in Junt. Faërn. Lamb. et Orell. *nisi de pernicie populi Romani* in Ms. Vat. Ms. Græv. *nihil, nisi de pern. reip.* omisso *ut.* Paulo infra, ex auctoritate Ms. Vat. Orellius edidit *præsidium erat.*—6 In Ms. Vat. Muret. Faërn. Græv. et Orell. encliticum *que* post *fortissimorum* omittitur: in Junt. et aliis edd. legitur *fortissimorum suique.* Alii codd. ita dederunt hunc locum: *si exercitus fortissimorum militum C. Cæsaris suique patris, non*

NOTÆ

[d] *Non* [*nomen*] *ætatis*] Propter ætatem puer et adolescens fuit Cæsar Octavius; at propter sapientiam in consiliis, et præclara gesta, vir haberi debet.

[e] *Sui patris*] Vocat Octavium filium Cæsaris, quia ab eo fuerat adoptatus.

Digitized by Google

ei, pro divinis et immortalibus meritis, divini immortalesque debentur, mihi senatus assensus paulo ante decrevit, ut primo quoque tempore referretur. 5. Quo decreto, quis non perspicit,[7] Antonium hostem esse judicatum? quem enim appellare possumus eum, contra quem qui exercitus ducunt, iis senatus arbitratur singulares exquirendos honores? Quid legio Martia? quæ mihi videtur divinitus ab eo Deo[8] traxisse nomen,[f] a quo populum Romanum generatum accepimus, non ipsa suis decretis prius, quam senatus, hostem judicavit Antonium? nam, ille si[9] non hostis, qui consulem reliquerunt, hostes necesse est judicemus. Præclare et loco, Quirites, reclamatione[10] vestra[g] factum pulcherrimum Martialium[h] comprobastis, qui se ad senatus auctoritatem, ad libertatem vestram, ad universam rempublicam contulerunt; hostem illum, et latronem, et parricidam patriæ reliquerunt. 6. Non solum id animose et fortiter, sed considerate etiam, sapienterque fecerunt. Albæ constiterunt, in urbe opportuna, munita, propinqua, fortissimorum virorum, fidelissimorum civium atque optimorum. Hujus Martiæ[1] legionis legio quarta imitata virtutem, duce

fuisset. Ita dedit Lambinus: *Si C. Cæsar, si fortissimorum ipsius* (postea malebat *ejus*) *patris exerc. non fuisset:* Faërnus conjecit, *Si C. Cæsar, si fortissimorum sui patris militum exerc. non fuisset.* ψ habet *Cæsar:* O et Oliv. *fortissimorum.*—7 Al. *prospicit.* Tum in Ms. Græv. et Faërn. est *hostem esse Ant. jud.* Ms. Vat. sic habet: *quis non respicit hostem esse Ant. jud.* Paulo post, in Vat. Faërn. et Lamb. *possumus appellare.*—8 *Ab ipso Deo* Junt. *ab eo ipso Deo* Muret. Statim post, in Ms. Græv. est *nomen traxisse.* Paulo infra in O legitur *accipimus.* Statim, pro *non* φ ψ, Junt. et Grut. habent *Nonne.*—9 *Si ille* in Ms. Vat. et aliis codd. cum Muret. Faërn. Manut. Lamb. et Orell.—10 *Præclara ac luculenta recl.* in nonnullis edd. vett. cum Grut. et Oliv. *Præclare et jocose reclam.* in O. Verbum *Quirites* non est in ed. Faërn. et Lamb. Pro *comprobastis* φ dedit *comprobatis:* Vat. et edd. nonnullæ *comprobavistis.* Statim pronomen *se* non est in φ.—1 Verbum *Martiæ* Manutio suspectum. Paulo infra in φ est *duce Egnatuleio:* in O *duce L. Egnatio:* in Ms. Græv. *duce Egnatulego.* Denique ψ, Pal. 1. Mss. Barb. cum Junt. habent *prosecuta est.*

NOTÆ

[f] *Ab eo Deo traxisse nomen*] Legio Martia nomen a Marte bellorum Deo traxit; a quo Romulus, et ex Rhea Ilia, natus est.

[g] *Reclamatione vestra*] Id est, nova acclamatione; sæpe enim, dum hanc haberet orationem, Ciceroni acclamatum est.

[h] *Martialium*] Milites sunt Martiæ legionis.

Digitized by Google

L. Egnatuleio, quem senatus merito paulo ante laudavit, C. Cæsaris exercitum persecuta est.

III. Quæ expectas, M. Antoni, judicia graviora? Cæsar fertur in cœlum,[h] qui contra te exercitum comparavit: laudantur exquisitissimis[i] verbis legiones, quæ te reliquerunt, quæ a te arcessitæ sunt,[2] quæ essent, si te consulem quam hostem maluissent, tuæ. Quarum legionum fortissimum verissimumque judicium confirmat senatus, comprobat universus populus Romanus, nisi forte vos, Quirites, consulem, non hostem, judicatis Antonium. 7. Sic arbitrabar, Quirites, vos[3] judicare, ut ostenditis.[j] Quid? municipia,[k] colonias, præfecturas,[l] num aliter judicare censetis? omnes mortales una mente[4] consentiunt; omnia arma eorum, qui hæc salva velint, contra illam pestem esse capienda. Quid? D. Bruti judicium, Quirites,[5] quod ex hodierno ejus edicto perspicere potuistis, num cui tandem contemnendum videtur? Recte et vere negatis,[6] Quirites. Est enim quasi Deorum immortalium beneficio et munere datum reipublicæ Brutorum genus et nomen, ad libertatem populi Romani vel constituendam

[h] *Laudatur multum.* [i] *Honorificentissimis.*

CAP. III. 2 ψ et alii Mss. *accersitæ sunt:* Ms. Colot. *accitæ sunt:* al. *accitæ essent:* in Ms. Grævii non legitur *sunt.* Statim post, in Mss. quibusdam, Junt. et Grut. *quæ tuæ essent.* Tum *maluisses* legitur in Ms. Vat. cod. Grævii, Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell.—3 Ms. Græv. *Sic arbitror vos:* edd. nonnullæ *Sic arbitrabar vos.* In φ est *arbitror.* Deinde in edd. vett. nonnullis *Quid* deest ante *municipia.* Verba *ostenditis . . . judicare* non sunt in φ.—4 *Una voce* Ms. Huydecop. probante Burm. *una voce et mente* maluit legi Garaton. Mox pro *capienda* in ψ est *rapienda.*—5 Verbum *Quirites* non est in O: proximum voc. *quod* omittitur in φ.—6 In ψ, cum ed.

NOTÆ

[j] *Ut ostenditis*] Hic iterum Ciceroni acclamatum est.

[k] *Municipia*] Municipia a coloniis in eo diversa erant, quod coloniæ ex civitate Romana, quasi propagarentur; municipia vero in civitatem extrinsecus vocarentur.

[l] *Præfecturas*] Præfecturæ erant civitates imperio Romano subactæ; in quas præfecti mittebantur, qui eas administrarent, ac in eis jus dicerent. De coloniis, municipiis, et præfecturis fusissime agit Sigonius lib. II. de Antiquo Jure Italiæ.

Digitized by Google

vel recuperandam.[7] 8. Quid igitur D. Brutus de M. Antonio judicavit? exclusit provincia: exercitu obstitit: Galliam totam hortatur ad bellum, ipsam sua sponte suoque judicio excitatam. Si consul Antonius, Brutus hostis: si conservator reipublicæ Brutus, hostis Antonius. Num igitur, utrum horum sit, dubitare possumus? IV. Atque,[8] ut vos una mente unaque voce dubitare vos negatis; sic modo decrevit senatus, D. Brutum optime[9] de republica mereri, cum senatus auctoritatem, populique Romani libertatem imperiumque defenderit. [*p.* 193.] A quo defenderit? nempe ab hoste. Quæ est enim alia laudanda defensio? 9. Deinceps[10] laudatur provincia Gallia, meritoque ornatur verbis amplissimis a senatu, quod resistat Antonio: quem si consulem illa provincia putaret, neque eum reciperet, magno scelere se[1] adstringeret: omnes enim in consulis jure et imperio debent esse provinciæ. Negat hoc D. Brutus imperator, consul designatus, natus reipublicæ civis: negat Gallia, negat cuncta Italia, negat[2] senatus, negatis vos. Quis igitur illum consulem, nisi latrones, putant? quanquam ne ii quidem ipsi, quod loquuntur, id sentiunt; nec a judicio omnium mortalium, quamvis impii nefariique sint, sicut sunt,[3] dissentire pos-

Junt. Muret. et Grut. *negastis*. Tum *Quirites* deest in O.—7 Verba *Brutorum* ... *Romani* omittuntur in O, Ms. Græv. Franc. Amsterod. et Colon. Ms. O habet *ad remp. vel const. vel recup.* Ms. Franc. omittit præpositionem *ad*. Verba *reipublicæ* ... *nomen* non sunt in φ. Tum in Vat. Faërn. et Muret. legitur *recipiendam*: Lamb. *reciperandam*. Mox pro prænomine *D.* ψ habet *divus*. Paulo post, pro *judicavit* Schutz. legit *judicat*. In Ms. O est *excludit prov.* *Excludit* .... *obsistit* in Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell. Denique ψ omittit *horum*.

CAP. IV. 8 Ed. Junt. Muret. et Grut. *Atqui*. Statim post, pronomen *vos* non est in ψ. Paulo infra Muret. solus dedit *vos nunc negastis*.—9 *D. Bruti bene* in ψ. Tum *defenderet*. *A quo defenderet* in Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell.—10 In O *Dein*. Tum pro *ornaret* φ habet *ordinatur*. Porro Ms. Vat. Muret. Faërn. et Orell. dederunt *ab senatu*.—1 In edd. vett. nonnullis *se scelere*. Pro *se adstringeret* ψ habet *affrigent*. Paulo infra, *sub consulis jure* ψ, et alii Mss. cum ed. Junt. et Grut. probante Ern. Mss. Colon. Græv. Guelf. Leid. et Teeg. omittunt et *in* et *sub*. φ habet *consules*, præpositione omissa. —2 *Negatis* in φ. Deinde *Quis illum igitur* in Ms. Vat. Muret. Faërn. et Orell. Pronomen *illum* non est in φ. Paulo post, ex auctoritate ed. Faërn. Orellius edidit *ab judicio*.—3 Verba *sicut sunt* omittuntur in φ, Mss. Colon. Franc. Græv. Amsterod. Mox pro *occæcat* φ ψ, et edd. vett. nonnullæ *cæ-*

Digitized by Google

sunt. Sed spes rapiendi atque prædandi occæcat animos eorum: quos non bonorum donatio,[4] non agrorum[g] assignatio, non illa infinita hasta[h] satiavit: qui sibi urbem, qui bona et fortunas civium ad prædam proposuerunt: qui, dum sit[5] quod rapiant, quod auferant, nihil sibi defuturum arbitrantur: 10. quibus M. Antonius (o Dii immortales! avertite et detestamini, quæso, hoc omen!) urbem se divisurum esse promisit. Ita vero, Quirites, ut precamini, eveniat;[6] hujusque amentiæ pœna in ipsum familiamque ejus recidat; quod ita futurum esse confido. Jam enim non solum homines, sed etiam Deos immortales ad rempublicam conservandam arbitror consensisse. Sive[7] enim prodigiis atque portentis Dii immortales nobis futura prædicunt; ita sunt aperte denuntiata, ut et illi pœna, et nobis libertas[8] appropinquet: sive tantus consensus omnium sine impulsu Deorum esse non potuit; quid est, quod de voluntate cœlestium dubitare possimus?

v. 11. Reliquum est, Quirites, ut vos in ista sententia, quam præ vobis fertis, perseveretis. Faciam igitur, ut imperatores instructa acie solent: quanquam paratissimos milites ad præliandum vident, ut eos tamen adhortantur;[9] sic ego vos, ardentes et erectos[i] ad libertatem recuperandam, cohortabor. Non est, non est vobis,[10] Quirites, cum eo hoste certamen, quocum aliqua pacis conditio esse possit:

[h] *Auctio.* [i] *Animatos.*

cat.—4 Grut. e Mss. Pall. Lil. Gembl. et Colon. edidit *damnatio*, quod verbum agnoscit ψ: in φ est *dampnacio*. Porro ante *hasta* verbum *Pompeii* inseritur in φ ψ, aliis Mss. edd. vett. ante Muret. et Grut.—5 *Dum hic sit* in Vat. Muret. et Wernsd.—6 In Ms. Colot. hic locus ita se habet: '*Ita vero ei, ut prec. eveniat:* in ed. Lamb. *Ita vero, Quir. ut prec. ei eveniat.* Verbum *Quirites* non est in O; et pro *eveniat* φ ψ *veniat*. Statim post, *atque hujus amentiæ* Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. *quo hujus amentiæ* φ ψ, Ms. Teeg. codd. multi, Junt. et edd. vett. quædam. *quod hujus amentiæ* in O legitur.—7 Pro *Sive* in φ ψ, ed. Junt. et Muret. est *Si*. Mox O φ habent *prædicant*. Tum pro *denuntiata* Ms. Vat. et ed. Muret. exhibent *pronuntiata*, in quo Garatono latere videbatur *populo Romano nuntiata*.—8 *Et libertas nobis* ed. Junt. Muret. et Grut. Mox pro *sive* in Ms. Lang. et edd. vett. quibusdam legitur *si enim*. Denique in O est *dub. possumus*.

Cap. v. 9 Omnes edd. præter Ern. exhibent *videant . . . adhortentur*. Paulo post, in ψ et edd. quibusdam legitur *adhortabor*.—10 Verba *non est vobis* non sunt in φ: semel tantum *non est* in Vat. et Faërn. In ψ et Barb. 1.

Digitized by Google

neque enim ille servitutem vestram, ut antea, sed jam[1] iratus sanguinem concupiscit. Nullus ei ludus videtur esse jucundior, quam cruor, quam cædes, quam ante oculos trucidatio civium. 12. Non est vobis, Quirites, res[2] cum scelerato homine atque nefario, sed cum immani tetraque bellua: quæ quoniam in foveam incidit, obruatur;[m] si enim illinc emerserit, nullius supplicii crudelitas erit recusanda. Sed tenetur, premitur, urgetur[3] nunc iis copiis, quas jam habemus; mox iis, quas paucis diebus[4] novi consules[m] comparabunt. Incumbite in causam, Quirites, ut facitis. Nunquam major vester consensus in ulla[5] causa fuit: nunquam tam vehementer cum senatu consociati[n] fuistis. Nec mirum: agitur enim non qua conditione victuri, sed victurine simus, an cum supplicio ignominiaque perituri. 13. Quanquam mortem quidem omnibus natura proposuit; crudelitatem mortis et dedecus virtus propulsare solet; quæ propria est Romani generis et seminis.[6] Hanc retinete, quæso, Quirites, quam vobis tanquam hæreditatem majores vestri reliquerunt. Quanquam alia omnia incerta sunt,[7] caduca, mobilia; virtus est una altissimis defixa radicibus; quæ nunquam ulla vi[8] labe-

[m] *Perdatur.* [n] *Concordes.*

scribitur *non enim vobis.* Mox pro *quocum* Mureti ed. habet *cum quo.*—1 φ *etiam:* qui Ms. paulo post habet *concupirit.*—2 *Res, Quirites* in Vat. Muret. Faërn. et Orell. Mox in ed. Muret. *ac nefario.* Tum pro *illinc* in Vat. scribitur *illim.*—3 In Faërn. Muret. et Lamb. *urguetur*, ut supra. Mox ed. Faërn. omisit voc. *jam* ante *habemus.*—4 Quidam codd. habent *quas paucis diebus de municipiis novi, &c.* Mss. Huyd. Franc. et ambo Barb. legunt *de municipiis* pro *paucis diebus.* Mss. Lang. Græv. et alii nonnulli *quas dem' paucis novi, &c.*—5 In ψ et ed. Junt. *Nunquam inter senatum et vos consensus major in ulla, &c.* In Muret. Faërn. et Lamb. legitur *consensus vester.* Mox in Ms. Græv. *tam vehementer nunquam.*—6 Schutz. e conjectura Ern. dedit *generis et nominis*, probante Orell. Paulo infra Ms. Græv. exhibet *Quirites, quæso.* Ante proximum verbum, *quam*, literæ *p. r.* inseruntur in φ.—7 *Quanq. omnia alia incerta sunt* Lamb. et Grut. *Quanq. alia omnia falsa, incerta sint* Ms. Vat. ψ quoque habet *falsa, incerta.* Al. *Quanq. omnia alia falsa sunt.* Pro *Quanquam* Ern. maluit legi *Nam* vel *Namque.*—8 In ed. Faërn. *vi ulla.* Mox pro

NOTÆ

[m] *Novi consules*] Hirtius et Pansa.

Digitized by Google

factari potest, nunquam demoveri loco. [*p.* 194.] Hac virtute majores vestri primum universam Italiam devicerunt, deinde Carthaginem [n] exciderunt, Numantiam [o] everterunt; potentissimos reges, bellicosissimas gentes, in ditionem [9] hujus imperii redegerunt. VI. 14. Ac majoribus quidem vestris, Quirites, cum eo hoste res erat, qui haberet rempublicam,[10] curiam, ærarium, consensum et concordiam civium, rationem aliquam, si res ita tulisset, pacis et fœderis: hic vester hostis vestram rempublicam oppugnat, ipse habet nullam: senatum, id est, orbis terræ consilium, delere gestit; ipse [1] consilium publicum nullum habet: ærarium vestrum exhausit; suum non habet: nam concordiam civium qui habere potest, nullam qui habeat [2] civitatem? pacis vero quæ potest esse cum eo ratio, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla? 15. Est igitur [3] populo Romano, victori omnium gentium, omne certamen cum percussore,[4] cum latrone, cum Spartaco.[p] Nam, quod se similem esse Catilinæ gloriari solet; scelere par est illi, industria [5] inferior. Ille, cum exercitum nullum haberet,[6]

---

demoveri φ dedit *dimorum*, ψ et multæ edd. *dimoveri*. Deinde verbum *virtute* omittitur in Mss. Ferrarii, edd. Aldi senioris, Naug. Cam. utraque Gryph. P. Man. Car. Steph. et Lamb. cum Orellio. Pro *vestri* edd. vett. exhibent *nostri*.—9 ψ et edd. vett. nonnullæ *deditionem*: φ *dedicionem*: Ms. Colon. *dictionem*.

CAP. VI. 10 *Reipublicæ* in ψ. Mox *si ita res tulisset* in Vat. Mss. Ferrarii, Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell.—1 *Ipsum* in φ. Idem Ms. paulo infra pro *suum* habet *nullum*.—2 ψ, Muret. Faërn. Lamb. et Oliv. cum Orellio *nullam cum habeat*: Ms. Vat. et Wernsd. in ed. maj. *nullum cum habet*. Actutum in ed. Junt. et Muret. *cum eo esse*.—3 Post *igitur* Mss. Vat. et omnes edd. præter Grut. et Ern. exhibent *Quirites*.—4 Ms. Vat. *percursore*: Junt. Muret. et Grut. *excursore*. Mox ed. Junt. et Muret. habent *Catilinæ esse*.—5 *Par est: belli industria* ψ, et edd. vett. ante Muret. *par est: industria* Muret. e conjectura: *par est illi: belli industria* Lamb. In Ms. Græv. et Amsterod. est *Nam quod D. Bruto se similem re: parem belli: ind. &c.* In Ms. Franc. *Nam quid de D. Bruto simile est? re par est ind. &c.*—6 φ,

NOTÆ

[n] *Carthaginem*] Scipio tertio bello Punico in Africa Carthaginem excidit.

[o] *Numantiam*] Numantiam in Hispania delevit Scipio minor.

[p] *Spartaco*] Spartacum Antonium nominat, gladiatorum principem, et ducem fugitivorum, a quo bellum servile exortum est in Italia.

Digitized by Google

repente conflavit: hic eum ipsum exercitum, quem habebat,[7] amisit. Ut igitur Catilinam diligentia mea, senatus auctoritate, vestro studio et virtute fregistis; sic[8] Antonii nefarium latrocinium vestra cum senatu concordia tanta, quanta nunquam fuit, felicitate et virtute exercituum ducumque vestrorum, brevi tempore oppressum audietis. 16. Equidem, quantum cura,[9] labore, vigiliis, auctoritate, consilio, eniti atque efficere potero, nihil prætermittam, quod ad libertatem vestram pertinere arbitrabor; neque enim id pro vestris amplissimis in me[10] beneficiis sine scelere facere possum. Hodierno autem die[1] primum, referente viro fortissimo vobisque amicissimo, M. hoc Servilio,[2] [q] collegisque ejus, ornatissimis viris, optimis civibus, longo intervallo,[r] me auctore et principe, ad spem libertatis exarsimus.

Vat. Faërn. Muret. Lamb. Mannt. Oliv. et Orell. præbent *habuisset*. Actutum *ipsum* omittitur in ψ, Mss. Ferrarii, aliis nonnullis, cum edd. Faërn. Lamb. Græv. et Oliv.—7 Omnes edd. *accepit*, præter Ern. et Schutz. qui, ex auctoritate Ms. Huyd. dederunt *habebat*. Post verbum *amisit* in O est ' Hic desinit codex.'—8 *Si* in φ. Paulo infra in ψ est *exercitum durumque nostrorum*. Tum post *oppressum* verbum *esse* inseritur in ed. Junt. et Muret. —9 In φ *cum*. Deinde pro *eniti* in ed. Muret. est *niti*. Tum in Ms. Græv. verba *atque efficere* desunt.—10 Ed. Junt. Muret. et Grut. habent *in me amplissimis*.—1 Verbum *die* non est in φ. Mox pro *vobisque* in Ms. Colon. est *nobis*.—2 *Hoc M. Servilio* Ms. Vat. Faërn. Lamb. et Græv. Denique pro *principe* φ habet *principis*.

NOTÆ

[q] *M. Servilio*] Servilius tunc tribunus plebis erat.

[r] *Longo intervallo*] Hoc dicit propter Julium Cæsarem, qui libertatem reipublicæ oppresserat.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA QUINTA.

ORATIO XLVII.

ARGUMENTUM.

Obsidente Mutinam Antonio, non modo sine senatus auctoritate, sed invito etiam senatu, qui Galliam citeriorem D. Bruto, jam antea a Cæsare datam, post ejus necem confirmaverat, novi consules, Pansa et Hirtius, Kalendis Jan. primo consulatus die, convocato de more senatu, non solum de Mutinæ obsidione, sed omnino de tota rep. deque honoribus et præmiis bene de rep. meritorum ac merentium, de quibus XIII Kal. S.C. factum erat, retulerunt. Quod ad Mutinam attinuit, censuit is, qui sententiam primus rogatus est, mittendos ad Antonium legatos, qui agerent cum eo, ut ab ejus urbis obsidione desisteret. Cicero autem, suo loco rogatus, turpe et indignum dicit esse senatus ac populi Romani majestate, ad eum legatos de pace mittere, de quo ante paucos dies, tanquam de hoste, gravissima et severissima judicia idem senatus fecerit. Decreverat enim XIII Kal. Jan. quo die habita est tertia oratio, ut de honoribus Cæsaris et Bruti, qui remp. privato consilio defendendam susceperant, deque præmiis Martiæ et Quartæ legionum, quæ, Antonio relicto, ad Cæsarem se contulerant, primo quoque tempore novi consules referrent. Deinde vehementer incubuit Cicero, ut hostis judicaretur Antonius, et ea decernerentur de honoribus et præmiis, quæ senatus ex novorum consulum relatione decerni sibi placere ostenderat. Senatus eo die nihil decrevit, sed triduo post mittendos omnino censuit, qui Antonio nuntiarent, ne consulem designatum oppugnaret, ne Mutinam obsideret, ne provinciam depopularetur, ne delectus haberet, esset in senatus populique Romani potestate.

I. 1. NIHIL unquam longius his [1] Kalendis Jan. mihi

Digitized by Google

visum est, patres conscripti: quod idem intelligebam per hos dies unicuique vestrum videri. Qui enim bellum cum republica gerunt, hunc diem non expectabant:[2][a] nos autem tum, cum maxime consilio nostro subvenire communi saluti oporteret, in senatum non vocabamur.[b] Sed querelam præteritorum dierum sustulit oratio consulum;[c] qui ita locuti sunt, ut magis exoptatæ[3] Kalendæ Jan. quam seræ esse videantur. Atque ut oratio consulum animum meum erexit, spemque attulit, non modo salutis conservandæ, verum etiam dignitatis pristinæ recuperandæ; sic me perturbasset ejus sententia, qui primus[4] rogatus est,[d] nisi vestræ virtuti constantiæque confiderem. 2. Hic enim vobis, patres conscripti, dies illuxit, hæc potestas data est, ut, quantum virtutis, quantum constantiæ, quantum gravitatis in hujus ordinis consilio esset, populo Romano decla-

Cap. I. 1 *v* ψ, Junt. et Grut. omittunt *his*. Paulo post voc. *idem* non est in *v*.—2 *v* ψ, Mss. Jen. et Teeg. cum edd. Junt. et Grut. præbent *expectant*. Statim infra, pro *nos*, *v* ψ, Mss. Græv. et Pall. habent *non*. Tum *consilio vestro* legitur in *v*, Barb. utrisque, ed. Junt. et Muret. Pronomen omittitur in Ms. Vat. ed. Muret. et Faërn. Deinde pro *non vocabamur*, *v* ψ, Ms. Jen. et ed. Junt. exhibent *convocabamur*: Grut. *non convocabamur*. Ms. Teeg. omisit negativam particulam.—3 *Exoptent* in *v*. Tum ψ habet *Januarii*. Ms. Vat. Faërn. Muret. Lamb. Manut. Græv. Schutz. et Wernsd. omittunt *Jan*. 'Mihi videtur error librarii. Omisso *Jan*. deberet esse *hæ Kal*. quod ipsum *hæ* tamen facile excidere poterat post præcedentem syllabam *tæ*.' Orell.—4 *Primum* in *v*. Mox in Ms. Grævii *nisi in vestra virtute constantiaque conf*.

NOTÆ

[a] *Hunc diem non expectabant* [*expectant*] Antonius, et ejus amici, non expectant Kalendas Januarias ad deliberandum de republica; sed rem agunt, et obsident Mutinam, in qua clausus est D. Brutus.

[b] *Non vocabamur*] Dum Antonius rempublicam armis aggreditur, senatores non conveniunt, ut de ejus incolumitate et salute deliberent. In quibusdam codicibus tollitur negatio, *non*; et tunc erit ille sensus: 'Nos tum convocamur ad deliberandum de Antonio, et consultationibus tempus terimus; nec agimus, dum interim agit Antonius.'

[c] *Sustulit oratio consulum*] Hirtius et Pansa consules oratione sua sedarunt omnes querelas, quas præteriti temporis jactura potuisset excitare; quia spem maximam recuperandæ libertatis dederunt.

[d] *Qui primus rogatus est*] L. Piso, vir consularis, et magnæ auctoritatis in republica, qui absentem Antonium defendebat, rogatus primus omnium sententiam, causa indicta, non fuisse damnandum Antonium, et ad eum mittendos esse legatos, censuit.

Digitized by Google

rare possetis. Recordamini, qui dies nudiustertiusdecimus fuerit,[e] quantus consensus vestrum, quanta virtus, quanta constantia; quantam sitis a populo Romano laudem, quantam gloriam, quantam gratiam[5] consecuti. Atque illo die, patres conscripti, ea constituistis, ut vobis nihil jam sit integrum,[a] nisi aut honesta pax, aut bellum necessarium. 8. Pacem vult M. Antonius?[f] arma ponat,[6][b] roget, deprecetur: neminem æquiorem me[7] reperiet; cui, dum se civibus impiis commendat, inimicus esse, quam amicus maluit.[8] Nihil est profecto, quod dari possit bellum gerenti: erit fortasse aliquid, quod concedi possit roganti. II. [*p.* 195.] Legatos vero ad eum mittere, de quo gravissimum[9] judicium nudiustertiusdecimus feceritis, non jam levitatis est, sed (ut, quod sentio, dicam) dementiæ. Primum[10] duces eos laudavistis, qui contra illum bellum privato consilio[g] suscepissent; deinde milites veteranos, qui,

[a] *Restet.* [b] *Abjiciat.*

Deinde in ed. Faërn. *Hic enim dies vobis, P. C.*—5 *v*, Mss. nonnulli et ed. Junt. *quantam gloriam, gratiam:* (*gratiamque* Junt.) ψ, Ald. et Naug. omittunt *quantam gratiam:* verba *quantam gloriam* non sunt in ed. Manut. Pro *quantam*, Grut. e codd. quibusdam ter dedit *quam*. Ms. Græv. habet *quam sitis a pop. Rom., quam tam gloriam, laudem consecuti*. Paulo infra in ψ *nihil tam sit:* in ed. Muret. *jam nihil sit.*—6 Ms. Vat. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. habent *deponat.*—7 Ms. Vat. Faërn. Wernsd. et Orell. exhibent *Nem. æquiorem reperiet, quam me:* Muret. et Lamb. *Nem. æq. quam me.* 'Ed. Junt. *æq. me reperiet quanquam dum se*, in quo vides veræ lectionis vestigia. Sæpe *quam* post comparativum et a librariis et a criticis expunctum est.' *Orell.* Mox pro *cui* legitur *quanquam* in *v*: *quanquam ut* in al. *quam* in Ms. Græv. *cui quidem* in ed. Manut. Steph. et Lamb.—8 *Inim. quam amicus, esse maluit* in Ms. Vat. Muret. et Faërn. Paulo infra, *quod dari possit* in edd. vett. nonnullis, cum Orellio.

CAP. II. 9 Post *gravissimum*, verba *et severissimum* leguntur in Mss. *v* ψ, Vat. Manut. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Schutz. Wernsd. et Orell. Tum *decimus* non est in *v*. Statim post, ψ et ed. Junt. habent *fecistis.*—10 *Primum enim* in ψ et edd. vett. quibusdam. Tum *eos duces* ed. Junt. et Muret. Paulo post, voc. *bellum* non est in ψ: in edd. nonnullis hoc verbum

NOTÆ

[e] *Dies nudiustertiusdecimus fuerit*] Intelligit diem decimum tertium, quo tum in senatu, tum in Rostris, apud populum tertiam et quartam orationem contra Antonium habuit.

[f] *Pacem vult M. Antonius*] Dixerat L. Piso, nihil optare Antonium vehementius quam pacem.

[g] *Privatò consilio*] Octavius Cæsar, et D. Brutus.

Digitized by Google

cum ab Antonio in colonias essent deducti,[1] illius beneficio libertatem populi Romani anteposuerunt. 4. Quid? legio Martia; quid? quarta;[h] cur laudantur? si enim consulem suum reliquerunt, vituperandæ sunt; si inimicum reipublicæ,[2] jure laudantur. Atqui cum consules nondum haberetis, decrevistis, ut et de præmiis militum, et de honoribus imperatorum[i] primo quoque tempore referretur. Placet, eodem tempore præmia constituere iis,[3] qui contra Antonium arma ceperint, et legatos ad Antonium mittere? ut jam pudendum sit, honestiora decreta esse legionum, quam senatus; siquidem legiones decreverunt senatum defendere contra[4] Antonium; senatus decernit legatos ad Antonium. Utrum hoc est confirmare militum animos, an debilitare virtutem? 5. Hoc dies duodecim profecerunt,[5] ut, quem nemo, præter Cotylam,[k] tum inventus sit, qui defenderet, is habeat jam patronos[e] etiam consulares. Qui utinam omnes ante me sententiam rogarentur! (quanquam suspicor, quid dicturi sint[6] quidam eorum, qui post me rogabuntur) facilius contra dicerem, si quid videretur. Est enim opinio, decreturum aliquem M.[7] Antonio illam

[e] *Defensores.*

ponitur post *consilio*.—1 Ms. Græv. *ducti essent*. Mox in Ms. Vat. Muret. et Wernsd. *cur laudatur*.—2 Ed. Muret. *inim. populi Rom*. Verba *si enim* . . . *laudantur* non sunt in ψ. Actutum, Ms. Lang. et alii *Aliqui consules cum*. Voc. *cum* in *v* deest. Deinde in *v* ψ *primo quoque die*.—3 *Eis* in ed. Muret. Mox pro *ceperint* ed. Junt. Manut. et Grut. habent *ceperunt*. Tum *esse legionum decreta* in ed. Junt. et Muret.—4 Prænomen *M*. additur in ed. Junt. Muret. et Grut. Porro pro *decernit* ψ et edd. vett. nonnullæ habent *decrevit*.—5 Mss. Franc. edd. Faërn. et Lamb. *perfecerunt*. Paulo post pro *Cotylam* Ms. Vat. dedit *Cotyiam Cotyionem*: al. *Cotylonem*: *v Cotylamiam*, omittens voc. *tum*: Ms. Græv. *Cotylam eam*: al. *Cotylam Menium*. Pro *tum* alii legunt *eum*, alii *mecum*, alii *unum*.—6 *Sunt* in ed. Junt. Grut. et Græv. Tum pro *videretur* in *v* est *videtur*.—7 Ex auctoritate Ms. Vat. et ed. Faërn. Orellius omisit prænomen *M*. Actutum ed. Junt. et al. habent *Quid hoc est aliud, quam omnia*: ψ et edd. nonnullæ *Quid hoc aliud est, quam*, omisso *omnia*; quam scripturam asserit Ms. Græv. nisi quod pro *hosti arma* scribat *hostilia arma*.

NOTÆ

[h] *Legio Martia; quid? quarta*] De iis dictum Orat. III. § 6. not.

[i] *Imperatorum*] Octavius Cæsar et D. Brutus ducebant exercitus.

[k] *Cotylam*] Cotylas unus erat ex asseclis et compotoribus Antonii.

Digitized by Google

ultimam Galliam,[l] quam Plancus obtinet. Quid est aliud, omnia ad bellum civile hosti arma largiri? primum nervos belli, pecuniam infinitam, qua nunc eget; deinde equitatum,[m] quantum velit: equitatum dico? dubitabit, credo, gentes barbaras secum adducere. Hoc qui non videt, excors est;[8] qui, cum videt, decernit, impius. 6. Tu civem[n] sceleratum et perditum, Gallorum et Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues? Nullæ istæ excusationes sunt; 'Meus amicus est.' Sit patriæ prius.[9] 'Meus cognatus.' An potest cognatio ulla propior esse, quam patriæ, in qua etiam parentes[10] continentur? 'Mihi pecuniam attribuit.'[o] Cupio videre, qui id audeat dicere.[p] Quid autem agatur, cum aperuero,[1] facile erit statuere, quam sententiam dicatis, aut quam sequamini.

III. Agitur, utrum M. Antonio facultas detur opprimendæ reipublicæ, cædis faciendæ bonorum, diripiendæ[2] urbis, agrorum suis latronibus condonandi,[d] populum Romanum[3]

[d] *Dandi suis militibus.*

Hanc lectionem agnoscit *v.*—8 Verbum *est* omittitur in *v*, Ms. Vat. Junt. Muret. et Faërn. Lambinus paulo post sequenti voci, *impius*, *id* adjecit. Tum in Ms. Græv. legitur *exercitum pecunia.*—9 E Ferrarii conjectura Lamb. et Manut. legunt *Sit patria prius:* Ms. *v Sit patriæ primus.* Mox pro *propior ψ* habet *prior.* Faërn. Lamb. et Orell. e Ms. Vat. legunt *propior ulla.*—10 Faërn. Lamb. et Orell. e codd. Ferrarii, habent *parentes etiam.* Tum pro *attribuit* Ms. Vat. et ed. Muret. exhibent *tribuit.* Paulo infra pro *qui id* in *v* est *qui*, in *ψ quid.* Statim post *v* habet *audiet.*—1 *ψ a puero.* Voc. *aut* in *ψ* deest. Denique *quam* ante *sequamini*, non est in edd. vett. quibusdam.

CAP. III. 2 *Eripiendorum v ψ.*—3 In ed. Manut. Lamb. et Muret. hic locus ita editur: *cædis faciendæ, bonorum diripiendorum, urbis, agrorum suis latr. cond. populi Romani.* Ed. Junt. cum al. *cæd. fac. bonorum diripiendorum, urbes, agros suis latr. cond. populum Romanum.* Pro *pop. Rom. v* habet *reip.* Mox Ms. Vat. cum Wernsd. et Orell. *ei nihil facere:* Muret. *nihil ei facere.*—

NOTÆ

[l] *Ultimam Galliam*] Gallia Transalpina ultima ab eo dicitur, quia remotior ab Italia.

[m] *Deinde equitatum*] Equites Galli omnium optimi a Romanis habebantur.

[n] *Tu civem*] Apostropha compellat L. Pisonem.

[o] *Mihi pecuniam attribuit*] Defensio Pisonis Antonium defendentis.

[p] *Qui id audeat dicere*] Turpe est pecuniam accipere pro defensione alterius; nec permissum apud Romanos.

Digitized by Google

servitute opprimendi; an horum nihil facere ei liceat? Dubitate, quid agatis. At non cadunt hæc[4 q] in Antonium. 7. Hoc ne Cotyla quidem dicere auderet. Quid enim[5] in eum non cadit?[*] qui, cujus acta[r] se defendere dicit, ejus eas leges pervertit, quas maxime laudare poteramus. Ille paludes siccare[s] voluit: hic omnem Italiam moderato homini, L. Antonio,[t] dividendam dedit. Quid? hanc legem[u] populus Romanus accepit? quid? per auspicia ferri[6] potuit? Sed augur verecundus[x] sine collegis de auspiciis: quanquam[7] illa auspicia non egent interpretatione. Jove enim tonante, cum populo agi non esse fas, quis ignorat? Tribuni plebis[8 y] tulerunt de provinciis, contra acta Cæ-

[*] *Quid enim ille non scelerate facit?*

4 Edd. vett. ante Ferrarium *Dubitatis? An non cadunt hæc.* Pro *At* *v* ψ quoque habent *An.* Paulo post, in *v* est *nec catulo.*—5 *Autem* additur post *enim* in Ms. Vat. Tum ψ, Ms. Barb. Naug. Cam. Gryph. et alii præbent *qui cum Cæsaris acta:* edd. vett. nonnullæ *qui, cum acta:* Mss. multi *qui cum ejus acta.* Verbum *eas*, ante *leges*, non est in *v* et edd. vett. quibusdam. Mox pro *Quid* *v* habet *Qui.*—6 *Ferre* in edd. vett. nonnullis cum ed. Grut. et Oliv. Deinde pro *collegis* *v* exhibet *colle.*—7 In ψ et edd. vett. ante Manut. legitur *de auspiciis non interpretatur: quanquam.* Paulo infra *interpr. augurum* invenitur in ed. Junt. et Grut. cum edd. vett. aliis. Deinde in ψ *populo Romano.*—8 Ms. Vat. *plebi:* ed. Faërn. *plebei.* Actutum, in Ms. Vat. cum ed. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell. *ille biennium, hic sexennium;* quam lectionem secuti sunt Græv. et Oliv. nisi quod pro *hic* exhibent *isti.* Ed. Junt.

NOTÆ

[q] *At non cadunt hæc*] Occupat quæ ab amicis Antonii dici possent; quæ tam vera esse ait, ut vel ipse Cotyla inficias non iret, quanquam Antonio addictissimus.

[r] *Cujus acta*] Ostendit improbitatem Antonii, qui dicit, se acta Cæsaris defendere, cujus leges ipse sustulit. De his dictum in I. Phil.

[s] *Paludes siccare*] Pontinas paludes in Campania Julius Cæsar siccare voluit, ut inde frumenta colligerentur, quibus multa hominum millia alerentur. Vide Plin. lib. III. cap. 5.

[t] *L. Antonio*] Lucius Antonius, M. Antonii frater, qui, cum tumultus in repub. excitare vellet, ab Augusto superatus est.

[u] *Hanc legem*] Loquitur de lege qua ferebatur ut agri triumviris dividerentur; pro qua ferenda neque rogatus fuerat populus, neque auspicia servata: nam agi cum populo, propter imbres effusos et tonitrua, non poterat.

[x] *Augur verecundus*] Ironia.

[y] *Tribuni plebis*] Lucius Antonius, et Salvius, tribuni plebis, contra leges latas a Cæsare, in gratiam Antonii, intercesserunt; quibus tulerat, ne prætoriæ provinciæ plusquam annum, et consulares quam biennium, obtinerentur.

Digitized by Google

saris, ille biennii, iste sexennii:[a] num etiam hanc legem[8] populus Romanus accepit? quid? promulgata fuit? quid? nonne[9] ante lata, quam scripta?[b] nonne ante factam vidimus, quam futuram quisquam est suspicatus? 8. Ubi lex Cæcilia et Didia?[c] ubi promulgatio, trinundinum?[10] ubi pœnæ,[d] recenti lege Junia et Licinia? [*p.* 196.] Possuntne hæ leges[e] ratæ esse[1] sine interitu legum reliquarum? Eccui potestas in forum insinuandi[f] fuit? Quæ porro illa tonitrua! quæ tempestas! ut,[2] si auspicia M. Antonium non moverent, sustinere tamen eum, ac ferre posse[3] tantam vim tempestatis, imbris, ac turbinum, mirum videretur. Quam

dedit *isti sexennii.*—9 *Non* in *v*, Ms. Vat. Faërn. Lamb. et Orell. Tum verbum *est* post *scripta* additur in *v*, et ed. Muret. Statim post, *non* est in Mss. Vat. Colon. cod. Grævii, cum edd. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell. Porro ψ, Guelf. et Junt. habent *factam videmus:* in Ms. Vat. cod. Græv. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *factum vidimus quam futurum.*—10 *v* ψ, et Ms. Vat. cum ed. Orell. *trinum nundinum.* Statim post, pro *pœnæ,* ψ, Ms. Vat. Muret. Wernsd. et Orell. substituunt *pœna.* Tum pro *Junia* in *v* est *vinia.*—1 *Esse ratæ* in Vat. Mox pro *insinuandi, v* ψ, cod. Græv. cum ed. Junt. et Grut. habent *introëundi.*—2 *Aut* in ψ, et edd. vett. Paulo infra voc. *tamen* omittitur in codd. Oxon.—3 Ms. *v*, et edd. vett. nonnullæ *tamen me non afferre posse:* ψ et al. *tamen eum aut ferre non posse:* Grut. et Oliv. *ta-*

NOTÆ

[a] *Iste sexennii* [*Hic sexennium*] Antonius voluit ut per sex annos consules provincias suas regerent.

[a] *Hanc legem*] Populus Romanus probavit, et sanxit legem latam a Cæsare de provinciis.

[b] *Ante lata, quam scripta*] Antequam leges reciperentur, et in ære insculperentur, per trinundinum populo proponebantur: at lex, ab Antonio lata, neque populo proposita fuit, neque approbata.

[c] *Cæcilia et Didia*] Tulerunt Q. Cæcilius Metellus et T. Didius consules anno urbis 655. ne multis de rebus conjunctim una rogatione ad populum ferretur, ne populo necesse esset in conjunctis rebus compluribus, aut id quod nollet accipere, aut id quod vellet repudiare: item, ut in legibus promulgandis trinundinum servaretur.

[d] *Ubi pœnæ*] Id est, ubi pœnæ quæ nuper constitutæ sunt lege Junia et Licinia? nam Junius et Licinius consules anno urbis 691. tulerunt, ut leges trinundino ante promulgarentur, quam ad populum ferrentur.

[e] *Hæ leges*] Non possunt admitti leges ab Antonio latæ, quin reliquæ leges, quæ vim legitimam habent a populo, penitus pereant.

[f] *Insinuandi* [*introëundi*] Antonius cum leges suas ferre voluit, prohibuit a foro populum, easque per vim tulit, et contra religionem auspiciorum.

Digitized by Google

legem igitur[4] se augur dicit tulisse, non modo tonante Jove, sed prope cœlesti clamore[g] prohibente, hanc dubitabit contra auspicia latam confiteri? 9. Quid? quod cum eo[5] collega tulit,[h] quem ipse fecit sua nuntiatione vitiosum, nihilne ad auspicia bonus augur[i] arbitratus est pertinere? IV. Sed auspiciorum nos fortasse erimus interpretes, qui sumus ejus collegæ.[k] Num ergo[6] etiam armorum interpretes quærimus? Primum omnes fori aditus ita septi,[7] ut etiamsi nemo obstaret armatus, tamen, nisi septis evulsis,[8][l] introiri in forum nullo modo posset: sic vero erant disposita præsidia, ut, quomodo aditus hostium prohibetur castellis[m] et operibus, ita ab ingressione fori[9] populum tribunosque plebis propulsari videres. 10. Quibus de causis eas leges, quas M. Antonius tulisse dicitur, om-

men eum ac ferre potuisse. Pro *ac* ed. Junt. exhibet *aut.*—4 Voc. *igitur* non est in ψ. Paulo post, verbum *modo* omittitur in *v.*—5 Verbum *eo* deest in Ms. Vat. Faërn. et Wernsd. Denique *pert. arb. est* in Ms. Vat. cum edd. Muret. Faërn. et Lamb.

CAP. IV. 6 Verbum *ergo* non est in *v*, Mss. Ferrarii, Franc. et Græv. nec in edd. Junt. Lamb. Lall. et Orell. Pro *ergo etiam* Ms. Amsterod. habet *et.* Mox pro *quærimus* Muret. conjecit *erimus.*—7 *Ita sunt septi* Muret. et Grut. *ita septi sunt* in *v*, Lamb. Græv. et Oliv.—8 *Revulsis* legitur in Ms. Vat. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. Tum verbum *introiri* abest in ψ.—9 In Mss. Ferraril, Vat. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. hic locus ita editur: *quomodo hostium aditus urbe prohibentur, ita castellis et oper. ab ingr. fori:* itemque Muret. nisi quod hic pro *operibus* dedit *aggeribus* cum ψ, aliis Mss. et ed. Junt. Itemque Wernsd. nisi quod hic præfert *aditus hostium.* Hæc verba transponuntur in *v* ψ: in ed. Oliv. est *host. ad. urbe.* Sta-

NOTÆ

[g] *Prope cœlesti clamore*] Tonitru, quasi Jovis clamore, prohibebatur a legibus suis ferendis; nam eas ferre tonante cœlo, aut fulgurante, nefas erat.

[h] *Collega tulit*] Antonii collega fuit, tum in consulatu, tum in auguratu, Dolabella, contra quem Antonius obnuntiavit, quasi violata auspiciorum religione creatus esset.

[i] *Bonus augur*] Ironia; quia Antonius cærimonias auguriorum ignorabat.

[k] *Sumus ejus collegæ*] Cicero collega fuit Antonii in auguratu, quia et ille augur erat.

[l] *Septis evulsis*] Quibus diebus habebantur comitia, repagulis undequaque et cancellis forum septum erat.

[m] *Castellis*] Castellum genus quoddam est munitionis ex lignis, quo exercitus in castris ab hostium incursionibus se munit.

Digitized by Google

nes, censeo, per vim et contra auspicia [10] latas, iisque legibus populum non teneri. Si quam legem, de actis Cæsaris confirmandis, deve dictatura [n] in perpetuum tollenda, deve coloniis [1] in agros deducendis, tulisse M. Antonius dicitur; easdem leges de integro,[f] ut populum teneant, salvis auspiciis, ferri placet. Quamvis ergo leges bonas vitiose,[2] per vimque tulerit; tamen hæ leges non sunt habendæ; omnisque audacia gladiatoris amentis auctoritate nostra repudianda est. 11. Illa vero dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam septies [o] millies [3] falsis perscriptionibus,[p] donationibusque avertit;[g] ut portenti simile videatur, tantam pecuniam populi Romani tam brevi tempore perire potuisse. Quid? illi immanes [h] quæstus ferendine, quos M.[4] Antonii tota exhausit [i] domus? Decreta falsa vendebat: regna, civitates, immunitates, in æs, accepta pecunia, jubebat incidi. Hæc se ex commentariis Cæsaris,[q] quorum ipse auctor [5] erat, agere dicebat.

[f] *Denuo.* [g] *Usurpavit sibi.* [h] *Ingentes.* [i] *Absumsit.*

tim post ψ habet *tribunumque*.—10 *Esse* inseritur ante *latas* in ed. Lamb. Pro *iisque* Faërn. et Lamb. præbent *hisque: v ψ suisque.* Mox *populum Romanum* est in edd. vett. nonnullis.—1 *Colonis* in Ms. Vat. Muret. Faërn. et Lamb. Tum pro *agros* ψ et alii Mss. habent *agrum.* Mox pro *tulisse* in *v*, et Ms. Græv. est *lucidissime:* in ψ *lucidissime tulisse.* Deinde pro *ferri v* ψ, Junt. Muret. et Grut. habent *ferre.*—2 *Quamvis enim res bonas vitiose* in Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. Pro *ergo* in *v*, et ed. Oliv. legitur *enim.* Paulo infra negativa particula ante *sunt* non est in *v*.—3 *HS sept. mill.* Ms. Vat. Faërn. Lamb. et Schutz. *sept. mill. HS* Muret. et Wernsd. Pro *septies* ψ dedit *speties.* Statim post in *v* est *proscriptionibus.* Tum in *v*, et edd. vett. nonnullis *vertit.*—4 Prænomen *M.* non est in *v*. Deinde pro *tota,* Schutz. de Ern. conjectura dedit *una.* Postea, verbum *Cæsaris* omittitur in Mss. quibusdam.—5 In *v aucto.* Actutum, in edd. vett. et Mss. excepto Vaticano, non reperitur *Calebant.* *v* habet *Callebant:* in ψ deest.—

NOTÆ

[n] *Dictatura*] Dictura munus fuit dictatoris: sic autem dictus est, quod a consule dicebatur, cui dicto omnes audientes essent.

[o] *Septies, &c.*] Vide Phil. II.

[p] *Falsis perscriptionibus* [*proscriptionibus*] Proscribere est in exilium mittere, et bona publicare: has autem pecunias collegit Antonius ex proscriptionibus, quas de civium bonis fecit.

[q] *Ex commentariis Cæsaris*] Libelli sunt commentarii, in quibus multa retulerat Cæsar, qui corrupti sunt ab Antonio.

Digitized by Google

Calebant in interiore ædium parte totius reipublicæ nundinæ: mulier, sibi felicior, quam viris,[6] [r] auctionem provinciarum regnorumque faciebat: restituebantur exules, quasi lege, sine lege:[s] quæ nisi auctoritate senatus rescindantur,[7] quoniam ingressi in spem reipublicæ recuperandæ sumus, imago nulla liberæ civitatis relinquetur. 12. Neque solum commentariis commenticiis, chirographisque[t] venalibus innumerabilis pecunia congesta in illam domum est, cum, quæ vendebat Antonius, ea se ex actis Cæsaris agere diceret;[8] sed senatus etiam consulta, pecunia accepta, falsa referebat: syngraphæ[9] obsignabantur: senatusconsulta, tanquam facta, ad ærarium referebantur.[u] Hujus turpitudinis testes erant etiam exteræ nationes. Fœdera interea facta; regna data; populi, provinciæque liberatæ; earumque rerum[10] falsæ tabulæ, gemente populo Romano, toto Capitolio figebantur. Quibus rebus tanta pecunia una in domo coacervata est, ut, si hoc genus in unum redigatur,[1] non sit pecunia populo Romano defutura.

6 *v* ψ, et edd. vett. quædam *vir:* al. *viro.* Tum verba *sine lege* non sunt in *v.* —7 ψ, Mss. Ferrarii, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. et Orell. *rescindantur.* Mox Ms. Græv. *recuperandæ r. p.* al. *reciperandæ reip.*—8 *Ex Cæsare diceret* in *v*, omnibus Mss. Ferrar. et Grævii.—9 In *v* est *sin cirographa sic.* Actutum *nunquam facta* legitur in Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. *nunquam facta, tanquam facta* in *v* ψ, et Oliv. Tum in Vat. Faërn. Lamb. Schutz. et Orell. legitur *deferebantur.* Pro *liberatæ* in *v* ψ est *libertate.*—10 *Earum rerum* ed. Junt. *earumque ipsarum rerum* Muret.—1 'Hæc manifeste corrupta: neque enim unum erat genus pecuniæ, et varia ista genera jamjam in domum Antonii erant congesta; unde in unum ea redigere quid attinebat? Sed Ms. Vat. habet *ut si hoc genus pene in unum redigatur;*

NOTÆ

[r] *Mulier, sibi felicior, quam viris*] Fulviam intelligit, conjugem Antonii, quæ sibi felicior fuit quam viris; tum quia duobus jam, Clodio videlicet, et Curioni, superstes vixerat; tum quia nominatim pecuniam ex venditionibus beneficiorum sibi conservabat, quam Antonius illico effundebat.

[s] *Quasi lege, sine lege*] Restituebat exules Antonius, quos jam lege Cæsaris dicebat fuisse restitutos, licet ea de re lex nulla reperiretur.

[t] *Chirographisque*] Chirographum privata cautio est manu alicujus vel scripta, vel subscripta.

[u] *Ad ærarium referebantur*] In Saturni templo erat ærarium, ubi pecunia publica, et omnia acta asservabantur.

Digitized by Google

v. Is etiam legem judiciariam[2] [x] tulit, homo castus atque integer, judiciorum et juris auctor. In quo nos fefellit. Antesignanos,[3] [y] et manipulares,[z] et Alaudas,[a] judices se constituisse dicebat: at ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. O consessum judicum præclarum! o dignitatem consilii admirandam! 13. Avet[4] animus apud consilium illud pro reo dicere, Cydam Cretensem,[b] portentum insulæ, hominem audacissimum et perditissimum. Sed fac ita non esse,[5] num Latine scit? [*p.* 197.] num est ex judicum genere et forma? num[6] leges nostras, moresve novit? num denique homines? est enim Creta[c] vobis notior, quam Roma Cydæ. Delectus autem, et notatio judicum, etiam in nostris civibus haberi solet. Gortynium[7] [d] vero judicem quis novit, aut quis nosse po-

in quo latet *ut si legis pœna in ærarium redigatur*. Supra quoque, § 8. *pœna* vel *pœnæ* in multis corruptum fuit in *pœne*. Ern. conjecit *ut si hoc genus unum redigatur*.' Orell. Denique pro *populo Romano*, *v* ψ, et Ms. Vat. habent *reipublicæ*: Ms. Græv. *r. p.*

Cap. v. 2 *Legem etiam jud.* in Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. Tum in edd. vett. nonnullis est *vos fefellit*.—3 *Antesignarios* in ψ. Mox pro *consessum*, ψ, Mss. Colon. et Grævii, cum aliis, habent *consensum*: *v sensum*.—4 *v* ψ, et edd. vett. nonnullæ *Pavet*. Deinde in ed. Junt. et Lamb. *illud consilium*: in Ms. Græv. *illos consilium*: in *v consilium illos*. Paulo post Ms. Græv. habet *Cydam, Cretense port.*—5 Voc. *ita* non est in edd. Faërn. Lamb. et Manut. In Ms. Græv. legitur *sed facetus esse*. Porro verbum *est*, ante *ex judicum*, omittitur in edd. vett. quibusdam.—6 Post *num*, verba *quod maximum est* adduntur in Vat. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. In Ms. Græv. *num leges nostras more suo novit*.—7 In ψ *Cortinium*: ed. Muret.

NOTÆ

[x] *Legem judiciariam*] Tulit legem Antonius, ut tertia judicum decuria e centurionibus, antesignanis, alaudis, et manipularibus fieret.

[y] *Antesignanos*] Antesignani ii dicti sunt, qui ante signa collocabantur.

[z] *Manipulares*] Manipulares erant centurionibus inferiores in militia.

[a] *Alaudas*] Alaudæ, qui ex legione Alaudarum erant. Sic autem appellabatur illa legio, quia milites alaudam pro crista habebant in galea.

[b] *Cydam Cretensem*] Cydas ille Cretensis homo erat nequissimus, quem inter judices ascripserat Antonius, apud quem turpe fuisset et ridiculum dicere.

[c] *Creta*] Creta insula Maris Mediterranei maxima, vitis et frugum feracissima, quæ Turcis postremis temporibus, anno videlicet 1670. post viginti annorum oppugnationem, cessit.

[d] *Gortynium*] Gortynius ex civitate Gortyna in Creta insula.

Digitized by Google

tuit? Nam Lysiadem[e] Atheniensem plerique novimus; est enim Phædri, philosophi[f] nobilis, filius: homo præterea festivus,[8] ut ei cum M' Curio,[g] consessore eodem et[9] collusore, facillime possit convenire. 14. Quæro igitur, si Lysiades, citatus judex[h] non responderit, excuseturque Areopagites[i] esse, nec debere eodem tempore Romæ et Athenis res judicare; accipietne excusationem is, qui quæstioni præerit,[k] Græculi judicis, modo palliati, modo togati?[l] An Atheniensium antiquissimas leges[m] negliget? Qui porro ille consessus,[10] Dii boni? Cretensis judex,[n] isque nequissimus. Quem ad hunc reus alleget?[b] quomodo accedat? dura natio est.[1] At Athenienses misericordes. Puto, ne Curium quidem esse crudelem, qui quotidie periculum fortunæ[2] [o] faciat. Sunt item lecti judices,[p]

[b] *Mittat deprecatorem.*

Cortynium. Mox ex auctoritate Ms. Vat. Orellius edidit *Lysiaden.* Tum verbum *nobilis* ante *filius* non est in Ms. Græv. *v* habet *notabilis.*—8 Ms. Græv. *quo nemo præterea magis fest. v,* Ms. Franc. et Amsterod. *quo nemo præterea festivus:* Ms. Colon. *quo homo præterea festivus:* al. *quo nemo præterea festivior.* Mox *cum M. Curio* ed. Faërn. *cum Curio* Vat. et Muret.—9 *Eodemque* in Ms. Vat. Paulo post ψ habet *Quære.*—10 *Consensus* in *v*: idem Ms. mox dedit *hisque nequissimis.* Statim post, pro *Quem* in Ms. Vat. Junt. et Muret. legitur *Quemadmodum.*—1 Ms. *v* omittit verbum *est.* Pro *ne Curium* in *v nec curia.*—2 In Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et

NOTÆ

[e] *Lysiadem*] Lysiades ille scurra fuit et Areopagites.

[f] *Phædri philosophi*] Phædrus ille unus ex discipulis Platonis fuit, cujus nomine Plato librum edidit, qui Phædrus inscribitur.

[g] *Cum M' Curio*] Curius scurra uit Romæ, quocum bene consentiet Lysiades ille, cum artem scurrilem uterque exerceat.

[h] *Citatus judex*] Per viatorem vocabantur ad judicium judices.

[i] *Areopagites*] Areopagus locus fuit judicii apud Athenienses, ubi Plinius ait primum capitis judicium actum esse.

[k] *Quæstioni præerit*] Quæstioni præerat vel quæsitor, vel prætor.

[l] *Modo palliati, modo togati*] Pallium Græcorum, et toga Romanorum vestimentum fuit: hinc palliatæ, et togatæ fabulæ nomen profluxit.

[m] *Atheniensium leges*] Tam sanctum apud Athenienses judicum nomen habebatur, ut alibi judicare Areopagitem nefas esset.

[n] *Cretensis judex*] Cydas cum esset Cretensis, pessimus habebatur, quales vulgo illi populi ab omnibus existimabantur, unde ab ipso Paulo 'mendaces et malæ bestiæ' appellantur.

[o] *Periculum fortunæ*] Curius aleator insignis fuit, qui quotidie alea em-

Digitized by Google

qui fortasse excusabuntur: habent enim legitimam excusationem, exilii [3] causa solum vertisse,[l] nec esse postea restitutos. 15. Hos ille demens judices legisset; horum nomina ad ærarium detulisset;[q] his magnam partem reipublicæ credidisset, si ullam speciem reipublicæ cogitavisset? VI. Atque ego [4] de notis judicibus dixi. Quos minus nostis, nolui nominare: saltatores, citharistas, totum denique comissationis Antonianæ chorum,[m] in tertiam decuriam [r] judicum scitote esse conjectum.[5] En causam, cur lex tam egregia, tamque præclara, maximo imbri,[s] tempestate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina et tonitrua ferretur: ut eos judices haberemus, quos hospites habere nemo velit:[6] scelerum magnitudo, conscientia maleficiorum, direptio ejus pecuniæ,[t] cujus ratio in æde Opis confecta est, hanc tertiam decuriam excogitavit: nec ante turpes judices quæsiti, quam honestis judicibus nocentium salus desperata est. 16. Sed illud os, illam impuritatem

[l] *Mutasse locum.* [m] *Cœtum.*

Orell. *peric. fort. quot.* Tum pro *faciat v* ψ præbent *facit.*—3 *Ex illa* in *v*: idem Ms. paulo infra pro *speciem* habet *spem.*

CAP. VI. 4 *Eo* in *v.* Actutum ψ geminavit verbum *nolui:* idem Ms. quoque et edd. vett. nonnullæ præbent *comessationis.* Tum pro *judicum v* habet *judicium.*—5 *Collectum v*, ed. Junt. et Muret. Dein *Em causam* in Vat. Muret. et Faërn. *hæc causa* in Junt. et Grut. Pro *fulmina* in *v* est *minatia.*—6 In ed. Junt. et Grut. *quos socios ad epulas hospites habere nemo velit;* quæ lectio est in Ms. Græv. nisi quod ante *hospites* voc. *vel* additur. Victor. susp. *quos socios ad epulas habere hospes nemo velit.* Statim post, in Ms. Græv. *sed rerum magnitudo:* idem Ms. paulo infra, pro *quæsiti*

NOTÆ

nium suarum fortunarum periculum faciebat.

[p] *Sunt lecti judices*] Ironice loquitur. Nam judices ab Antonio constituti judicare non poterant, quia ejecti plerique eorum in exilium, restituti non fuerant.

[q] *Nomina ad ærarium detulisset*] Non solum acta publica, sed etiam omnium judicum nomina ad ærarium deferebantur, ubi conservabantur.

[r] *In tertiam decuriam*] Antonius tertiam decuriam judicum ex centurionibus voluit deligi.

[s] *Maximo imbri, &c.*] Affert omnia signa quibus impediri vulgo comitia solent.

[t] *Direptio ejus pecuniæ*] Loquitur de pecunia, quæ in Opis æde asservabatur, et dissipata est ab Antonio.

Digitized by Google

cœni fuisse,[7] ut hos judices legere auderet! quorum lectione duplex imprimeretur reipublicæ dedecus: unum, quod tam turpes judices essent; alterum, quod patefactum[8] esset, quam multos in civitate turpes haberemus. Hanc ergo, et reliquas ejusmodi leges, etiamsi sine vi, salvis auspiciis, essent rogatæ, censerem tamen abrogandas: nunc vero cur[9] abrogandas censeam, quas judico non rogatas?

17. An illa non gravissimis ignominiis monumentisque hujus ordinis, ad posteritatis memoriam sunt notanda, quod unus M. Antonius in hac urbe post urbem conditam[10] palam secum habuit armatos? quod neque reges fecerunt, neque ii, qui, regibus exactis, regnum occupare voluerunt. Cinnam memini; vidi Sullam; modo Cæsarem:[u] hi enim tres, post civitatem a L. Bruto liberatam, plus potuerunt,[1] quam universa respublica. Non possum affirmare, nullis telis eos stipatos fuisse: hoc dico, nec multis, et occultis. 18. At[2] hanc pestem agmen armatorum sequebatur: Classitius, Mustela, Tiro,[x] gladios ostentantes, sui similes greges ducebant per forum: certum agminis locum tene-

habet *exquisiti.* Mox in Mss. nonnullis *judiciis.*—7 ψ, et ed. Junt. *fecissent:* Jen. Grut. et Oliv. *fecisse.* In *v* legitur *ceni fugissent.* Tum in Ms. Græv. est *quorum electione.* Actutum *v* ψ *imprimeret.*—8 Verbum *cognitumque* additur in *v*, Ms. Vat. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. Statim in ψ est *quod multos.* Mox pro *ergo*, Faërn. Lamb. et al. edd. vett. *ego.* Deinde *v* ψ *hujusmodi.*—9 *v* ψ, et edd. vett. quædam delent voc. *cur:* Junt. Grut. et al. legunt *cur non.* Actutum, pro *rogatas* Mss. quidam habent *rogitatas.*—10 *Post conditam urbem* Vat. Junt. Muret. Faërn. Græv. Oliv. et Orell. Hæc tria verba non sunt in *v*. Pro *habuit* in Vat. aliis Mss. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. legitur *habuerit.* In Ms. Græv. et Colon. hic locus ita datus est: *in hac urbe palam secum habuit armatos si post cond. urb., &c.* Al. Mss. *in hac urbe palam secum habuerit armatos, si post cond. urb., &c.* Mox post *reges* voc. *nostri* inseritur in Ms. Vat. Muret. Faërn. et Lamb. 1566.—1 Edd. vett. nonnullæ *poterunt.* Paulo post, *v*, et Ms. Græv. habent *ullis telis.* Tum in ψ est *hæc dico;* et statim infra Muret. e conjectura dedit *nec ita multis.*—2 Verbum *At* non est in *v*. Pro *Classitius*, ψ habet *Cassius.* Deinde Ms.

NOTÆ

[u] *Cinnam, Sullam, Cæsarem*] Tres illi dictatores summam sibi reipub. potentiam usurparunt.

[x] *Classitius, Mustela, Tiro*] Tres isti præcipui Antonianæ factionis duces erant.

Digitized by Google

bant barbari [y] sagittarii. Cum autem erat ventum ad ædem Concordiæ, gradus complebantur, lecticæ collocabantur; non quo [3] ille scuta occulta esse vellet, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent. VII. Illud vero teterrimum auditu, non modo aspectu,[4] in cella Concordiæ [z] collocari armatos, latrones, sicarios: [*p.* 198.] e [5] templo carcerem fieri: [a] opertis valvis Concordiæ, cum inter subsellia senatus versarentur latrones, patres conscriptos sententias dicere. 19. Huc [6] etiam nisi venirem Kalend. Septemb. fabros se missurum, et domum meam disturbaturum esse dixit. Magna res, credo, agebatur: de supplicatione referebatur.[7] Veni postridie: ipse non venit. Locutus sum de republica, minus equidem libere, quam mea consuetudo; liberius tamen, quam pericula minæque [8] postulabant. At ille homo vehemens et violentus, qui hanc consuetudinem libere dicendi excluderet, (fecerat enim hoc idem, maxima cum laude, L. Piso XXX diebus ante[9]) inimicitias mihi denuntiavit: adesse in senatu jussit a. d. XIII Kalend. Octob. ipse interea XVII [10] dies de me in Tiburtino Scipionis declamitavit, sitim quærens: [b] hæc enim ei causa

Græv. non agnoscit *sui* ante *similes.*—3 Lamb. *non quod.* Statim post, in *v* est *illa.* Actutum *vellet occulta esse* in Junt. et Muret.

CAP. VII. 4 *Non modo auditu, sed etiam aspectu* in Ms. Vat. Faërn. Lamb. Græv. et Wernsd.—5 *De* est in *v* ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Oliv. Schutz. Wernsd. et Orell. Tum in *v*, et ed. Muret. legitur *apertis.* Pro *conscriptos* ψ habet *conscripti.*—6 *Hic* in ed. Muret.—7 *Referebat* in *v* ψ, Vat. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. et Orell.—8 *Periculi minæ* in *v* ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell.—9 *Ante me* ed. Junt. Muret. et Grut. Tum *in senatum* Ms. Vat. Faërn. et Wernsd. in ed. maj. Mox literæ *a. d.* omittuntur in Ms. Vat. Muret. Faërn. et Lamb. *ad* legitur in ψ et ed. Junt. —10 *Septemdecim* Muret. Faërn. et Lamb. *decem et septem* ed. Junt. et Grut. *XXVII* Ms. Græv. *Diebus* legitur in Ms. Vat. et ed. Faërn. Post *dies v* ψ,

NOTÆ

[y] *Barbari*] Ityrei milites fuerunt, quos a Judæa secum Romam Antonius adduxit.

[z] *In cella Concordiæ*] Intelligit per cellam templum Concordiæ, sive penitius quoddam in eo sacellum.

[a] *E templo carcerem fieri*] Templum illud in quo senatus habebatur undequaque septum est militibus ab Antonio, ut in eo, tanquam in carcere, inclusus videretur.

[b] *Sitim quærens*] Declamitando sitim accendebat, ut plus biberet.

Digitized by Google

esse solet declamandi.[1] 20. Cum is dies, quo me adesse jusserat, venisset, tum vero agmine quadrato[c] in ædem Concordiæ venit, atque in me absentem orationem[2] ore impurissimo evomuit. Quo die, si per amicos mihi cupienti in senatum venire licuisset, cædis initium fecisset a me:[3] sic enim statuerat. Cum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem cædendi, nisi defatigatio et satietas, attulisset: etenim aderat L. frater,[d] gladiator Asiaticus, qui mirmillo[e] Mylasis[f] depugnarat: sanguinem nostrum sitiebat, suum in[4] illa gladiatoria pugna multum profuderat. Hic pecunias nostras æstimabat;[g] possessiones notabat et urbanas et rusticas: hujus mendicitas, aviditate[5] conjuncta, in fortunas nostras imminebat: dividebat agros, quibus et quos volebat: nullus aditus erat privato, nulla æquitatis deprecatio: tantum quisque habebat possessor, quantum reliquerat divisor Antonius.[6] [h] 21. Quæ quanquam,[i] si leges irritas feceritis, rata esse non

ed. Junt. et Grut. inserunt hæc verba: *ut digestio potius quam declamatio videretur.* Mox pro *declamitavit*, Mss. Ferrarii, cum aliis, habent *declamavit.* —1 *Declamandi solet* Ms. Vat. codd. Ferrarii, Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell.—2 Præpositio *ex* additur ante *ore* in Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. Paulo infra, verbum *die* non est in *v*.—3 *v* delevit verba *a me.* Mox pro *Mylasis* ψ habet *Miliasis.*—4 Præpositio *in* omittitur in *v*, Ms. Græv. cum aliis codd. Actutum in Ms. Græv. *pecunias vestras.*—5 *Aviditati* ψ, Junt. et Muret. Statim post, pro *nostras* in Ms. Græv. legitur *vestras.* Porro in *v* est *imminat.* Deinde pro *æquitatis* ψ habet *æquitas.*—6 Mss. Franc. et Græv. *tantum quisque divisor erat Ant.* omissis reliquis. Ms. Colon. *tantum quisque divisset Ant.* Ms. Amsterod. *tantum quisque erat divisor Ant.*

NOTÆ

[c] *Agmine quadrato*] Quadratum agmen dicitur quod semper ad expeditionem paratum est.

[d] *L. frater*] Lucius Antonius, hujus Antonii frater.

[e] *Mirmillo*] In pari gladiatorum, unus mirmillo, alter retiarius dicebatur.

[f] *Mylasis*] Mylasæ urbs est Asiatica in Caria, ubi Antonius, tanquam gladiator, depugnavit.

[g] *Pecunias nostras æstimabat*] Æstimare proprie est ære obligare, vel punire: æstimabat autem Antonius quantum tributi pendere quisque civis deberet.

[h] *Divisor Antonius*] Antonius fratrem suum agris dividendis præfecerat.

[i] *Quæ quanquam*] Ostendit omnia acta Antonii non valere, quia ejus leges nullæ sunt.

Digitized by Google

possunt; tamen separatim suo nomine notanda [o] [7] censeo; judicandumque, nullos septemviros [k] fuisse; nihil placere ratum esse, quod ab iis actum diceretur.

VIII. M. vero Antonium, quis est, qui civem possit judicare potius, quam teterrimum et crudelissimum hostem, qui pro æde Castoris [8] sedens, audiente populo Romano, dixerit, nisi victorem, victurum neminem? num putatis, patres conscripti, dixisse eum minacius, quam facturum [9] fuisse? Quid vero, quod in concione dicere ausus est, se, cum magistratu abisset, ad urbem futurum [10] cum exercitu? introiturum, quotiescumque vellet? quid erat aliud, nisi denuntiare populo Romano servitutem? 22. Quod autem ejus iter Brundisium? [l] quæ festinatio? quæ spes, nisi ut ad urbem, vel in urbem potius, [1] exercitum maximum adduceret? Qui autem delectus centurionum? quæ effrænatio impotentis [p] animi? Cum ejus promissis legiones fortissimæ reclamassent, domum ad se venire jussit centuriones, quos bene de republica sentire cognoverat; eosque ante pedes suos, uxorisque suæ, [m] quam secum gravis imperator ad exercitum duxerat, jugulari coëgit. Quo animo hunc futurum fuisse [2] censetis in nos, quos oderat,

[o] *Nominanda.* [p] *Quis furor insolentiæ.*

Pro *quantum reliquerat* *v* habet *quisque erat.*—7 Post *notanda* verbum *esse* inseritur in ed. Junt. et Muret. Pro *septemviros* ψ habet *VIviros.* Deinde in edd. vett. nonnullis, *ratum esse quod ei egissent, aut quod, &c.* Ms. Græv. *quod ei elegissent:* *v* *quod elegissent:* ψ *quod egisset.*

CAP. VIII. 8 Ed. Grut. *pro Cast. æde.* Mox pro *putatis* in edd. vett. nonnullis est *putetis.* Tum *eum* ante *minacius* non est in Ms. Græv.—9 In *v futurum.* Paulo infra, idem Ms. habet *magistratus.*—10 *v* ψ, Junt. et Grut. *venturum.* Mox in *v* est *inter Brund.*—1 *Vel potius in urbem* ed. Muret. Verba *vel in urbem* non sunt in *v* ψ, et edd. vett. quibusdam: al. habent *Nisi ut ad urbem ocyus exerc.* Ms. Græv. exhibet *max. exerc.*—2 Verbum *fuisse* in ψ

NOTÆ

[k] *Septemviros*] Septemviri ab Antonio creati sunt ad agros dividendos.

[l] *Iter Brundisium*] Maxima festinatione Brundisium se contulerat Antonius, ut redeuntes e Macedonia legiones exciperet.

[m] *Uxorisque suæ*] Fulviam conjugem secum habebat, quam habere secum in castris non debuit juxta militiæ Romanæ leges.

Digitized by Google

cum in eos, quos nunquam viderat, tam crudelis fuisset? et quam avidum in pecuniis locupletum, qui pauperum sanguinem concupisset? quorum ipsorum bona, quantacunque[3] erant, statim comitibus suis compotoribusque descripsit.[q] 23. Atque ille furens infesta jam patriæ signa Brundisio inferebat;[r] cum[4] Cæsar,[n] Deorum immortalium beneficio, divini animi, ingenii, consilii magnitudine, quanquam sua sponte, eximiaque virtute, tamen approbatione auctoritatis meæ, colonias patris[5][o] adiit; [*p.* 199.] veteranos milites convocavit; paucis diebus exercitum fecit;[6] incitatos latronis[p] impetus retardavit. Postea vero, quam legio Martia ducem præstantissimum vidit, nihil egit aliud, nisi, ut aliquando liberi essemus; quam est imitata quarta legio. IX. Quo ille nuntio audito, cum senatum vocasset, adhibuissetque consularem,[q] qui sua sententia C. Cæsarem hostem judicaret, repente concidit. 24. Post autem, neque sacrificiis solennibus[r] factis, neque votis nuncupatis,[s] non[7] profectus est, sed profugit paludatus.[t] At quo? in pro-

[q] *Distribuit.* [r] *Inferebat bellum.*

deest. Porro *et quam* ... *concupisset* non sunt in *v*.—3 In Muret. et Lamb. *quantulacunque*. Mox *suis comitibus* Ms. Vat. Junt. Muret. Faërn. et Orell. Præpositio *a* inseritur ante *Brundisio* in Ms. Vat. Muret. Faërn. Wernsd. et Orell.—4 Prænomen *C.* invenitur ante *Cæsar* in *v ψ*, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. et Orell. Mox pro *quanquam v* habet *quam: ψ*, et edd. vett. nonnullæ *cum:* ed. Junt. *cum sua sp.* ... *tum appr.*—5 *Patrias* in Ms. Vat. Muret. Lamb. Græv. et Orell. Statim post, in *v* est *aviit*.—6 Lamb. e conjectura edidit *confecit*. Deinde pro *latronis* Ms. Vat. et Muret. habent *latronum*.

Cap. IX. 7 *ψ*, et edd. vett. nonnullæ omittunt negativam particulam *non*. Actutum pro *sed* Ms. Lang. habet *et:* hoc verbum *sed* non est in *ψ*. [t] For-

NOTÆ

[n] *Cæsar*] Octavius Cæsar.

[o] *Patris*] Julius Cæsar Octavium Cæsarem adoptaverat hæredem.

[p] *Latronis*] Latronem Antonium appellat, quia tantum, prædæ et avaritiæ causa, bellum patriæ suæ inferebat.

[q] *Consularem*] Aut L. Piso fuit ille consularis, aut Calenus.

[r] *Sacrificiis solennibus*] Imperatores ad bellum, aut prætores in provincias profecturi, faciebant sacrificia.

[s] *Votis nuncupatis*] Vota nuncupata dicuntur, quæ ab iisdem magistratibus promittebantur; eaque in publicis tabulis describebantur.

[t] *Profugit paludatus*] Paludamentum vestis erat imperatorum, quam induebant profecturi ad bellum.

Digitized by Google

vinciam firmissimorum et fortissimorum civium; qui illum, ne[8] si ita quidem venisset, ut nullum bellum inferret, ferre potuissent, impotentem, iracundum, contumeliosum, superbum, semper poscentem,[s] semper rapientem,[t] semper ebrium. At ille, cujus ne pacatam[u] quidem nequitiam quisquam ferre posset, bellum intulit provinciæ Galliæ: circumsedit[9] Mutinam, firmissimam et splendidissimam populi Romani coloniam:[u] oppugnat D. Brutum, imperatorem, consulem designatum, civem non sibi, sed nobis et reipublicæ natum. 25. Ergo Hannibal hostis, civis Antonius?[x] Quid ille fecit hostiliter, quod hic non aut fecerit, aut faciat, aut moliatur[10] et cogitet? Totum iter Antoniorum quid habuit, nisi depopulationes, vastationes, cædes, rapinas? quas non faciebat Hannibal, quia multa ad usum reservabat: at hi, qui[1] in horam[y] viverent, non modo de fortunis et de bonis civium, sed ne de utilitate quidem sua cogitaverunt.

Ad hunc (Dii boni!) legatos mitti placet? norunt isti

[s] *Appetentem alieni.* [t] *Rapacem.* [u] *Inermem.*

tasse *sed* delendum.' *Orell.*—8 *Se* in *v*. Tum in Ms. Græv. additur verbum *semper* ante *iracundum*.—9 Ms. Vat. Faërn. Lamb. Lallem. Wernsd. et Orell. *circumsedet*. Mox pro *reipublicæ* in *v* est *p. r.*—10 *Aut faciat, mol.* Faërn. Lamb. Græv. et Oliv. *Aut* ante *faciat* omittitur in *v*: *aut non faciat aut non moliatur* legitur in *ψ*. Tum verbum *Antoniorum* non est in Ms. Græv. In ed. Junt. Grut. et aliis edd. vett. legitur *Antonii*. Mox pro *habuit* in *v* est *habuerit*. Verbum *cædes* in *ψ* deest.—1 In ed. Manut. Steph. Junt. Wernsd. et Orell. cum codd. plerisque, hic locus ita editur: *Quæ non fac. Han. quia mult. ad usum res. hæc hi*, [ed. Junt. *ii*] *qui*, &c. In Vat. et Muret. *Quas non fac. Han. quia mult. ad usum suum res. hæc, qui, &c.* Verbum *suum* post *usum* additur in ed. Faërn. et Lamb. Voc. *at* non est in *v ψ*. Mox pro *qui* in *ψ* legitur *hi*. Tum *ψ* habet *vivunt*. Præpositio *de* ante *fortunis* non est in *v*.—

NOTÆ

[u] *Pop. Rom. coloniam*] Mutina civitas Galliæ Cisalpinæ, inter Regium Lepidi et Bononiam, fontibus abundans.

[x] *Hannibal hostis, civis Antonius*] Id est, si Hannibal hostis est, et hostis etiam Antonius censeri debet.

[y] *In horam*] Quod de die dicitur, de hora dicit orator: dicimus autem in diem vivere, hoc est præsentis diei habere rationem, et de crastino nihil cogitare. Sic et in horam, &c.

Digitized by Google

homines[a] formam reipublicæ, jura belli, exempla majorum? Cogitant, quid populi Romani[2] majestas, quid senatus severitas postulet? Legatos decernitis? si, ut deprecentur,[3] contemnet: si, ut imperetis, non audiet: denique quamvis severa legatis mandata dederimus, nomen ipsum legatorum, hunc, quem videmus,[4] populi Romani restinguet ardorem;[a] municipiorum atque Italiæ franget animos. Ut omittam hæc, quæ magna sunt; certe[5] ista legatio moram et tarditatem afferet bello. 26. Quamvis dicant (quod quosdam audio dicturos) 'Legati proficiscantur:[b] bellum nihilominus paretur;' tamen legatorum nomen ipsum et animos hominum molliet,[6] et belli celeritatem morabitur. X. Minimis momentis, patres conscripti, maximæ inclinationes[x] temporum fiunt, cum in omni casu reipublicæ, tum in bello, et maxime civili, quod opinione plerumque et fama gubernatur. Nemo quæret, quibuscum mandatis[7] legatos miserimus: nomen ipsum legationis ultro missæ timoris esse signum videbitur. Recedat a Mutina; desinat oppugnare Brutum; decedat ex

[x] *Mutationes.*

2 Ms. Græv. *r. p.* Mox pro *decernitis v ψ*, Vat. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. præbent *decernis*.—3 *Deprecere*, ex auctoritate Mureti, edidit Orellius: *depreceris v*, Faërn. Lamb. Græv. et Wernsd. *deprecetur ψ*. Mox omnes fere Mss. et edd. habent *imperes: v* dedit *temperetis: ψ imperetis*. Tum pro *audiet* in *v* est *audit*.—4 *v ψ vidimus*. Infra, *ψ* omittit verba *populi Romani*. Statim post, Muret. habet *exstinguet*.—5 Verbum *certe* deest in *ψ* et aliis codd. vett. Tum in *v* est *affert*. Actutum *et quosdam* legitur in edd. vett. quibusdam: *ψ* habet *et quosdam audiam*.—6 Verbum *hominum* omittitur in ed. Junt. Faërn. et Lamb. *et anim. hom.* omisso verbo *molliet*, in Ms. Vat. et Muret. Tum in *v* scribitur *sceleritatem*.

Cap. x. 7 *Quibus commendatis* in *v*. Mox Ms. Græv. omittit *signum*. Præpositio *a* ante *Mutina* non est in *v*. Statim post, in eodem Ms. legitur

NOTÆ

[a] *Norunt isti homines*] Increpat ignorantiam illorum hominum, qui legatos mittendos esse ad Antonium censent.

[a] *Restinguet ardorem*] Remittetur multum de hoc ardore militandi, quem liberæ civitates conceperunt, cum audient mitti legatos ad Antonium. Sibi enim hostem esse formidandum persuadebunt.

[b] *Legati proficiscantur*] Loquentes inducit, qui Antonio favent; qui ad eum quidem legatos esse mittendos, et bellum tamen contra eum parandum esse arbitrantur.

Digitized by Google

Gallia: non est verbis rogandus, cogendus est armis. 27. Non enim ad Hannibalem mittimus, ut a Sagunto[c] recedat, ad quem miserat olim[d] senatus P. Valerium Flaccum[8] et Q. Bæbium Tampilum, qui, si Hannibal non pareret, Carthaginem ire jussi sunt. Nostros legatos quo jubebimus ire,[9] si non paruerit Antonius? ne imperatorem, ne coloniam populi Romani oppugnet? Itane vero? hoc per legatos rogandum[10] est? Quid interest, per Deos immortales! utrum hanc urbem oppugnet, an hujus urbis propugnaculum, coloniam[1] populi Romani, præsidii causa collocatam? Belli Punici secundi, quod contra majores nostros Hannibal gessit, causa fuit Sagunti oppugnatio. Recte ad eum legati missi: mittebantur ad Pœnum; mittebantur pro Hannibalis hostibus, nostris sociis. Quid simile tandem? [*p.* 200.] Nos ad civem mittemus,[2] ne imperatorem populi Romani, ne exercitum, ne coloniam circumsedeat,[y] ne oppugnet, ne agros depopuletur, ne sit hostis? 28. Age, si paruerit, hoc cive uti aut volumus,[e]

y *Obsideat.*

desina.—8 Ms. Græv. et Colon. *Anfaleum:* Ms. Franc. *A. Flaccum:* al. *Flacum:* al. *Falcum.* Deinde Ms. Græv. habet *Bebium Panphilum:* al. Q. *Fabium Pamphilum:* al. Q. *Bæbium Pamphilum.*—9 In Ms. Vat. Lamb. Wernsd. et Orell. *Nostros quo jubemus ire:* in ed. Faërn. et Græv. *Nostros legatos quo jubemus ire.* Pro *jubebimus* ψ habet *videbimus.* Tum pro *si non* Lamb. et Grut. legunt *nisi.* Post *Antonius* in υ, plerisque codd. et pæne omnibus edd. præter Grut. et Ern. hæc verba adduntur: *Ad nostrum civem mittimus.* Tum pro *ne coloniam, υ,* Mss. Ferrarii, Faërn. et Lamb. exhibent *coloniamque.* —10 Mss. plerique, Junt. Lamb. et Grut. *rogandus.* Statim, υ omittit *est.*—1 Junt. et Lamb. *coloniamque.* Mox pro *Hannibalis hostibus* υ habet *Hannibale.* In Ms. apud Ursinum hic locus ita editur: *mittebantur ad Hannibalem pro hospitibus nostris et sociis:* Mss. Franc. et Græv. *mitt. pro Hannibale, hostibus nostris et sociis.*—2 Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. præbent *mittimus.* Deinde Lamb. ed. habet *circumsideat.* Pro verbis *ne oppugnet υ* dedit *neque pugnet.*

NOTÆ

c *Sagunto*] Saguntus Hispaniæ civitas est ultra fluvium Iberum, quam olim Zacynthii condidere, quam cum Hannibal, contra populi Romani fœdera, diruisset, belli Punici secundi causa extitit.

d *Miserat olim*] A senatu missus est ad Hannibalem Valerius Flaccus, a quo nec auditum, nec in castra admissum fuisse scribit Livius. Inde profecti Carthaginem re infecta redierunt.

e *Aut volumus*] Per interrogationem quærit, an velint, an possint Romani cive uti Antonio.

Digitized by Google

aut possumus? XI. Ante diem XIII[3] Kalendas Jan. decretis vestris eum concidistis:[f] constituistis, ut hæc ad vos Kalend. Jan. referrentur, quæ referri videtis, de honoribus et præmiis bene de republica meritorum et merentium: quorum principem judicastis eum, qui fuit, C. Cæsarem, qui M. Antonii impetus nefarios ab urbe in Galliam avertit:[4] [*] deinde milites veteranos, qui primi Cæsarem secuti sunt; tum illas cœlestes divinasque legiones, Martiam et[5] quartam, quibus, cum consulem suum[g] non modo reliquissent, sed bello etiam persequerentur, honores et præmia spopondistis: eodemque die D. Bruti, præstantissimi civis, edicto allato[h] atque proposito, factum ejus collaudastis: quodque ille bellum privato consilio susceperat, id vos auctoritate publica comprobastis. 29. Quid igitur illo die aliud egistis, nisi ut re[6] hostem judicaretis Antonium? His vestris decretis, aut ille vos æquo animo aspicere poterit, aut vos illum sine summo dolore[7] videbitis? Exclusit illum a republica, distraxit, segregavit, non solum scelus ipsius, sed etiam, ut mihi videtur, fortuna quædam reipublicæ.[8] Qui si legatis paruerit, Romamque redierit; num quando[9] perditis civibus vexillum,[i] quo concurrant, defuturum putatis? Sed hoc[10] minus vereor: sunt

[*] *Convertit.*

CAP. XI. 3 *XIIII* in *v.*—4 *v* ψ, Junt. et Grut. *vertit.* Tum in Ms. Vat. legitur *tum deinde.*—5 Copulativa particula non est in *v.* Deinde post *quartam* verbum *comprobastis* inseritur in Mss. Vat. Muret. Faërn. et Lamb. haud probante Orellio. Mox prænomen *D.* ante *Bruti* omittitur in *v.*—6 Verbum *re* deest in *v* ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. Paulo infra, in Mss. quibusdam *animo æquo.*—7 *Dolore summo* in Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. Actutum pro *ipsius* in *v* ψ legitur *illius.*—8 Pro *reipublicæ* Ms. Græv. exhibet *p. r.* Actutum Mss. multi habent, partim *quid si,* partim *quod si.*—9 *Nunquam* Ms. Vat. *unquam* Muret.—10 Ed.

NOTÆ

[f] *Concidistis*] Id est, lacerastis vestris edictis, et velut hostem esse judicavistis.

[g] *Consulem suum*] Legiones deseruerunt Antonium, quem consulem sequebantur.

[h] *Edicto allato*] Edictum fecerat Brutus de bello Antonio inferendo, quod a senatu comprobatum fuit.

[i] *Civibus vexillum*] Vexillum pro duce dixit per hypallagen.

Digitized by Google

alia, ob quæ magis nunquam parebit[1] ille legatis. Novi hominis insaniam, arrogantiam; novi perdita consilia amicorum, quibus ille est deditus. 30. Lucius quidem frater ejus, utpote qui peregre depugnavit,[2] [k] familiam ducit.[l] Si per se ipse sanus, quod nunquam erit; per hos esse ei tamen[3] non licebit. Teretur interea tempus: belli apparatus[a] refrigescent. Unde est adhuc bellum,[4] nisi ex retardatione et mora? Ut primum, post discessum latronis, vel potius desperatam fugam, libere senatus haberi potuit; semper flagitavi, ut convocaremur: quo die primum convocati sumus, cum designati consules non adessent,[5] jeci, sententia mea, maximo vestro consensu, fundamenta reipublicæ, serius omnino, quam decuit: nec enim ante potui: sed tamen si ex eo tempore dies nullus intermissus esset, bellum profecto nullum haberemus. 31. Omne malum nascens facile opprimitur: inveteratum fit plerumque robustius. Sed tum expectabantur Kalendæ Jan. fortasse non recte. XII. Verum præterita omittamus. Etiamne hanc moram afferemus, dum proficiscantur legati? dum revertantur? quorum expectatio dubitationem belli afferet.[6] Bello autem dubio, quod potest studium esse delectus?

Quamobrem, patres conscripti,[7] legatorum mentionem

[a] *Ardor belli.*

Junt. et Muret. *hæc.*—1 *Sunt alia, quæ magis timeam et cogitem. Nunquam parebit, &c.* in *v* ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. *sunt alia, quæ magis timeam. Nunq. par. &c.* Schutz. e conjectura: *sunt alia quæ magis. Nunq. par. &c.* Garaton. susp. Mox Lamb. de Faërni suspicione, dedit *insanam arrogantiam.*—2 *Depugnarit* in ψ, Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Orell. Mox *v* ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. legunt *Sit per se.*—3 Ed. Junt. et Muret. *tamen ei.* Tum pro *Teretur* in *v* est *Feretur.*—4 Post *bellum* verbum *tractum* additur in Vat. Muret. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell. Tum *ex rei tardatione* ed. Muret. in Mss. quibusdam præpositio *ex* omittitur.—5 *Essent* in *v.* Mox pro *potui: sed* in *v* legitur *potuissem.*

Cap. XII. 6 *v*, Ms. Vat. Faërn. et Lamb. *affert:* ψ *afferret.*—7 *Quam-*

NOTÆ

[k] *Peregre depugnavit*] Tanquam gladiator, frater ejus L. Antonius in Asia Mylasis pugnavit.

[l] *Familiam ducit*] L. Antonius familiam sibi comparavit, cujus se ducem, et principem præbuit.

Digitized by Google

nullam censeo faciendam: rem administrandam arbitror sine ulla mora, et confestim gerendam: tumultum decerni,[8] [m] justitium indici,[n] saga sumi[o] dico oportere, delectum haberi,[b] sublatis vacationibus[p] in urbe, et in Italia, præter Galliam, tota.[9] 32. Quæ si erunt facta, opinio ipsa, et fama vestræ severitatis obruet scelerati gladiatoris amentiam: sentiet sibi bellum cum republica esse susceptum: experietur consentientis senatus nervos atque vires: nam nunc quidem partium contentionem[q] esse dictitat. Quarum partium?[r] Alteri victi sunt, alteri sunt e

[b] *Conscribi exercitum.*

obrem, pat. cons. usque ad *vestra est*, Phil. vi. § 18. omittuntur in *v*; sed ne minima est in Ms. lacuna. Tum in Mss. Colon. Amsterod. Franc. et Græv. legitur *mentionem non unquam*. Post hæc verba ab omnibus quatuor codd. absunt sequentia: al. habent *ment. non unquam*: al. *ment. menti non unquam*: al. *ment. nunquam*. Mox Lamb. omittit *arbitror*.—8 ψ, Ms. Vat. ed. Junt. et Muret. *gerendam censeo: tum. dec.* Faërn. et Græv. *gerendam: tum. censeo dec.* Pro *indici* in ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. legitur *edici*. Deinde in ψ est *vocationibus*.—9 Ms. Vat. Junt. et Faërn.

NOTÆ

[m] *Tumultum decerni*] Censet Cicero, bellum decernendum esse contra Antonium, quod nomine tumultus vocat; quia triplex fuit apud Romanos militiæ genus: 1. legitimum, seu sacramentum, cum jurabant milites, se non, nisi confectis stipendiis, ab exercitu discessuros: 2. conjuratio, cum in subito tumultu dux, sine sacramento militiæ, ascendebat in Capitolium, et duplex inde vexillum proferebat; roseum unum, quo pedites; et cæruleum, quo equites convocabantur; tunc dicebatur a duce, 'Qui salvam rempublicam esse volunt, me sequantur:' tum qui convenerant, simul jurabant; unde hæc militia 'conjuratio' dicta est: 3. evocatio, cum diversi in diversas partes, ad conscribendos exercitus, mittebantur.

[n] *Justitium indici*] Justitium est vacatio, seu intermissio juris dicendi; quod belli domestici tempore præsertim edicebatur.

[o] *Saga sumi*] Saga sunt vestimenta militaria, quæ in bellico procinctu sumebantur. Consulares autem semper togati erant, licet reliqui essent in sagis.

[p] *Sublatis vacationibus*] Benemeritis de republica militibus vacatio, seu immunitas a bellis dabatur: sed quæ in maximis periculis revocabatur.

[q] *Partium contentionem*] Non bellum vocabat Antonius, sed tantum partium in republica dissensionem esse dicebat.

[r] *Quarum partium*] Per interrogationem Cicero quærit, quænam illæ partes sint? sane cum victi sint Pompeiani, victores sint Cæsariani, alii medii sint cum Octavio Caii dictatoris filio, qui stat ipse a consulibus; qui consules Caii Cæsaris semper

Digitized by Google

mediis C. Cæsaris partibus: nisi forte Cæsaris partes a Pansa et Hirtio consulibus, et a filio C. Cæsaris oppugnari putamus. Hoc vero bellum non est ex dissensione partium,[10] sed ex nefaria spe perditissimorum civium excitatum; quibus bona fortunæque nostræ notatæ[c] sunt, et jam ad cujusque opinionem[d] distributæ. 33. Legi epistolam Antonii, quam ad quendam septemvirum,[s] capitalem[e] hominem, collegam suum, miserat. 'Quid concupiscas,[t] tu videris: quod concupiveris, certe habebis.' [p. 201.] En,[1] ad quem legatos mittamus; cui bellum moremur inferre: qui ne sorti quidem fortunas nostras destituit, sed libidini cujusque nos ita addixit, ut ne sibi quidem quidquam integrum, quod non alicui promissum jam sit, reliquerit. Cum hoc, patres conscripti, bello, bello,[2] inquam, decertandum est, idque confestim: legatorum tarditas repudianda est. 34. Quapropter, ne multa nobis quotidie decernenda sint, consulibus totam rempublicam permittendam censeo,[3] hisque committendum, ut rempublicam defendant, provideantque, ne quid respublica detrimenti acci-

[c] *Destinatæ.* [d] *Voluntatem.* [e] *Flagitiosum.*

præter Galliam totam: Lamb. e conjectura *præter Galliam togatam:* Naug. et Grut. *præterea Gallia tota.* Pro *tota* ψ substituit *totam.* Paulo post in Ms. Vat. et Muret. *nostræ sev.*—10 *Non ex diss.* omisso verbo *est*, in Vat. Junt. Faërn. et Lamb. Mox pro *notatæ* ψ habet *nota:* edd. vett. nonnullæ *notæ.* Porro pro *opinionem* Lall. et Schutz. e Manutii conjectura, legunt *optionem*, probante Ern. Vide Nott. Varr.—1 Vat. Muret. et Faërn. habent *Em:* ψ, Junt. Grut. Oliv. et Lamb. *Hem.* Paulo infra, Mss. Ferrarii, Muret. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. præbent *destinavit:* ψ *destinuit.*—2 In ψ verbum *bello* haud geminatur. Tum ed. Junt. et Muret. exhibent *certandum.*—3 *Cons. totam remp. commendandam censeo, iisque permittendum* Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell.; itemque in Græv. Schutz. et Wernsd. nisi quod hi tres habent *hisque:* ed. Junt. *committendam censeo, iisque permittendum:* Ern. conjecit *permittendum censeo, hisque committendum.* Pro *permit-*

NOTÆ

fortunam secuti sunt; non potest esse partium contentio, sed solus hostis Antonius oppugnatur.

[s] *Septemvirum*] Is septemvir ex iis fortasse fuit, quos agris dividendis præfecerat Antonius. Alii legunt *Septimium.*

[t] *Quid concupiscas*] Verba sunt Antonii.

Digitized by Google

piat: censeoque, ut iis, qui in exercitu[4] Antonii sunt, ne sit ea res fraudi,[f] si ante Kalendas Febr. ab eo discesserint. Hæc si censueritis, patres conscripti, brevi tempore libertatem populi Romani, auctoritatemque vestram recuperabitis: sin[5] autem lenius agetis; tamen eadem, sed fortasse serius decernetis. De republica quod retulistis, satis decrevisse videor.

XIII. 35. Altera res est de honoribus: de quibus deinceps intelligo esse dicendum. Sed qui ordo in sententiis rogandis more majorum[6] servari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto[u] igitur, consule designato, capiamus exordium: cujus ut superiora omittam, (quæ sunt maxima illa quidem, sed adhuc hominum magis judiciis, quam publice laudata) quibusnam verbis ejus laudes hujus ipsius temporis consequi possumus? neque enim ullam mercedem tanta virtus, præter hanc laudis gloriæque, desiderat: qua etiamsi careat, tamen sit se ipsa contenta,[x] atque[7] in memoria gratorum civium, tanquam in luce, posita lætetur. Laus igitur judicii testimoniique vestri[8] tribuenda Bruto est. 36. Quamobrem his verbis, patres conscripti, senatusconsultum faciendum censeo:

[f] *Noceat ipsis.*

tendam ψ habet *committendam:* Oliv. *commendandam.*—4 *In exercitum* Ms. Vat. Mox pro *populi Romani* in Mss. quibusdam legitur *reip.*—5 Mss. nonnulli *sin.* Denique *quoad retulistis* Mss. omnes, cum edd. Junt. Muret. Faërn. Grut. et Orell. *qua de* Lamb. e conjectura.

. CAP. XIII. 6 Hæc verba, *more majorum*, translata sunt in hunc locum ab Ern. e sequentibus; ubi sic legitur in omnibus Mss. et edd. præcedentibus: *cons. desig. more majorum, cap. exordium, &c.* 'Schutz. Ernestii adnot. non satis intellecta, ad verbum *designato* hæc notavit: 'Vulgo inserebatur *more majorum*, quod recte ejecit Ern. Est enim temere huc translatum ex antecedentibus.' Novo rursus errore Wernsd. utrobique servavit verba *more majorum*.' Orell.—7 Pro *atque* ψ, Vat. Junt. Muret. et Wernsd. habent *quanquam*. Paulo post, *lætentur* in ψ, qui Ms. pro *Laus* exhibet *Locus*.—8 *Nostri* in Vat. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. Tum in ψ est *senatus con-*

NOTÆ

[u] *A Bruto*] Quemadmodum semper usurpatum fuit in republica, ut tum consules, tum designati, primi omnium sententiam rogarentur; ita etiam vult primum laudationem suam a Bruto consule designato auspicari.

[x] *Se ipsa contenta*] Homo virtute præditus, sua ipsa conscientia contentus est, etiamsi a nullo laudetur.

Digitized by Google

'Cum D. Brutus, imperator, consul designatus, provinciam Galliam in senatus populique Romani potestate teneat; cumque[9] exercitum tantum, tam brevi tempore, summo studio municipiorum, coloniarumque provinciæ Galliæ, optime de republica meritæ, merentisque, conscripserit, compararit; id eum recte et ordine, exque republica fecisse: idque D. Bruti præstantissimum meritum in rempublicam senatui populoque Romano gratum esse et fore: itaque senatum populumque Romanum existimare, D. Bruti, imperatoris, consulis designati, opera, consilio, virtute, incredibilique studio, et consensu provinciæ Galliæ, reipublicæ difficillimo tempore esse subventum.' 37. Huic tanto merito Bruti, patres conscripti, tantoque in rempublicam beneficio, quis est tantus honos, qui non debeatur? Nam si M. Antonio patuisset Gallia; si oppressis municipiis, et coloniis[10] [y] imparatis, in illam ultimam Galliam penetrare potuisset; quantus reipublicæ terror impenderet! Dubitaret, credo, homo amentissimus, atque in[1] omnibus consiliis præceps et devius,[z] non solum cum exercitu suo, sed etiam cum omni immanitate barbariæ,[1] bellum inferre nobis; ut ejus furorem ne Alpium quidem muro[a] cohibere possemus. Hæc igitur habenda gratia est D. Bruto, qui illum, nondum interposita auctoritate vestra,[2] suo consilio atque judicio, non ut consulem recepit, sed, ut hostem, arcuit Gallia; seque[3] obsideri, quam hanc urbem, maluit. Habeat ergo hujus tanti facti tamque præclari, decreto vestro[4] testimonium sempiternum: Gal-

sulto.—9 *Quamque* in ψ.—10 *Colonis* in ψ.—1 ψ, edd. Junt. Lamb. et Grut. omittunt præpositionem *in.*—2 *Nostra* in edd. vett. nonnullis, cum Græv.—3 Sic Vat. Ferrarii conjecturam firmans, Faërn. Lamb. et seqq. *arcuit: Galliam seque* Junt. et Muret. Actutum pro *tanti* in ψ est *tanto.*—4 Vat.

NOTÆ

[y] *Municipiis, et coloniis*] Municipia liberæ sunt civitates; et coloniæ, quæ legibus populi Romani reguntur.

[z] *Præceps et devius*] Devius homo dicitur, qui a via et a ratione virtutis remotus est.

[a] *Alpium quidem muro*] Servius ait quod Alpes muri vice Italiam tueantur.

Digitized by Google

liaque, quæ semper præsidet[b] atque præsedit huic imperio, libertatique communi, merito vereque[5] laudetur, quod se suasque vires non tradidit, sed opposuit Antonio.

XIV. 38. Atque etiam M. Lepido,[c] pro ejus egregiis in rempublicam meritis, decernendos honores quam amplissimos censeo. [*p.* 202.] Semper ille populum Romanum liberum voluit,[6] maximumque signum illo die dedit voluntatis et judicii sui, cum, Antonio diadema Cæsari imponente,[d] se avertit, gemituque et mœstitia declaravit, quantum haberet odium servitutis; quam populum Romanum liberum cuperet; quam illa,[7] quæ tulerat, temporum magis necessitate, quam judicio tulisset. Quanta vero is moderatione[e] usus sit in illo tempore civitatis, quod post mortem Cæsaris consecutum est, quis nostrum oblivisci potest? Magna hæc: sed ad majora properat oratio. 39. Quid enim (o Dii immortales!) admirabilius omnibus gentibus, quid optatius populo Romano accidere potuit, quam, cum bellum civile maximum esset, cujus belli exitum omnes timeremus, sapientia ejus id[8] potius exstingui, quam armis et ferro rem in discrimen adducere?

Faërn. Lamb. et Græv. *nostro.* Mox in ψ *Galliamque.*—5 *Jureque* quidam codd. Ferrarii, ed. Manut. et Lamb. probante Orellio. Deinde edd. vett. nonnullæ omittunt *Antonio.*

CAP. XIV. 6 *Esse voluit* in Mss. nonnullis et ed. Junt.—7 *Qui illa* in ed. Muret. Paulo infra, *quam* ante *judicio* non est in ψ. Dein præpositio ante *mortem* deest in nonnullis Mss.—8 *Sapientia etiam id* in ψ, Vat. ed. Mediol. Junt. Muret. Faërn. Græv. Wernsd. et Orell. (in ψ, edd. Mediol. et Junt. legitur divisim *et jam*): *sapientia id* Lambini ed. probantibus Græv. Ern. Lall. et Orell. Paulo post, ed. Muret. habet *ferroque.* Tum pro *adducere*

NOTÆ

[b] *Præsidet*] Id est, parata est, et fuit semper ad opem imperio Romano ferendam.

[c] *M. Lepido*] Lepidus ille pontifex maximus fuit, quem in triumviratu Augustus spoliavit exercitu, et relegavit, eoque mortuo, pontificatum assumsit; ne si vivo, spolium potius quam honor vocaretur, ait Seneca.

[d] *Antonio diadema Cæsari imponente*] Vide Phil. II. § 85. not.

[e] *Moderatione*] Summa Lepidi moderatio visa est, cum in nece Cæsaris a populo impulsus est ad ejus mortem ulciscendam: a qua tamen abstinuit, licet ejus magister equitum, et maximi dux exercitus.

Digitized by Google

Quodsi eadem ratio Cæsaris fuisset, in illo tetro miseroque bello; ut omittam patrem, duos Cn. Pompeii, summi et singularis viri, filios incolumes haberemus: quibus certe pietas fraudi[e] esse non debuit.[9] Utinam omnes M. Lepidus servare potuisset! facturum fuisse declaravit in eo, quod potuit; cum Sextum Pompeium[f] restituit civitati, maximum ornamentum reipublicæ, clarissimum monumentum clementiæ suæ. Gravis illa fortuna populi Romani, grave fatum. Pompeio enim patre (quod imperii[10] populi Romani lumen fuit) exstincto, interfectus est patris simillimus filius.[g] 40. Sed omnia mihi videntur Deorum immortalium judicio expiata, Sex. Pompeio reipublicæ conservato. XV. Quam ob causam justam atque magnam, et quod periculosissimum civile bellum, maximumque, humanitate et sapientia sua M. Lepidus ad pacem concordiamque convertit, senatusconsultum his verbis censeo perscribendum: 'Cum a M. Lepido, imperatore,[1] pontifice maximo, sæpenumero respublica et bene et feliciter gesta sit, populusque Romanus intellexerit, ei dominatum regium maxime displicere; cumque ejus opera, virtute, consilio, singularique clementia et mansuetudine bellum acerbissimum civile sit restinctum; 41. Sextusque Pompeius, Cnæi filius, Magnus, hujus ordinis auctoritate ab armis discesserit, et a M. Lepido, imperatore, pontifice maximo,[2]

[e] *Damno.*

Lamb. dedit *adduci*, e conjectura.—9 ψ, edd. Junt. et Grut. *debet.*—10 ψ, Vat. et Mss. fere omnes *imperio*. Actutum in edd. Junt. et Naug. legitur *sed omnia mihi facta videntur Deorum immortalium judicio et pietate.* Pro *expiata* ψ habet quoque *et pietate.*

CAP. XV. 1 Post *imperatore* verbum *iterum* additur in codd. Victorii,

NOTÆ

[f] *Cum Sextum Pompeium*] In Iberia Sextus, Pompeii Magni filius, contra prætores bellum gerebat, paternæ mortis vindex. Lepidus suasit ut Romam revocaretur, redderentur bona paterna, et, ut olim parenti, maris imperium ei concederetur; quod senatus comprobavit.

[g] *Patris simillimus filius*] Cn. Pompeius, alter Pompeii Magni filius, victus ad Mundam, apud Lauronem oppidum cum pugnaret, a Cæsare interfectus est.

Digitized by Google

summma senatus populique Romani voluntate civitate restitutus sit; senatum populumque Romanum, pro maximis plurimisque in rempublicam M. Lepidi meritis, magnam spem in ejus virtute, auctoritate, felicitate, reponere otii, pacis, concordiæ, libertatis; ejusque in rempublicam meritorum senatum populumque Romanum memorem fore; eique statuam equestrem[h] inauratam in Rostris, aut quo alio loco in foro velit,[3] ex hujus ordinis sententia statui placere.' Qui honos, patres conscripti, mihi maximus videtur primum, quia justus est: non enim solum datur propter spem temporum reliquorum, sed pro amplissimis meritis redditur:[4] nec vero cuiquam possumus commemorare hunc honorem a senatu tributum judicio senatus soluto et libero.[i]

XVI. 42. Venio ad C. Cæsarem, patres conscripti, qui nisi fuisset, quis nostrum esse potuisset?[a] Advolabat ad urbem a Brundisio homo impotentissimus,[i] ardens odio, animo hostili in omnes bonos, cum exercitu, Antonius. Quid hujus audaciæ et sceleri poterat opponi? Nondum ullos duces habebamus, non copias: nullum erat consilium publicum, nulla libertas: dandæ cervices erant crudelitati nefariæ: fugam quærebamus omnes, quæ ipsa exitum non habebat. 43. Quis tum nobis, quis populo Romano obtulit hunc divinum adolescentem Deus, qui, cum omnia ad perniciem nostram pestifero illi civi paterent,[5] subito, præter spem omnium, exortus, prius confecit exer-

[a] *Viveret.* [i] *Insolentissimus.*

probante Garaton.—2 ψ *pontifex maximus.*—3 Ita Ern. e conjectura, Schutz. et Wernsd. omnes alii *vellet.*—4 Post verbum *redditur* Muretus apposuit stellulam, sed Lambinus plures, quasi aliquid desideraretur.

NOTÆ

[h] *Statuam equestrem*] Equestres statuæ ex decreto senatus sæpe iis qui de republica bene meriti fuerant, in foro erigebantur.

[i] *Soluto et libero*] Equestres quidem statuæ multis erectæ sunt, C Cæsare in republica dominante, aliisque dictatoribus, qui ante eum exstitere; at non libero, et sponte senatu deliberante.

Digitized by Google

citum, quem furori M. Antonii opponeret, quam quisquam hoc eum cogitare suspicaretur. [*p.* 203.] Magni honores habiti[k] Cn. Pompeio, cum esset adolescens; et quidem jure: subvenit enim[6] reipublicæ; sed ætate multo robustior,[l] et militum ducem quærentium studio paratior,[m] et in alio genere belli.[n] Non enim omnibus[o] Sullæ causa grata: declarat multitudo proscriptorum, tot municipiorum maximæ calamitates. 44. Cæsar autem, annis multis minor, veteranos, cupientes jam requiescere, armavit: eam complexus est causam, quæ esset senatui, quæ populo, quæ cunctæ Italiæ, quæ Diis hominibusque[7] gratissima. Et Pompeius ad L. Sullæ maximum imperium, victoremque exercitum accessit: Cæsar se ad neminem adjunxit: ipse princeps exercitus faciendi et præsidii comparandi fuit. Ille in adversariorum partibus agrum Picenum[p] habuit

CAP. XVI. 5 Ern. maluit legi *parerent.*—6 In ψ *etiam.* Paulo post, pro *declarat* in eodem Ms. est *dederat.*—7 *Diis omnibus* ed. Junt. et Grut. *Diis*

NOTÆ

[k] *Magni honores habiti*] Comparat Cicero Octavium Cæsarem cum Pompeio. Dum enim Cinna ac Sulla factiones varias agerent, atque in Italia omnia tumultibus permiscerent, Pompeius erat in Piceno, ubi relictas a patre possessiones lustrabat. Cum itaque videret viros præstantissimos ad Sullam pergere, adjungere se eis statuit: totum Picenum commovit, tertium et vigesimum annum agens; propria auctoritate exercitum comparavit; et ad Sullam profectus, ab eo imperator salutatus est, quia dum iret, Carrinam, Cælium, et Brutum, adversæ partis duces, superaverat: moxque in Celtiberiam missus est, et inde in Siciliam, et Africam; ex quibus victor rediens, Magnus cognominatus est, nec multo post triumphavit.

[l] *Multo robustior*] Robustior erat Pompeius Octavio, cum prior vigesimum tertium, alter decimum octavum tantum ageret.

[m] *Paratior*] Expeditior etiam erat Pompeius, nam milites parati ad bellum ducem quærebant.

[n] *In alio genere belli*] Pugnabat Pompeius pro senatu contra Carbonem, Perpennam, et Sertorium, a quo illi reipublicæ hostes judicati fuerant.

[o] *Non enim omnibus*] Licet staret a senatu Sulla, non tamen omnibus probabatur, propter civium multitudinem, quos proscribebat; nam duo millia tum ex senatorio, tum equestri ordine mori jussit.

[p] *Agrum Picenum*] Picenus ager Italiæ regio est trans Apenninum, ab iis montibus usque ad mare Adriaticum extensa, quæ nunc Marchia Anconitana dicitur.

Digitized by Google

amicum:[8] hic ex Antonii amicis, sed amicioribus libertatis,[9] contra Antonium confecit exercitum. Illius opibus Sulla regnavit: hujus præsidio Antonii dominatus oppressus est. 45. Demus igitur imperium Cæsari; sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest: sit pro prætore[10] [q] eo jure, quo qui optimo: qui honos, quanquam est magnus illi ætati,[1] tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad dignitatem valet. Itaque illa quæramus, quæ vix hodierno die consequemur.[r] XVII. Sed sæpe spero fore hujus adolescentis ornandi honorandique[2] et nobis et populo Romano potestatem: hoc autem tempore ita censeo decernendum: 46. 'Quod C. Cæsar, Caii filius, pontifex,[s] pro prætore,[3] summo[k] reipublicæ tempore milites veteranos[4] ad libertatem populi Romani cohortatus sit, eosque conscripserit; quodque legio Martia quartaque, summo studio, optimoque in rempublicam consensu, C. Cæsare duce et auctore, rempublicam, libertatem populi Romani defendant, defenderint; et quod

[k] *Periculosissimo.*

omnibusque Ms. Vat.—8 Manut. Steph. Lamb. et Orell. probante Garaton. ita legunt: *Ille adv. part. agr. Pic. habuit inimicum*: Vat. Muret. Faërn. et Græv. *Ille in adv. ... inimicum:* ed. Ven. et Junt. *in adv. ... munitum.*—9 ψ, Junt. Muret. Lamb. Græv. et Oliv. dederunt *libertati.*—10 In ψ et edd. vett. nonnullis, *et pro populo Romano.*—1 In Græv. Wernsd. et Orell. legitur *illa ætate:* in Ms. Vat. et ed. Muret. *illa ætati.* 'Ablativus antiquus, quem qui non agnoscebant, scripserant *illi ætati.*' Muret.

CAP. XVII. 2 Sic de Ferrarii conjectura, (*ortandi* habebant aliquot ejus libri) Man. Steph. Lamb. Græv. Ern. Schutz. et Orell. *hortandi honorandique* ψ, Vat. a manu sec. Junt. et Muret. *ornandi, honorandi* ed. Faërn. *hortandi, honorandi* Vat. a manu prima, et Wernsd. *hortandi ornandique* Naug. et Cam.—3 *Proprætor* in ed. Muret. et Junt. *et pro populo Rom.* in edd. vett. nonnullis.—4 Ante *veteranos* copulativa particula *et* interponitur in Muret.

NOTÆ

[q] *Sit pro prætore, &c.*] Vult Cæsarem Augustum proprætoris titulo ornari, et ea dignitate frui, qua præditus est quicunque optimo jure hoc magistratu fruitur. Certe refert Tranquillus Octavium Cæsarem jussum esse, cum Hirtio et Pansa, Bruto opem ferre.

[r] *Quæ vix hodierno die consequemur*] Nempe ut coërceatur Antonius.

[s] *Caii filius, pontifex*] Octavius Cæsar pontifex dicitur, et Caii filius, quod a Caio Cæsare pontifice adoptatus fuit.

Digitized by Google

C. Cæsar, pro prætore, Galliæ provinciæ cum exercitu subsidio profectus sit; equites, sagittarios, elephantos in suam populique Romani potestatem redegerit, difficillimoque reipublicæ tempore, saluti dignitatique populi Romani subvenerit; ob eas causas senatui placere, C. Cæsarem, Caii filium, pontificem, proprætorem,[5] senatorem esse,[t] sententiamque loco prætorio dicere;[u] ejusque rationem, quemcumque magistratum appeteret,[6] ita haberi, prout haberi lege liceret, si anno superiore prætor[7] fuisset.'[x] 47. Quid est enim, patres conscripti, cur eum non quam primum amplissimos honores capere cupiamus? legibus enim annalibus[y] cum grandiorem ætatem ad consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur. C. Cæsar ineunte ætate docuit, ab excellenti eximiaque virtute progressum ætatis expectari non oportere. Itaque majores nostri, veteres illi, admodum antiqui,[8] leges annales non habebant: quas multis post annis attulit ambitio, ut gra-

Junt. et al. edd. vett.—5 Omnes Mss. et edd. *pro prætore*, præter Junt. Ern. Schutz. et Wernsd. qui legunt *proprætorem*.—6 Ita Ern. e conjectura: Muret. Faërn. Lamb. Oliv. Wernsd. et Orell. legunt *quemc. mag. petet* e corrupta lectione Ms. Vat. *quem cumquem ac petet:* ψ et ed. Junt. habent *quemcunque appetet:* Steph. et edd. vett. quædam *quæcunque appetet:* Grut. et Græv. *quemcunque magistratum appetet:* Schutz. e conjectura *quemcunque magistratum peteret*. Paulo infra in Ms. Vat. legitur *per ut haberi leges liceret;* hinc Muret. e conjectura, Lamb. Græv. et Wernsd. præbent *ut haberi per leges liceret*.—7 Omnes Mss. et edd. legunt *quæstor* præter Ern. et Schutz. qui, e conjectura Ursini, exhibent *prætor*.—8 Hæc verba, *admodum antiqui,*

NOTÆ

[t] *Senatorem esse*] Senator ante legitimam ætatem a senatu creatus est.

[u] *Loco prætorio dicere*] Post consules et consulares, prætorii sententiam rogabantur.

[x] *Si anno superiore prætor* [*quæstor*] *fuisset*] Lex fuit apud Romanos, ut qui quæstor fuisset, posset anno sequenti tribunatum petere. Censet itaque Cicero, licet quæstor non fuisset Octavius, ut solvatur legibus, fasque ei sit, per senatum, ad quemcunque magistratum pervenire.

[y] *Legibus annalibus*] Lex Annalis, quæ et Annaria ab antiquis dicebatur, ea est, qua finiuntur anni magistratus capiendi; de qua sic M. Tullius in libris de Legibus: 'Eundem magistratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito.' Nunc idem censet, ut Cæsar Augustus legibus solvatur, possitque ante tempus honores amplissimos adipisci.

Digitized by Google

dus essent petitionis inter æquales. Ita sæpe magna indoles virtutis, priusquam reipublicæ prodesse potuisset, exstincta fuit.[9] 48. At vero apud antiquos, Rulli,[a] Decii,[a] Corvini,[b] multique alii; recentiore autem memoria, superior Africanus,[c] T. Flamininus,[10][d] admodum adolescentes consules facti, tantas res gesserunt, ut populi Romani imperium auxerint, nomen ornarint.[1] Quid? Macedo Alexander, cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio et tricesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quam consularis: ex quo judicari potest, virtutis esse quam ætatis cursum celeriorem. XVIII. Nam quod ii, qui Cæsari invident, simulant, se timere, ne verendum[2] quidem est, ut tenere se possit, ut moderari, ne honoribus nostris elatus intemperantius suis opibus utatur. 49. [*p.* 204.] Ea natura rerum est, patres conscripti, ut, qui sensum veræ gloriæ ceperit, quique se ab senatu, ab equitibus,[3] populoque Romano universo senserit civem carum haberi, salutaremque reipublicæ, nihil cum hac gloria comparandum putet. Utinam C. Cæsari (patri dico) contigisset adolescenti, ut esset se-

de Faërni suspicione delevit Lambinus.—9 Ms. Vat. *exstincta sunt:* hinc Muret. Faërn. Lamb. et Græv. e conjectura habent *exstincta est.* Paulo infra, Ph. Beroaldus annotat pro *Rulli* quosdam codices habere *Rutiliani.* Deinde *Corvi* Pighius ad an. 405.—10 *Flaminius* in edd. vett. ante Faërn. et Muret.—1 *Ornaverint* ed. Junt. et Muret.

CAP. XVIII. 2 ψ *verendum.*—3 *Ab equitibus Romanis* ψ, Vat. Junt. Muret. et Orell. Mox pro *carum* in ψ, Vat. Junt. et Faërn. legitur *clarum.*—

NOTÆ

[a] *Rulli*] Q. Fabius Rullus, Maximus cognominatus, solutus legibus, ante tempus, (id est, annum quadragesimum tertium) consulatum adeptus est. Liv.

[a] *Decii*] Pub. Decius, cum bello Samnitico tribunus militum exercitum in angustias conjectum servavisset, sequenti anno ante tempus consul factus est, et se bello Latino devovit.

[b] *Corvini*] Corvinus, cum annum 23. ageret, consul creatus est.

[c] *Superior Africanus*] Hic ædilis ante annum vigesimum factus est, et prætor cum 23. ageret.

[d] *T. Flamininus* [*Flaminius*] Flaminius, belli Macedonici tempore factus ante ætatem consul, adversus Philippum, Macedoniæ regem, feliciter pugnavit in Epiri faucibus, eumque in regnum redire compulit.

Digitized by Google

natui atque optimo cuique carissimus! quod cum consequi neglexisset, omnem vim ingenii, quæ summa fuit in illo, in populari levitate[l] consumsit. Itaque cum respectum ad senatum et ad bonos non haberet,[m] eam sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non posset. Ejus autem filii longissime diversa ratio;[4] qui cum omnibus est, tum optimo cuique, carissimus. In hoc spes libertatis posita est: ab hoc accepta jam salus: huic summi honores et exquiruntur et parati sunt. 50. Cujus igitur singularem prudentiam admiramur, ejus stultitiam timemus? Quid enim stultius, quam inutilem potentiam, invidiosas opes, cupiditatem dominandi præcipitem et lubricam[n] anteferre veræ, gravi, solidæ gloriæ? An hoc vidit,[5] puer; si ætate processerit, non videbit? At est quibusdam inimicus[a] clarissimis atque optimis civibus. Nullus iste timor esse debet. Omnes Cæsar inimicitias reipublicæ condonavit: hanc sibi judicem constituit, hanc moderatricem omnium factorum.[6] Ita enim ad rempublicam accessit, ut eam confirmaret, non ut everteret. Omnes habeo cognitos sensus[o] adolescentis: nihil est illi republica[7] carius, nihil vestra auctoritate gravius, nihil bonorum virorum judicio optatius, nihil vera gloria dulcius. 51. Quamobrem ab eo non modo nihil timere, sed majora et meliora expectare debetis: neque, in eo, qui ad D. Brutum obsidione liberandum profectus sit, timere, ne memoria maneat domestici doloris, quæ plus apud eum possit, quam

[l] *Favore populi.* [m] *Cum non respiceret senatum et bonos.*
[n] *Fugacem.* [o] *Cogitationes.*

4 *Longe sane diversa ratio est* Muret. et Lamb.; quam lectionem exhibent ψ et Oliv. nisi quod in his verbum *est* omittitur. In Ms. Vat. Faërn. et Orell. legitur *longissime diversa ratio est.*—5 *An qui hoc vidit* Muret. ed. Mox pro *At* in ψ legitur *An.*—6 Ms. Vat. Muret. et Faërn. cum defectus signis, *omnium * * atque factorum:* Faërnus legi maluit *omnium consiliorum atque factorum:* Lambinus, *omnium consiliorum suorum atque factorum.*—7 In ψ *reipub-*

NOTÆ

[a] *Quibusdam inimicus*] Contra Octavium objici posset, quod illis sit inimicus, a quibus Caius Cæsar occisus est.

Digitized by Google

salus civitatis. Audebo etiam obligare fidem meam, patres conscripti, vobis, populoque Romano;[8] (quod, profecto, cum me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimesceremque in re maxima periculosam opinionem temeritatis) promitto, recipio, spondeo, patres conscripti, C. Cæsarem talem semper fore civem, qualis hodie sit, qualemque eum maxime esse,[9] velle et optare debemus.

XIX. 52. Quæ cum ita sint, de Cæsare satis hoc tempore dictum habebo. Nec vero de L. Egnatuleio,[f] fortissimo et constantissimo cive,[10] amicissimoque reipublicæ, silendum arbitror: sed tribuendum testimonium virtutis egregiæ, quod is legionem quartam ad Cæsarem adduxerit, quæ præsidio consulibus, senatui, populoque Romano, reique publicæ esset: ob eam causam placere, uti L. Egnatuleio triennium[1] ante legitimum tempus magistratus petere, capere, gerere liceat. In quo, patres conscripti, non tam commodum tribuitur L. Egnatuleio, quam[2] honos: in tali enim re satis est nominari.

53. De exercitu autem C. Cæsaris ita censeo decernendum: 'Senatui placere, militibus veteranis, qui Cæsaris, pontificis,[3] auctoritatemque hujus ordinis defenderint, atque defendant, his[4] liberisque eorum, militiæ vacationem esse:[g] utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter am-

licæ.—8 ψ, Vat. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. post *Romano* addunt *reique publicæ*. Mox post *auderem* excidisse putabat Ern. *nisi eum plane perspectum haberem*, vel similia.—9 Edd. Manut. et Steph. omittunt *esse*. In Ms. Vat. Ven. Rom. Junt. et Muret. legitur *eum maxime velle esse*.

CAP. XIX. 10 Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. habent *civi*. Deinde edd. vett. nonnullæ, cum Grut. legunt *amicissimo*.—1 Lamb. *triennio*. Mox pro *magistratus* ψ habet *magna*.—2 In Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell. *non tantum commodum . . . quantus:* in ed. Junt. et Græv. *non tantum . . . quantum*. Pro *quam* Oliv. habet *quantus: ψ quantum*.—3 Faërnus et Orellius, post *pontificis* stellulas apponunt: Lamb. e conjectura edidit, *Cæsaris, pontificis, pro prætore, hortatu libertatem populi Romani, auctoritatemque, &c.* Mox Ern. et Schutz. malunt omitti *atque*.—4 Ms. Vat. Junt. Muret. Faërn. Græv. et Orell. *iis*. Paulo infra in ψ est *vocatio-*

NOTÆ

[f] *Egnatuleio*] Senatusconsulto decretum fuit, ut Egnatuleius legibus solveretur.

[g] *Vacationem esse*] Id est, immunes a militiæ legibus fiant.

Digitized by Google

bove, S. E. V.[5] cognoscerent, qui ager his coloniis esset, quo milites veterani deducti essent, qui contra legem Juliam[h] possideretur,[6] ut is militibus veteranis divideretur: de agro Campano separatim cognoscerent, inirentque rationem de commodis militum veteranorum augendis: legionique Martiæ, et legioni quartæ, et iis militibus, qui de legione secunda, quinta tricesima,[7] ad C. Pansam, A. Hirtium, consules, venissent, suaque nomina dedissent:[8] quod iis auctoritas senatus populique Romani libertas carissima sit et fuerit, vacationem militiæ ipsis liberisque eorum esse, placere, extra[p] tumultum Gallicum[i] Italicumque: [*p*. 205.] easque legiones, bello confecto, missas fieri placere: quantamque pecuniam militibus earum legionum in singulos C. Cæsar, pontifex, proprætor[9] pollicitus sit, tantam dari placere: utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter ambove, S. E. V. rationem agri habeant, qui sine injuria privatorum dividi possit: isque militibus legionis Martiæ et legionis quartæ ita daretur, assignaretur,[10] ut quibus militibus am-

[p] *Præter.*

nem.—5 '*S. E V.*] Sic, e vestigiis cod. Vaticani, (qui habet *seu* a manu prima) legendum vidit Ursinus. Recepere Græv. Ern. Schutz. et Wernsd. Omittunt priores, etiam Muret. Faërn. et Lamb. notas *S. E. V.* (*si eis videretur.*)' Orell. Mox Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. pro *his* habent *iis*. In ed. Junt. et al. edd. vett. neque *his* neque *iis* invenitur. In ψ, Manut. et Steph. *ager colonus.*—6 *Possiderent* Mss. Ferrarii.—7 *Secunda tricesima quinta* in Ms. Vat. (nisi quod habet, ut Ven. et Græv. notam numeralem *XXXV*) Faërn. Lamb. Grut. et Orell. *secunda et XXXV* Muret. ipso improbante: *secunda et XVI* ed. Junt.—8 *Edidissent* Ms. Vat. et Muret. probante Garaton. Statim, pro *iis*, Faërn. et Lamb. habent *his*: ψ *is*. Voc. *auctoritas* non est in ψ et edd. ante Muret. qui cum seqq. e Ms. Vat. recepit. —9 In ψ et ed. Orell. legitur *proprætore*. Mox edd. vett. nonnullæ, ut supra, omittunt notas *S. E. V*. Muretus dedit *ambove curationem* e scriptura Ms. Vat. a secunda manu, *cum rationem*. Deinde Schutz. conjecit *haberent qui ... posset.*—10 Hæc lectio recepta est a Manut. Steph. Faërn. Lamb. Græv. Ern. Schutz. et Orell. item a Wernsd. nisi quod is, cum ψ, prætulit *iisque*. In Ms. Vat. et ed. Ven. *isque* [Ven. *iisque*] *militibus, legioni*

NOTÆ

[h] *Contra legem Juliam*] Cum Julius Cæsar dictator bella civilia confecisset, legem tulit, ut veteranis præmia distribuerentur: deduxit eos in colonias, et iis certum agrorum limitem viritim assignavit. Si quis plus occuparet, adimi, et distribui aliis veteranis, qui prioribus adderentur, voluit.

[i] *Tumultum Gallicum*] Vicina bella Italica, ac præsertim Gallica, tumultus nomine appellabantur.

Digitized by Google

plissime dati, assignati essent.' Dixi ad ea omnia, consules, de quibus retulistis: quæ si sint sine mora matureque decreta,[1] facilius apparabitis ea, quæ tempus et necessitas flagitat. Celeritate autem opus est: qua si essemus usi, bellum, ut sæpe dixi, nullum haberemus.

Martiæ, et legioni quartæ ita darent, assignarent. In ed. Junt. et Muret. *isque* [Mur. *eumque*] *mil. legionis Martiæ, et legionis quartæ, ita darent, assignarent.* Pro *isque* in edd. vett. nonnullis legitur *hisque.* In ψ quoque invenitur *darent: assignarent.* Statim infra, verbum *militibus* non est in ed. Muret. Deinde in Græv. legitur *amplissimi.*—1 *Quæ si erunt sine mora, mat. decr.* Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Schutz. Wernsd. et Orell. Verba *si sunt,* vel *si erunt,* omittuntur in ψ et ed. Junt. In edd. vett. nonnullis legitur *quo sine mora matureque decreto.* Denique pro *flagitat* Lamb. habet *flagitant.*

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

AD QUIRITES,

PHILIPPICA SEXTA.

ORATIO XLVIII.

ARGUMENTUM.

Cum, habita superiore oratione, Salvius, tribunus pl. intercessisset, ne discessio fieret, quod facile intelligebat, plerosque in Ciceronis sententiam esse, inprimis de legatis ad Antonium non mittendis, ituros; paucis diebus post, cum de eadem re esset actum in senatu, senatusconsultum in eam sententiam factum est, quæ legatos ad Antonium Mutinam obsidentem mitti decernebat, qui nuntiarent, ne oppugnaret consulem designatum, ne Mutinam obsideret, ne provinciam Galliam depopularetur, ne delectus haberet; esset in senatus populique Romani potestate. Hoc senatusconsulto facto, venit in concionem Cicero, et productus ab Apuleio, tribuno plebis, primo de legatione ad Antonium decreta exponit; deinde, nihil legatos apud eum profecturos auguratur; ac tandem populum ad reipublicæ et libertatis studium cohortatur.

I. 1. AUDITA vobis esse arbitror, Quirites, quæ sint acta in senatu, quæ fuerit cujusque sententia. Res enim, ex Kal. Jan. agitata,[a] paulo ante confecta est; minus quidem illa severe, quam decuit, non tamen omnino dissolute.[b]

[a] *Tractata.* [b] *Molliter.*

Digitized by Google

Mora[a] est allata[1] bello, non causa sublata. Quamobrem, quod quæsivit a me P. Apuleius,[a] homo et multis officiis mihi et summa familiaritate conjunctus, et vobis amicissimus, ita respondebo, ut ea, quibus non interfuistis, nosse possitis. Causa fortissimis optimisque consulibus[b] Kalendis Januar. de republica primum referendi fuit ex eo,[d] quod[2] XIII Kalendas Jan. senatus me auctore decrevit.[c] 2. Eo die primum, Quirites, fundamenta jacta sunt reipublicæ. Fuit enim longo intervallo ita liber senatus, ut vos aliquando liberi essetis. Quo quidem tempore, etiamsi ille dies vitæ finem mihi allaturus esset,[3] satis magnum ceperam fructum, cum vos universi, una mente atque voce, iterum a me conservatam[d] esse rempublicam conclamassetis.[4] [e] Hoc vestro judicio tanto, tamque præclaro, excitatus, ita Kalendis Jan. veni in senatum, ut meminissem, quam personam impositam a vobis sustinerem. Itaque bellum nefarium illatum reipublicæ cum viderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putavi: hominemque audacissimum, qui, multis nefariis rebus ante commissis, hoc tempore imperatorem populi Romani[f] op-

[a] *Dilatio.* [d] *Propter id.*

CAP. I. 1 Ms. Barb. *oblata*, probante Garaton. Mox *quæsivit ex me* legitur in Ms. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell.—2 'Excidit *A. D.*' Orell. Paulo infra, in Ms. Vat. legitur *sunt jacta sunt*, unde Garaton. mavult *sunt jacta*.—3 Ern. conjecit *all. fuisset* vel *attulisset*.—4 Omnes edd. præter Ern. et Schutz. *conclamastis*. Tum post *tumultum* omnes edd. præter Ern. et Schutz. præbent *esse*. Pro *decerni* ψ habet *decrevi*. Paulo infra, pro *edici* edd.

NOTÆ

[a] *P. Apuleius*] Tribunus plebis erat hic Apuleius.

[b] *Consulibus*] Hirtius et Pansa illo tempore, qui consules designati erant, magistratum inierunt.

[c] *Me auctore decrevit*] Decrevit senatus, suadente Cicerone, de imperatorum honoribus, et præmiis militibus referendis.

[d] *Iterum a me conservatam*] Rempub. primo conservavit, cum Catilinæ conjurationem oppressit; deinde cum abire e civitate Antonium impulit.

[e] *Conclamassetis*] Cum quartam in Antonium orationem habuit, sæpe Ciceroni dicenti acclamatum est.

[f] *Imperatorem populi Romani*] Oppugnabat tunc Antonius D. Brutum.

Digitized by Google

pugnaret, coloniam vestram[g] fidissimam fortissimamque obsideret, bello censui persequendum: [p. 206.] tumultum decerni,[h] justitium edici, saga sumi,[i] dixi placere; quo omnes acrius graviusque incumberent ad ulciscendas reipublicæ injurias, si omnia gravissimi belli insignia suscepta a senatu viderent. 3. Itaque hæc sententia, Quirites,[5] sic per triduum valuit,[k] ut, quanquam discessio[l] facta non esset, tamen, præter paucos, omnes[6] mihi assensuri viderentur. Hodierno autem die, nescio qua objecta re,[7] remissior* senatus fuit: nam plures eam sententiam secuti sunt, ut, quantum senatus auctoritas, vesterque consensus apud Antonium valiturus esset, per legatos experiremur.

II. Intelligo, Quirites, a vobis hanc sententiam repudiari; neque injuria. Ad quem enim legatos?[m] ad eumne, qui, pecunia publica dissipata[n] atque effusa, per vim et contra auspicia impositis populo Romano[8] legibus, fugata concione, obsesso senatu, ad opprimendam rempublicam

* *Quo impedimento, lenior.*

vett. nonnullæ *indici.*—5 *Sententia quam* in Ms. Vat. unde Faërnus conjecit *Quirites*, quod voc. omittunt Junt. et Muret. Pro *Quir.* in ψ est *quæ:* Ms. Barb. habet *que*, sed omittit voculam *sic*. Mox *ut* non est in ψ et cod. Barb.—6 *Paucos homines omnes* in ed. Muret.—7 *Pene scio quam ea* in ψ. 'Pro *nescio* est *pæne scio* in Ms. Vat.' *Ursinus*. *Nescio qua lis* ed. Muret. errore typographico, ut ait Orellius. *nescio qua eis* Ms. Vat. Faërn. et Græv. *nescio qua ei* Lamb. e conjectura Faërni, confirmata a cod. Barb. In Ven. et Junt. hic locus ita se habet: *Hod. autem die non est, pæne scio, qua objecta re*, &c. 'Latet hic sane corruptela.' *Orell.*

NOTÆ

g *Coloniam vestram*] Mutinam intelligit, ubi erat Brutus.

h *Tumultum decerni*] Vide superiorem orat. § 31. not.

i *Justitium edici, saga sumi*] Vide superiorem orat. ibid.

k *Per triduum valuit*] Per tres dies primos Januarii sententia de Antonio bello persequendo placuit; at die quarto, quo habita est hæc oratio, amplius non valuit.

l *Discessio*] Ait quod nullum senatusconsultum factum erat de bello decernendo. Senatusconsultum aliquando per discessionem fiebat, qua de re dictum est Phil. III. § 24. not.

m *Ad quem enim legatos*] Mittimus scilicet.

n *Pecunia publica dissipata*] De hac pecunia dictum est Phil. II. § 93.

Digitized by Google

Brundisio legiones arcessierit?[9] ab his relictus, cum latronum[o] manu in Galliam irruperit, Brutum oppugnet, Mutinam circumsedeat? Quæ vobis potest cum hoc gladiatore conditionis,[f] æquitatis, legationis esse communitas? 4. Quanquam, Quirites, non est illa legatio, sed denuntiatio belli, nisi paruerit. Ita enim est decretum, ut si legati ad Hannibalem mitterentur. Mittuntur[10] enim qui nuntient, ne oppugnet consulem designatum, ne Mutinam obsideat, ne provinciam depopuletur, ne delectus habeat,[g] sit in senatus populique Romani potestate. Facile vero huic denuntiationi parebit, ut in patrum conscriptorum, atque in vestra potestate sit, qui in sua nunquam fuerit? Quid enim ille unquam arbitrio suo fecit, semper eo tractus, quo libido rapuit, quo levitas, quo furor, quo vinolentia?[1] semper eum duo dissimilia genera tenuerunt, lenonum et latronum: ita domesticis stupris, forensibus parricidiis delectatur, ut mulieri citius avarissimæ[p] paruerit, quam senatui populoque Romano. III. 5. Itaque, quod paulo ante feci in senatu, faciam apud vos. Testificor, denuntio, ante prædico, nihil M. Antonium eorum, quæ sunt legatis mandata, facturum: vastaturum agros; Mutinam obsessurum; delectus,[2] qua possit, habiturum. Is est enim ille, qui semper senatus judicium et auctoritatem, semper voluntatem vestram potestatemque contemserit. An ille id faciat, quod paulo ante decretum est, ut exercitum citra flumen Rubiconem[q]

[f] *Compositionis.* [g] *Conscribat milites.*

CAP. II. 8 *Reipublicæ* in ψ, cum edd. Junt. et Muret.—9 *Accerserit* Muret. et Faërn. *accersierit* ψ et Junt. Statim infra, pro *his* Muret. et Orell. exhibent *iis*.—10 Verbum *mittuntur* deest in ψ.—1 In Mss. Ferrarii legitur *violentia:* Ms. Vat. habet *vinulentia.* Actutum in ψ *dissimillima.* Deinde verbum *tenuerunt* omittitur in Junt. et edd. vett. nonnullis, in quibus pro *delectatur* legitur *delectarunt.* Pro *parricidiis* ψ habet *parricidis.*

NOTÆ

[o] *Latronum*] Latrones invidioso vocabulo dicebantur, quibus publice decretum indictumque bellum non fuerat, cum tamen hostiliter grassarentur.

[p] *Mulieri avarissimæ*] Aut Volumniam mimam, de qua in Phil. II. aut Fulviam uxorem intelligit.

[q] *Rubiconem*] Rubicon fluvius fuit in octava Italiæ regione: ex Apen-

Digitized by Google

(qui finis est Galliæ) educeret, dum ne propius[3] urbem Romam CC mill.[r] admoveret? huic denuntiationi ille pareat? ille se fluvio Rubicone CC mill. circumscriptum esse patiatur? 6. Non is est Antonius: nam si esset, non commisisset, ut ei senatus, tanquam Hannibali initio belli Punici, denuntiaret, ne oppugnaret Saguntum.[s] Quod vero ita avocatur a Mutina, ut ab urbe, tanquam pestifera flamma,[4] arceatur, quam habet ignominiam! quod judicium senatus! Quid, quod a senatu dantur mandata legatis, ut D. Brutum, militesque ejus adeant, iisque demonstrent, summa[5] in rempublicam merita, beneficiaque eorum grata esse senatui populoque Romano, iisque eam rem magnæ laudi, magnoque honori fore? Passurumne censetis Antonium, introire Mutinam legatos? exire inde tuto? Nunquam patietur, mihi credite: novi violentiam,[6] novi impudentiam, novi audaciam. 7. Nec vero de illo, sicut de homine aliquo debemus, sed ut de importunissima bellua, cogitare. Quæ cum ita sint, non omnino dissolutum[h] est, quod decrevit senatus: habet atrocitatis aliquid legatio; utinam nihil haberet moræ! Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio[t] odiosa est; tum hoc bellum indiget celeritatis. [*p.* 207.] Succurrendum est D. Bruto: omnes undique copiæ colligendæ: horam exhibere nullam, in tali cive[u] liberando, sine scelere non possumus.[7]

[h] *Mite.*

Cap. III. 2 *Dilecta* in ψ.—3 ψ *plus.* Statim infra, Ms. Vat. et Orell. *millia* omnibus literis. Deinde post *Rubicone*, Lamb. inseruit copulativam particulam *et*, e conjectura Faërni.—4 *Flama* Ms. Vat.—5 ψ, Junt. et edd. vett. ante Faërn. cum Grut. exhibent *sua*. Ms. Vat. *suma*, unde Faërn. *summa*.—6 ψ, Mss. Vat. et Barb. cum edd. Rom. Ven. Junt. et Faërn. præbent *vinolentiam*.—7 ψ, Junt. Oliv. Schutz. Wernsd. in ed. min. et Orell.

NOTÆ

nino monte scaturiens, inter Ariminum et Ravennam in mare Adriaticum profluit: antiquus Galliarum et Italiæ terminus.

[r] *CC mill.*] Id est ducentis Italicis milliaribus, quorum singula mille passus continent.

[s] *Oppugnaret Saguntum*] Vide superiorem orationem, § 27. not.

[t] *Procrastinatio*] Procrastinatio dicitur illa mora, qua de die in diem differtur.

[u] *Tali cive*] D. Bruto.

Digitized by Google

8. An ille non potuit, si Antonium consulem, si Galliam Antonii provinciam judicasset, legiones Antonio et provinciam tradere? domum redire? triumphare? primus in hoc ordine,[8] [x] quoad magistratum iniret, sententiam dicere? Quid negotii fuit? 9. Sed, cum se Brutum esse meminisset, vestræque libertati natum, non otio suo;[9] quid ègit aliud, nisi ut pæne corpore suo Gallia prohiberet Antonium? Ad hunc utrum legatos, an legiones ire oportebat? Sed præterita omittamus. Properent legati,[10] quod video esse facturos: vos saga parate. Est enim ita decretum, ut, si ille auctoritati senatus non paruisset, ad saga iretur. Ibitur: non parebit: nos amissos tot dies rei gerendæ queremur.

IV. Non metuo, Quirites, ne, cum audierit Antonius, me hoc in senatu et in concione confirmasse, nunquam illum futurum in senatus potestate, refellendi mei causa, ut ego nihil vidisse videar, vertat se,[i] [1] senatui pareat. Nunquam faciet: non invidebit huic meæ gloriæ: malet, me sapientem a vobis, quam se modestum existimari. 10. Quid? ipse si velit, num etiam L. fratrem passurum arbitramur? Nuper quidem dicitur[2] (ad Tibur,[y] ut opinor) cum ei la-

[i] *Mutet sententiam.*

habent *horam eximere nullam* ... *non poss.* ed. Rom. et Ven. *horam exhibere ullam* ... *non poss.* Muretus, e Ferrario, *horam eximere nullam* ... *scelere possumus:* Faërn. Græv. et Wernsd. in ed. maj. *horam eximere nullam* ... *non poss.* Lamb. e conjectura, *horam excubare nullam* ... *non poss.* Omnes Mss. præter ψ, habent *exhibere*. Vid. Nott. Varr.—8 '*In hoc ord. esse,* omissis verbis *sententiam dicere,* Junt. et edd. vett. ante Muret. qui cum seqq. præter Grut. locum sanavit e Vat. Ita Grut. *in hoc ord. esse quoad mag. iniret? Sent. dic., quid, &c.*' Orell. Verba *sententiam dicere* non sunt in ψ.—9 Hæc tria verba omittuntur in ψ et edd. vett. ante Faërn.—10 ψ, codd. pleriqne, et edd. vett. ante Muret. omittunt *legati*, non improbante Garaton.

CAP. IV. 1 Vat. Barb. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. post *se* addunt copulativam particulam *et*. Mox pro *malet* ψ exhibet *mallet*.—2 *Dicatur* in

NOTÆ

[x] *Primus in hoc ordine*] Cum esset Brutus consul designatus, primus inter senatores sententiam rogatus est: nam primo consules designati, tum consulares sententiam dicebant.

[y] *Tibur*] Tibur urbs Latii fuit ad Anienem fluvium, condita a Catillo Arcade, ut docet Virgil. Æneid. lib. VII. Nunc *Tivoli*.

Digitized by Google

bare[k] M. Antonius videretur, mortem fratri esse minitatus. Etiamne ab hoc mirmillone Asiatico[z] senatus mandata, legatorum verba audientur? nec enim secerni[l] a fratre poterit, tanta præsertim auctoritate. Nam hic inter illos Africanus est:[a] pluris habetur, quam L. Trebellius;[b] pluris, quam T. Plancus,[3][c] adolescens nobilis. Plancum (qui omnibus sententiis, maximo vestro plausu condemnatus, nescio quomodo se conjecit in turbam, atque ita mœstus rediit, ut retractus, non reversus videretur) sic contemnit,[d] tanquam si illi aqua et igni[e] interdictum sit: aliquando negat ei locum esse oportere in curia,[f] qui incenderit curiam. 11. Nam Trebellium valde jam diligit: oderat tum,

[k] *Vacillare.* [l] *Disjungi.*

ψ. Idem Ms. paulo post exhibet *mirmillione.*—3 '*Plancus*] *Plancius* ψ, Ms. Vat. codd. alii, Junt. Faërn. et Lamb. Emendaverat Ferrar. quem sequuntur Muret. Græv. (nisi quod Græv. errore typographico, *L. Plancus*) Ern. Schutz. et Wernsd. Faërnus adnotavit: 'Antiqua scriptura (Vat.) est, *pluris quam tius* (sic) *Plancius:* deinde, nonnullis interpositis, quæ partim in litura sunt, partim transversis lineis deleta, *cum exiluerit adulescens nobilis Plancum qui omnibus sententiis.* Nos hæc ita legimus: (sicque edidere Faern. et Lamb.) *pluris quam T. Plancius, quam Exitius adulescens nobilis. Plancum* (hoc verbum omittunt ψ et edd. ante Muret. item Grut.) *qui omnibus sent., &c.* De Exitio etiam infra.' Manifestum est verba quædam corrupta sapienter a librariis esse omissa. Sed in illis Vat. vestigiis *exiluerit*, potius quam *Exitius* latet nescio quid de Planci *exilio*. Cf. Phil. XIII. c. 13.' *Orell.*

NOTÆ

[z] *Mirmillone Asiatico*] Loquitur de Antonii fratre, Lucio.

[a] *Inter illos Africanus est*] Ironia: nempe in conventu hominum illorum flagitiosorum qui cum Antonio erant, tanquam Scipio aliquis Africanus habebatur L. Antonius.

[b] *L. Trebellius*] Vir fuit sceleratus Trebellius, qui, cum tuto in urbe esse non posset propter flagitia, et æs alienum, ad Antonium profugerat.

[c] *T. Plancus*] Cum Plancus ille populi judicio damnatus esset, confugit ad Antonium; quo derelicto, iterum Romam clam rediit.

[d] *Sic contemnit*] Quia ille Plancus abiit ab Antonio; a quo sic contemtus est, ut eum tanquam exulem haberet.

[e] *Aqua et igni*] Exulibus aqua et ignis interdici solebat; quarum rerum usu interdicto, quibus vita hominum constat, perinde habebatur, ac si esset, qui eam sententiam exceperat, morte mulctatus: adeo ista duo elementa prima sunt habita, ut nec ortum hominis, nec sine his vitam crediderint posse constare.

[f] *In curia*] Curia locus habendi senatus fuit, quæ arsit, injectis facibus a Planco, cum Julii Cæsaris corpus ambustum est.

Digitized by Google

cum ille tabulis novis adversabatur:[g] jam fert in oculis,[**] postquam ipsum Trebellium[4] vidit sine tabulis novis salvum esse non posse.[h] Audisse enim vos arbitror, Quirites, (quod etiam videre potuistis) quotidie sponsores[i] et creditores[k] L. Trebellii convenire. O fides! [hinc enim puto[5] Trebellium sumsisse cognomen;[l]] quæ potest esse major fides,[m] quam fraudare creditores? domo profugere? propter æs alienum ire[6] ad arma? Ubi plausus[n] ille in triumpho est? sæpe ludis?[7] ubi ædilitas[o] delata summo studio bonorum? Quis est, qui hunc non casu existimet recte fecisse? Nequitia est, scelus est.[8][p] v. 12. Sed redeo

[**] *Amat præcipue.*

—4 Lambinus, e conjectura, delevit verba *ipsum Trebellium.* 'Voc. *Trebellium* potius delendum quam *ipsum.*' Orell.—5 *Hoc enim puto* ψ, Mss. Ferrarii, Manut. Steph. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. et Orell. *hoc puto* Ven. et Junt. *hoc enim opinor* Muret. 'Sine causa Ern. hæc *hoc . . . cognomen* uncis inclusit. Sed incerta omnino est lectio, cum nesciamus quomodo hunc locum exhibeat Vat. In nostra lectione melius esset *sumsit.*' Orell.—6 ψ, Junt. et al. edd. vett. cum Grut. *venire.* Actutum, voc. *ubi* non est in ψ.—7 *Sæpe ludi* ψ et plerique Mss. *spe ludi* ed. Junt.—8 In Ms. Vat. Muret. Faërn. et

NOTÆ

g *Tabulis novis adversabatur*] Cum legem tulisset Antonius de ære alieno obliterando, huic Trebellius, tunc tribunus plebis, intercessit. Tabulæ vero novæ dicebantur, cum æs alienum dissolvebatur, et veteres creditorum tabulæ abolebantur.

h *Sine tabulis novis salvum esse non posse*] Eundem Trebellium modo amat Antonius, quia ipse eget lege, quam de ære alieno obliterando tulerat, et cui quondam ille Trebellius intercesserat.

i *Sponsores*] Sponsores dicebantur qui postea fidejussores dicti sunt; quibus nempe spondentibus pecuniæ cuipiam creduntur, aut aliquid denique promittitur.

k *Creditores*] Creditores accipiuntur pro iis, quibus ex qualibet causa debetur pecunia.

l *Trebellium sumsisse cognomen* [*nomen*] Ostendit tam fraudulentum fuisse Trebellium, ut idem ipsi, et perfidiæ, nomen dari possit: quare ironice loquitur.

m *Major fides*] Ironice pergit.

n *Ubi plausus, &c.*] Non apparet triumphasse Trebellium, cum nullum adhuc magistratum gessisset, in quo triumphum promereri potuisset: unde credibile est eum ironice loqui; vel saltem, quam de illo viri boni conceperant, spem fefellisse, cum tam sceleratus evaserit.

o *Ædilitas*] Ædilitas munus est ædilis, cujus erat ædificia publica et ludos curare.

p *Nequitia est, scelus est*] Delusit ille Trebellius viros bonos, qui, si quid recte, sane casu et fortuito fecit: nam natura sua, ut modo patet, totus scelere et malitia conflatus est.

Digitized by Google

ad amores[q] deliciasque nostras,[9] L. Antonium, qui vos omnes in fidem[*] suam recepit. Negatis? num quispiam est vestrum, qui tribum non habeat? certe nemo. Atqui illum quinque et triginta tribus[r] patronum adoptarunt. Rursus reclamatis?[s] Aspicite a sinistra illam[10] equestrem statuam inauratam, in qua quid inscriptum est? 'Quinque et triginta tribus patrono.' Populi Romani igitur[1] est patronus L. Antonius? malam quidem illi pestem![t] Clamori enim vestro assentior. Non modo hic latro, (quem clientem habere nemo velit) sed quis unquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se populi Romani, victoris dominique omnium gentium, tutorem[2] dicere auderet? 13. In foro L. Antonii statuam videmus, sicut illam Q. Tremuli,[3][u] qui Hernicos[x] devicit, ante Castoris.[y] O impudentiam incredibilem! tantumne sibi sumsit, quia Mylasis mirmillo[4][z]

[*] *Tutelam.*

Oliv. cum asteriscis, *nequitia est scelere:* in Junt. ed. *nequitia scelus est:* Faërnus suspicabatur *nequitia excellere:* Lamb. conjecit ita legendum: *fecisse, qui nequitia et scelere ita excellat:* Garaton. in mentem venit *nequitia est scelere conjuncta.*

Cap. v. 9 Vat. Muret. et Faërn. *vestras.* Mox *num quisnam* in ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell.—10 *Illam a sinistra* Vat. et Faërn.—1 In Lamb. ed. *patrono populi Romani. Populi Romani igitur, &c.* In edd. vett. nonnullis hic locus ita distinguitur: *Quinque et trig. trib. patrono pop. Romani. Igitur.*—2 *Patronum* in ψ, Ms. Vat. Muret. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell.—3 *Q. Tremellii* Vat. Muret. Faërn. et Lamb. *Q. Trebellii* ψ et ed. Ven. *Q. Tremulli* ed. Mannt. Paulo infra Muret. legit *Ernicos.* Deinde in ψ est *Castros.*—4 *Quia milassis mirmillionem* in ψ: *quia milassis myrmillonem* in edd. vett. quibusdam. Deinde Orell. scripsit *Thræcem* de Garatonii mo-

NOTÆ

q *Amores*] Ironia.

r *Quinque et triginta tribus*] L. Antonius erigi sibi statuam curaverat, cui inscripserat, 'L. Antonio, patrono populi Romani, quinque et triginta tribus posuere.'

s *Rursus reclamatis*] Reclamavit populus, negans adoptatum fuisse tanquam patronum suum.

t *Malam illi pestem*] Imprecatio.

u *Q. Tremuli*] Ante ædem Castoris, teste Plinio, Q. Marci Tremuli, sive Tremellii, statua equestris erecta fuit, qui Samnitas devicerat, captaque Anagnia, populum stipendio liberaverat. Vide etiam Liv. lib. IX.

x *Hernicos*] Hernici populi Campaniæ sunt, loca saxosa incolentes, unde nomen acceperunt; nam 'herna' Sabini saxa nuncupant, ut Festus ait.

y *Ante Castoris*] Subauditur 'ædem.'

z *Mylasis mirmillo*] Vide Phil. v. § 20. not.

Digitized by Google

Thracem jugulavit,[a] familiarem suum? Quonam modo istum ferre possemus, si in hoc foro, spectantibus vobis, depugnasset? Sed hæc una statua.[b] Altera ab[5] equitibus[c] Romanis, equo publico; qui item ascribunt, 'Patrono.' Quem unquam iste ordo patronum adoptavit? [p. 208.] si quenquam, debuit me: sed me omitto. Quem censorem?[d] quem imperatorem?[e] 14. Agrum bis[6] divisit.[f] O sordidos,[*] qui acceperint! improbum, qui dederit! Statuerunt etiam tribuni militares, qui in exercitibus Cæsaris duobus fuerunt.[7] Quis est iste ordo? multi fuerunt multis in legionibus[g] per tot annos. His[8] quoque divisit Semurium.[h] Campus Martius restabat, nisi prius cum fratre

* *Avaros.*

nitu: *Tracem* Ms. Vat.—5 ψ, Vat. Ven. Junt. et Faërn. omittunt præpositionem *ab*. Ed. Hervag. *altera de eq.* ed. Naug. *at altera ab eq.* 'Mss. Ferrarii *altera EQQ. R.* id est *equitum Romanorum.*' Orell. Verba *equo publico* suspecta sunt Ern.—6 In Ms. Ven. Junt. Muret. Oliv. et Orell. legitur *iis:* in ψ *is.* Deinde Ern. e conjectura, cum Schutz. et Wernsd. *acceperint:* ceteri *acceperunt.*—7 '*Qui in exercitu Cæsaris II fuerunt*] Sic dedi de Garaton. sententia; nisi quod pro *bis*, ut volebat ille, posui notam *II*. *Bis* aliquoties est in Inscriptt. serioris temporis pro *iterum*, uti apud Ciceronem efferendum est.' *Orell.* *Qui in exercitu Cæsaris duo bis fuerunt* Ald. Naug. Junt. Cam. et Gryph. quam lectionem secuti sunt ψ, Ms. Vat. Barb. Rom. Ven. et Lamb. nisi quod pro *duo bis* habent *duobus*. Vett. codd. quidam neque *duobus* neque *duo bis* exhibent.—8 *Iis* Ms. Ven. Junt. Muret. et Orell. *His* ceteri. Paulo infra, Lamb. e conjectura Ferrarii, dedit *Remurium:* ipse

NOTÆ

[a] *Thracem jugulavit*] Quidam gladiatores Thraces appellati sunt, qui videlicet contra mirmillonem depugnabant.

[b] *Sed hæc una statua*] Id est, loquimur tantum de hac una statua equestri.

[c] *Altera ab equitibus*] Id est, sed altera est, quam equites illi L. Antonio erexerunt.

[d] *Quem censorem, &c.*] Subauditur 'adoptarunt.' Certe potius censorem sibi adoptassent patronum, quia penes censores fuit equites et senatores in suos ordines legere.

[e] *Quem imperatorem*] Subauditur iterum 'adoptarunt.' Hunc sane libentius ducem, quam Antonium sequerentur.

[f] *Agrum bis divisit*] Occupatio: quærit nempe, num iis agrum aliquem diviserit, quo benevolentiam equitum sibi devinciret.

[g] *Multi fuerunt multis in legionibus*] Quælibet legio duos habuit tribunos militares: minorem alterum, qui cohorti quingenariæ præerat; alterum majorem, qui millenariæ.

[h] *Semurium*] Semurium campus fuit Romæ vicinus, in quo erat templum Apollini consecratum.

Digitized by Google

fugisset. Sed hæc agrorum assignatio paulo ante, Quirites, L. Cæsaris,[i] clarissimi viri, et præstantissimi senatoris, sententia dissoluta est: huic enim assensi, septemvirum acta sustulimus. Jacent[p] beneficia Nuculæ:[k] friget patronus Antonius. Nam possessores[l] animo æquiore discedent:[9] nullam impensam fecerunt: nondum instruxerunt,[10] [m] partim quia non confidebant, partim quia non habebant. 15. Sed illa statua palmaris,[q] de qua, si meliora tempora essent, non possem sine risu dicere: 'L. Antonio, Jani Medii[1] [n] patrono.' Itane? Janus medius in L. Antonii clientela sit? quis unquam[2] in illo Jano inventus est, qui L. Antonio[o] mille nummum[p] ferret expensum?[q] VI. Sed nimis multa de nugis: ad causam bellumque rede-

p *Irrita sunt.* q *Triumphalis.*

postea improbavit.—9 ⱶ *descendent.*—10 Ita e conjectura Ern. Schutz. et Wernsd. omnes alii *fecerant: nondum instruxerant.*—1 Ms. Vat. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *a Jano medio:* ⱶ, Ven. Junt. et Wernsd. in ed. min. *Jano medio*, sine præpositione. Actutum, pro *Itane* in ⱶ est *Ita in eam.* Tum Gellius, hæc recitans, Noct. Att. I. 16. habet *clientela est.*—2 *Qui unquam* Macrob. Sat. I. 5.

NOTÆ

i *L. Cæsaris*] Lucius Cæsar utriusque hujus Antonii avunculus fuit, qui etiam acta Antonii et septemvirum rescindenda esse judicavit.

k *Nuculæ*] Nucula unus ex satellitibus fuit Antonii, cui ab eo ager divisus est.

l *Possessores*] Illos intelligit, quibus L. Antonius agros divisit.

m *Nondum instruxerunt*] Qui villam aut agrum habet, ea instrumentis necessariis instruit.

n *Jani Medii*] Janus Medius ea pars fori dicebatur, in qua consistebant fœneratores, argentarii, negotiatores. Medius autem dictus est a Jani bifrontis basilica, quæ in medio foro olim a Paulo Æmilio mille et quingentis talentis exstructa est.

o *L. Antonio, &c.*] Tam male audiit apud argentarios et negotiatores L. Antonius, ut ne ullus quidem inveniri possit, qui ei mille nummos mutuaret, quia fallere et decoquere ei familiare fuit.

p *Mille nummum*] Mille substantive sumitur pro mille nummorum. Sic apud Aulum Gellium, lib. I. cap. 16. ex Quadrigario in tertio Annalium refertur, 'Ibi occiditur mille hominum,' non *occiduntur.* Et apud Ciceronem, in Orat. pro Milone, 'Facile mille hominum versabatur.'

q *Ferret expensum*] Expensum ferre, est in tabulas redigere, et scribere quam pecuniæ summam alteri mutuam damus.

Digitized by Google

amus: quanquam non alienum fuit, personas quasdam a vobis recognosci; ut, quibuscum bellum gereretur, possetis taciti judicare.[3]

Ego autem vos hortor, Quirites, ut etiamsi melius aliud fuit,[r] tamen legatorum reditum expectetis animo æquo. Celeritas detracta de causa est: boni tamen aliquid accessit ad causam. 16. Cum enim legati renuntiarint, (quod certe renuntiabunt) non in vestra potestate, non in senatus esse Antonium; quis erit tam improbus civis, qui illum civem habendum putet? Nunc enim[4] sunt, (pauci illi quidem,[s] sed tamen plures, quam republica dignum est) qui ita loquantur:[t] 'Ne legatos quidem expectabimus?' Istam certe vocem, simulationemque clementiæ, extorquebit[r] iis[5] res ipsa publica. Quo etiam (ut confitear vobis, Quirites) minus hodierno die contendi, minus laboravi, ut mihi senatus assentiens tumultum decerneret, saga sumi juberet. Malui viginti diebus[6] post sententiam meam laudari ab omnibus, quam a paucis hodie vituperari. 17. Quapropter, Quirites, expectate legatorum reditum, et paucorum dierum molestiam devorate. Qui cum redierint, si pacem afferent, cupidum[s][7] me; si bellum, providum judicatote. An ego non provideam meis civibus? non dies noctesque de vestra libertate, de reipublicæ salute cogitem? Quid enim non debeo vobis, Quirites, quem vos, a se ortum,[8][u] hominibus nobilissimis, omnibus honoribus,

[r] *Auferet.* [s] *Cæcum.*

CAP. VI. 3 Ms. Vat. Muret. Faërn. et Orell. *possetis taciti cogitare:* Junt. et edd. vett. *possitis taciti cogitare.*—4 ψ *Num enim:* cod. Barb. *Nunc autem.* Mox in ψ *respublica.*—5 Ms. Vat. Faërn. Lamb. et Orell. *istis.* Paulo infra, Muret. et Garaton. delendum censent voc. *publica:* in Ms. Vat. est *P.* Orellius uncis inclusit.—6 Mss. nonnulli *XXX diebus.*—7 '*Cupidum*] *Stupidum* fortasse legendum, vel *timidum*, ut mavult Ant. Augustinus.' *Ur-*

NOTÆ

[r] *Melius aliud fuit*] Melius fuit non mittere legatos, sed statim bellum contra Antonium gerere.

[s] *Pauci illi quidem*] Tres scilicet præcipui, Piso, Salvius, et Calenus legati ad Antonium profecti erant.

[t] *Ita loquantur*] Per prosopopœiam eos arguit qui pro Antonio loquuntur.

[u] *A se ortum*] Fatetur Cicero, se

Digitized by Google

prætulistis? An ingratus sum? quis minus? qui, partis honoribus, eosdem gesserim[t] in foro[9] labores, quos in petendis. Rudis in republica?[x] quis exercitatior, qui viginti jam annos bellum geram cum impiis[10] civibus?[y] VII. 18. Quamobrem, Quirites, consilio, quantum potero, labore, plus pæne, quam potero, excubabo[z] vigilaboque pro vobis. Etenim quis est civis,[1] (præsertim hoc gradu,[a] quo me vos esse voluistis) tam oblitus beneficii vestri, tam immemor patriæ, tam inimicus dignitatis suæ, quem non excitet, non inflammet tantus iste vester[2] consensus? Multas magnasque habui consul conciones; multis interfui: nullam unquam vidi tantam, quanta nunc vestra est.[3] Unum sentitis omnes, unum studetis, M. Antonii conatum avertere a republica, furorem exstinguere, opprimere audaciam: idem volunt omnes ordines: eodem incumbunt municipia, coloniæ, cuncta Italia. Itaque senatum, sua sponte bene firmum,[4] firmiorem vestra auctoritate fecistis. 19. [p. 209.] Venit tempus, Quirites, serius omnino quam dignum populo Romano fuit,[5] sed tamen ita maturum, ut

[t] *Sustinuerim.*

sinus.—8 *A se hominem ortum* in ed. Muret.—9 Sic Ern. e conjectura, cum Schutz. *in foro gessi* Ms. Vat. Faërn. et Græv. *gessi in foro* Junt. Muret. Lamb. et Wernsd. Deinde *quos petendis* Ms. Vat. Muret. Faërn. et Orell.—10 *Improbis* Mss. plerique, Junt. Faërn. et Lamb.

CAP. VII. 1 *Cujus* in ψ. Mox ψ, cod. Barb. Junt. et Muret. habent *dignitati.*—2 *Vester iste* Ms. Vat. Faërn. Lamb. et Orell.—3 *Quanta nunc vestrum est* Mss. Vat. et alii, cum edd. Muret. Faërn. et Orell. *quantam nunc vestrum est* ψ. Mox in ψ et ed. Muret. est *conatus.*—4 *Sen. bene sua sponte firmum* Ms. Vat. Muret. Faërn. Græv. et Orell. Ms. Lang. *bene* non habet. Paulo infra verbum *Quirites* non est in *v*, Mss. Græv. Franc. Colon. et Amsterod.—5 *Re p. fuisset* in *v*: *r. p. fuit* in Ms. Græv. *reip. fuit* in Ms. Franc.

NOTÆ

hominem novum nullum a majoribus suis honorem obtinuisse, sed a republica.

[x] *Rudis in repub.*] Testatur se non imperitum fuisse rerum gerendarum, quæ ad reipublicæ administrationem pertinent.

[y] *Impiis* [*improbis*] *civibus*] Inter improbos illos cives potissimum extitere Catilina, Clodius, et nunc Antonius.

[z] *Excubabo*] 'Excubare' de nocte dicitur, 'vigilare' vero de die.

[a] *Hoc gradu*] Consularem dignitatem intelligit, quam obtinuerat.

Digitized by Google

differri jam hora 6 non possit. Fuit aliquis fatalis casus,[b] ut ita dicam, quem tulimus, quoquo modo 7 ferendus fuit: nunc, si quis erit, erit voluntarius.[c] Populum Romanum servire fas non est, quem Dii immortales omnibus gentibus 8 imperare voluerunt. Res in extremum est adducta discrimen. De libertate decernitur. Aut vincatis oportet, Quirites, (quod profecto et pietate vestra, et tanta concordia consequemini) aut quidvis potius, quam serviatis. Aliæ nationes servitutem pati possunt; populi Romani res 9 est propria libertas.

—6 *Horam v*, ut volebat Grævius.—7 *Quomodo* in *v*. Actutum *populo Romano* ed. Muret.—8 Verbum *gentibus* omittitur in *v*, Barb. 1. 2. edd. Rom. Ven. et Junt. Paulo post, in Mss. Franc. et Amsterod. non habetur *Quirites*.—9 Voc. *res* non est in Ms. Vat. Junt. Faërn. et Orell. neque in Lamb. qui dedit *propria est:* in Pal. 2. et Ms. Græv. scribitur *p. r. res est propria*.

NOTÆ

[b] *Fatalis casus*] Intelligit nimiam Julii Cæsaris potentiam, qua summum sibi in repub. dominatum vindicavit.

[c] *Erit voluntarius*] Voluntarie servient Romani Antonio, si imminentem a suis cervicibus propellere nolint: quare turpior erit illa servitus.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA SEPTIMA.

ORATIO XLIX.

ARGUMENTUM.

Cum senatus de Appia Via et de Moneta a consule Pansa, de Lupercis autem a trib. pl. consultus esset, Cicero, egressus relationem, contra eos dicere aggressus est, qui in omnibus sermonibus pacem laudabant, et bello anteponebant, eo consilio, ut si (quæ suspicio erat) paulo duriora responsa referrent ab Antonio legati, mitius acciperentur; eosque accusat, tanquam minime populares, et hosti patriæ faventes. Negat autem de pace esse cogitandum, quia non modo turpis sit et periculosa, sed etiam plane non possit esse. Denique hortatur consulem, universumque senatum, ut reipublicæ salutem omnibus rebus anteponant; neque Antonium, quem inclusum et pæne constrictum teneant, elabi e manibus patiantur, sed rempubl. in perpetuum metu et periculo liberent.

I. 1. Parvis de rebus, sed fortasse necessariis, consulimur,[a] patres conscripti.[1] De Appia Via,[a] et de Moneta,[b]

[a] *Deliberamus.*

CAP. I. 1 Verba *sed fortasse necessariis cons., patres conscr.* absunt a Ms. Grævii. Pro *Appia* in *v propria* legitur. Mox, *tribuni plebis referunt* Mss.

NOTÆ

[a] *Appia Via*] Dictum est Orat. pro Milone, § 13.

[b] *De Moneta*] Per Monetam, Junonem videtur intelligere, quæ Mone-

Digitized by Google

consul; de Lupercis [c] tribunus plebis refert: quarum rerum etsi facilis explicatio [b] videtur, tamen animus aberrat [c] a sententia,[2] suspensus [d] curis majoribus. Adducta est enim, patres conscripti, res in maximum periculum, et extremum [3] pæne discrimen. Non sine causa legatorum istam [4] missionem semper timui, nunquam probavi: quorum reditus quid sit allaturus, ignoro: expectatio quidem quantum afferat languoris animis, quis non videt? Non enim se tenent [e] ii,[d] qui senatum dolent ad auctoritatis pristinæ spem reviviscere,[5] [e] conjunctum huic ordini [f] populum Romanum, conspirantem [f] Italiam, paratos exercitus, expeditos duces.[g] 2. Jam nunc fingunt [6] responsa Antonii, eaque defendunt. Alii, postulare illum,[h] ut omnes exercitus dimittantur. Scilicet legatos ad eum misimus, non ut pareret, et dicto audiens esset huic ordini, sed ut conditiones ferret,[g] leges imponeret,[7] reserare [h] nos exteris gentibus

[b] *Expeditio.* [c] *Alienatur.* [d] *Anxius.* [e] *Temperant sibi.* [f] *Concordem.* [g] *Imponeret.* [h] *Aperire.*

nonnulli et edd. ante Manut.—2 Verba *a sententia* Ernesto suspecta sunt.—3 Muretus, Faërnus, Lamb. Oliv. Lall. *et in extr.*—4 In Vat. deest *istam.*—5 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Schutz. Wernsdorf. et Orell. *revirescere.*—6 Edd. vett. paucæ *Jam non fing.* Mox, *eademque defendunt* Barb. 1. 2. et edd. vett. nonnullæ. In *v* non leguntur verba *Antonii . . . legatos.*—7 In *v*, Colon. et Ms. Grævii omittuntur voces *leges imponeret.* Muret. habet *leges*

NOTÆ

ta a monendo dicta est: cum enim non multo ante urbem captam a Gallis, terræ motus factus esset, ferunt, vocem extitisse e Junonis templo, quod erat in arce, ut de sue plena fieret procuratio. Consul autem de illius sacris celebrandis referebat.

[c] *De Lupercis*] Lupercal locus fuit, ubi Romulus et Remus educati sunt, ubi postea Lupercalia instituta sunt; de quibus dictum est Phil. II. § 84. not.

[d] *Ii*] Piso et Calenus perstringuntur, qui favebant in primis Antonio.

[e] *Spem reviviscere* [*revirescere*] Metaphora sumta a plantis, quæ post hyemem pullulant et revirescunt. Tangit autem Caii Julii Cæsaris potentiam, quo opprimi visa est respub. quæ modo ad pristinam dignitatem redire incipit.

[f] *Huic ordini*] Populus conspirabat in Antonium, cum senatu.

[g] *Expeditos duces*] Brutum, et Octavium Cæsarem intelligit.

[h] *Postulare illum*] Utitur hoc verbo ad invidiam Antonii: 'postulo' enim verbum est imperatorum, qui pro suo jure aliquid sibi concedi petunt.

Digitized by Google

Italiam juberet; se præsertim incolumi, a quo majus periculum, quam ab ullis nationibus extimescendum est. Alii, remittere [i] eum nobis Galliam citeriorem; illam ultimam [k] postulare. Præclare: [1] 3. ex qua non legiones solum, sed etiam nationes, ad urbem conetur adducere. Alii, nihil eum jam nisi modestum [8] postulare. Macedoniam suam vocat omnino, quoniam Caius frater [k] est inde [9] revocatus. [*p.* 210.] Sed quæ provincia est,[l] ex qua illa fax excitare non possit incendium? Itaque iidem, quasi providi cives, et senatores diligentes, bellicum me cecinisse [m] dicunt. Suscipiunt pacis [10] patrocinium,[l] qui sic disputant: 'Irritari Antonium non oportuit: nequam est homo ille, atque confidens: [m] multi præterea improbi:' (quos quidem a se primum numerare possunt, qui hæc loquuntur [1]) eos cavendos esse denuntiant. Utrum igitur in nefariis civibus

[i] *Concedere.* [k] *Ulteriorem.* [l] *Defensionem.* [m] *Audax.*

imponerent. Tum, *v* ψ *reservare nos,* et ψ *Italiam jubere.*—8 *Modesti* ψ, Junt. Faërn. Lamb. Grut. *modeste* Vat. Muret. Græv. Oliv. Wernsdorf. et Orell. —9 Vat. non agnoscit *inde.* Mox, *posset incend.* ψ, Junt. Grut. Postea, pro *senatores* Teeg. exhibet *isinatores;* Græv. et Lall. e Ms. Colon. receperunt *fœneratores.* In Ms. Lang. legitur, *Idem quasi provendicius esset in senatores:* alii ap. Ferrar. *provetlicius esset hii senatores:* liber Marcelli Cervini Cardinalis ap. eund. *P. R. vindicius esset hi cives:* Ms. Grævii *idem quasi provenditiis hii cives:* Colon. *quasi providi cives et feneratores diligentes:* Franc. *idem quasi P. Ventidius esset hi:* Amster. *quasi p. r. mirvicius esset: v idem quasi proventus esset hi.* Pro *providi cives* Barb. 1. 2. habent *P. R.* Ferrarius conjecit legend. *iidem quasi P. R. vindices essent, hi cives:* Garaton. legi maluit *quasi non R. P. vindices, sed feneratores diligentes.*—10 Pro *pacis* Mss. nonnulli, Junt. Faërn. Lamb. Grut. exhibent *partis;* Vatic. Muret. *ut patris.* Deinde, *patrocinium. Nonne sic disputant* ψ, Vatic. Muretus, Græv. Oliv. Lall. Wernsdorf. et Orell. In Ms. Colon. *patrocinium, qui sic* (suprascr. *nōne sic*) *disputant.* Pro *irritari* in Ms. Vatic. legitur *irritatu;* unde Faërn. Lamb. et Orell. dederunt *irritatum.*—1 ψ *qui hoc loq.* Tum, Junt. et Muret. *eos esse*

NOTÆ

[1] *Præclare*] Ironia.

[k] *Quoniam C. frater*] Rationem contra Antonium, ex ipsius ratione conficit; quia enim jam frater ejus Caius Antonius provinciam Macedoniam occupavit, ideo ipsi non est committenda.

[l] *Sed quæ provincia est*] Idcirco negat, hanc provinciam esse dandam Antonio, quia revera nulla est, ex qua bellum non possit contra rempublicam excitare.

[m] *Bellicum me cecinisse*] Proverbium. Bellicum autem sonus est quidam et tubæ clangor, quo ad bellum excitantur milites.

Digitized by Google

ulciscendis, cum possis, an pertimescendis,[2] diligentior cautio est?[m] II. 4. Atque hæc illi loquuntur,[3] qui quondam propter levitatem populares[n] habebantur. Ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse[o] semper ab optimo civitatis statu, non voluntate fuisse populares. Qui enim convenit,[4] ut, qui in rebus improbis populares fuerint, iidem in re una[o] maxime populari, quod eadem salutaris populo Romano sit, improbos se, quam populares, esse malint? Me quidem, semper (ut scitis[5]) adversatum multitudinis temeritati, hæc fecit præclarissima causa[p] popularem. 5. Et quidem dicuntur, vel potius iidem se ipsi dicunt[6] consulares;[q] quo nomine dignus est nemo, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere.[r] Faveas tu hosti?[s] literas tibi ille mittat[7] de sua spe rerum secun-

[m] *Diligentius cavetur.* [o] *Alienos fuisse.*

cav.—2 Vatic. *ulciscendi, cum possis, an pertimiscendi*, prob. Garaton. Pro vocibus *cum possis*, quæ in ψ desunt, *v* exhibet *non pavescendis.* Statim, *v* ψ, Colon. Franc. Græv. Amst. et edd. Med. Ascens. Crat. *diligentior causa est*.

Cap. II. 3 Vat. Faërn. Lamb. et Orell. *Atque hæc ii loq.* Tum, ψ *propter lenitatem.* Pro *habebantur* Mss. nonnulli cum Grut. *appellabantur.*—4 *Venit* Teeg. *evenit* Vat. Faërn. Muret. Mannt. Lamb. Græv. Mox, *salutaris reipublicæ sit* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsdorf. et Orell. *salutaris r. p. sit* Colon.—5 Faërn. Muret. Lamb. et Orell. *ut scitis.* Tum, Vat. *adversarium mult. tem., hæc fecit adversatum præcl.*—6 *Potius se ipsi dic.* Vat. Faërn. Lambin. Mannt. Græv. Warnsdorf. Orell. *potius iidem ipsi idem dic.* *v* ψ: *potius iidem ipsi se dic.* Junt. Muret. Grut. Oliv. Mox, *nemo est dignus* Junt. Muret. Græv.—7 *v hostiliter. Fac tibi mittat:* Ms. Grævii *hostiliter sat tibi ille mittat:* Naug. Cam. Gryph. *hosti? literas ad te ille mittat:* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *hosti? ille literas ad te mittat.* Deinde, *rerum suarum secund.* ψ: *rerum secund.*

NOTÆ

[n] *Populares*] Appellantur populares, qui populo favent.

[o] *In re una*] Carpit eos, qui in Antonio defendendo se populares dicunt; quia ipse Antonius minime populo gratus est.

[p] *Præclarissima causa*] Præclarissima causa esse dicitur, quæ cum laude et gloria conjuncta est, qualis illa est Antonium bello persequendi.

[q] *Se dicunt consulares*] Pisonem perstringit, qui, quanquam consularis, tamen Antonio, improbissimo civi, favet, cui adversari potius debuit.

[r] *Tanti honoris nomen potest sustinere*] Sustinetur nomen consulare patriæ defensione.

[s] *Faveas tu hosti*] A conglobatis ita probat, Pisonem non sustinere nomen viri consularis, ut etiam eum per criminationem insectetur.

Digitized by Google

darum? eas tu lætus proferas? recites? describendas etiam des improbis civibus? eorum[8] augeas animos? bonorum spem virtutemque debilites? et te consularem, aut senatorem,[t] aut denique civem putes? Accipiet in optimam partem C. Pansa,[u] fortissimus consul atque optimus: etenim dicam animo amicissimo: hunc ipsum, mihi[9] hominem familiarissimum, nisi talis consul esset, ut omnes vigilias, curas, cogitationes in reipublicæ salute[10] defigeret, consulem non putarem. 6. Quanquam nos ab ineunte illius ætate[1] usus, consuetudo, studiorum etiam honestissimorum societas, similitudoque devinxit;[2] ejusdemque cura incredibilis, in asperrimis belli civilis periculis perspecta, docuit non modo salutis, sed etiam dignitatis meæ fuisse fautorem;[3] tamen eundem, (ut dixi) nisi talis consul esset, negare esse consulem auderem. Idem non modo consulem esse dico, sed etiam memoria mea præstantissimum atque optimum consulem; non, quin pari virtute[4] et voluntate alii fuerint; sed tantam causam non habuerunt, in qua et

suarum nonnulli ap. Ferrar.—8 Pro *eorum v* ψ, Barb. 1. 2. Rom. Ven. 1483. habent *forum*. In Colon. et Ms. Grævii legitur, *forum augeas furorem? animos bonorum, spem virtutemque deb.* et sic ed. Mureti, nisi quod *eorum* exhibet. Franc. *recites describendos. et jam des improbis civibus ferrum. augeas animos, bonorum, &c.* In ed. Gryph. dedit Ferrettus, *eorum furorem augeas? augeas eorum animos.* Postea, Vat. Faërn. Lamb. Muretus, Wernsd. et Orell. omittunt *aut* ante *denique*. Porro, *v* caret præpositione ante *optimam*.—9 In *v* deest *mihi*.—10 *v reip. salutem*, sine præpositione. Deinde, *configeret* Pall. et alii Mss. cum Junt. et Grut. *conficeret* legend. suspicabatur Gulielm.—1 Al. *ætate illius*.—2 *Conjunxit v*, Lang. Faërn. Junt. Gryph. Manut. Car. Steph. et Lamb. *conjungat* ψ, Colon. Barb. 1. 2. et Barbador. *conjunxerit* edd. pleræque ante Manut. Tum, *ejus denique curam incredibilem* Mss. pauci et edd. vett. *ejusdemque curam incredibilem* alii. Paulo post, pro *perspecta docuit v* ψ, Faërn. et edd. vett. habent *perspexi*.—3 In iisdem non leguntur verba *esse fautorem*. Pro *fautorem* in Ms. Vat. *factorem*.—4 Grævii Ms. *neque*

NOTÆ

[t] *Et te consularem, aut senatorem*] Ita concludit in Pisonem, ut non modo eum non esse vere consularem, sed ne senatorem quidem et civem esse probet; quia senatoris est bene sentire de patria, et civis ejus utilitati prospicere; a quibus alienus est maxime, cum hosti reipublicæ favet.

[u] *C. Pansa*] Tunc temporis consul erat Pansa, qui in urbe res gerebat, dum ejus collega Hirtius Mutinæ obsideretur ab Antonio.

Digitized by Google

virtutem et voluntatem suam [5] declararent. 7. Hujus magnitudini animi, gravitati, sapientiæ, tempestas [p] est oblata formidolosissimi temporis. Tum autem illustratur consulatus, cum gubernat [6] rempublicam, si non optabili, at necessario tempore: [x] magis autem necessarium, patres conscripti, nullum tempus unquam fuit.

III. Itaque ego ille, qui semper pacis auctor [7] fui, cuique pax, præsertim civilis, quanquam omnibus bonis, tamen [8] in primis fuit optabilis, (omne enim curriculum industriæ nostræ,[9] in foro,[y] in curia,[z] in amicorum periculis propulsandis elaboratum est: hinc honores amplissimos, hinc mediocres opes, hinc dignitatem, si quam habemus, consecuti sumus) 8. ego itaque [10] pacis, ut ita dicam, alumnus, qui, quantuscumque sum, (nihil enim mihi arrogo) sine pace civili certe non fuissem, (periculose dico: quemadmodum accepturi, patres conscripti, sitis, horreo: sed pro mea perpetua cupiditate vestræ [1] dignitatis retinendæ [q] et augendæ, quæso, oroque vos, [patres conscripti,[2]] ut primo, si erit vel acerbum auditu, vel incredibile, a M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione, quod dixero; neve id prius, quam,[3] quale sit, explicavero, repudietis) ego ille, (dicam sæpius) pacis semper laudator, semper auctor, pacem cum M. Antonio esse nolo. [*p.* 211.] Magna spe ingredior in reliquam ora-

[p] *Perturbatio.* [q] *Conservandæ.*

pari virt. *v ψ*, et alii ap. Græv. cum Junt. et Muret. *non quia pari virt.*—5 Vat. Faërn. Lamb. *et vol. suam et virt.*—6 Vat. et Muret. *gubernavit.* Mox, Colon. *optali;* et *v*, Colon. Ms. Grævii *ac necessario.*

CAP. III. 7 Junt. et Muret. *auctor pacis.*—8 Ante *tamen* *v ψ*, Junt. Grut. addunt *mihi.*—9 *v nostro.*—10 Vat. *igitur.*—1 Idem *nostræ.*—2 Schutz. et Wernsd. de sententia Ernesti deleverunt voces *patres conscripti.* Pro verbis *si erit* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. habent *etsi erit.* Mox, verba *a M. Cicerone esse dictum* Ernesto suspecta erant.—3 In *v* deest *quam.*

NOTÆ

[x] *Necessario tempore*] Necessarium illud tempus est, cui revera necessario providendum est propter reipublicæ perturbationes.

[y] *In foro*] Causæ aguntur in foro.

[z] *In curia*] In curia sententiæ dicuntur, et deliberatur de republica.

Digitized by Google

tionem, patres conscripti, quoniam periculosissimum locum silentio sum prætervectus.[4] 9. Cur igitur pacem nolo? quia turpis est, quia periculosa, quia esse non potest. Quæ tria dum explico, peto a vobis, patres conscripti, ut eadem benignitate, qua soletis, verba mea [5] audiatis.

Quid est inconstantia, mobilitate, levitate,[6] cum singulis hominibus, tum vero universo senatui, turpius? quid porro inconstantius, quam, quem modo hostem,[7] non verbo, sed re, multis decretis, judicaritis, cum hoc subito pace velle conjungi? 10. Nisi vero,[8] cum C. Cæsari [a] meritos illi quidem honores et debitos, sed tamen singulares et immortales decrevistis, unam ob causam, quod contra M. Antonium exercitum comparavisset,[9] non hostem Antonium judicastis; nec tum hostis est a vobis judicatus Antonius, cum laudati auctoritate vestra veterani milites,[b] qui Cæsarem secuti essent; [nec tum hostem Antonium judicavistis,] cum fortissimis legionibus, quod illum, qui consul appellabatur, cum esset hostis, reliquissent, vacationes,[10] pecunias, agros spopondistis. IV. 11. Quid? cum Brutum,[c] omine [r] quodam [1] illius generis et nominis, natum ad rempublicam liberandam, exercitumque ejus pro libertate populi Romani bellum gerentem cum Antonio, provinciamque fidelissimam atque optimam, Galliam, laudibus

[r] *Fato.*

—4 *v sim præteriturus.*—5 Vat. Muret. Faërn. et Orell. *mea verba.*—6 Vat. et Faërn. *levitate, mobilitate.*—7 *v ad hostem.* Mox, *judicavistis v* ψ, Junt. Grut. Postea, *pacem v,* Vat. Pal. 2. Car. Steph. Muret. et Orell. Denique, Pal. 2. *conjungitur.*—8 *v* ψ, Junt. Grut. *Quasi vero.* Tum, Vat. *merito,* et Junt. cum Muret. *quidem illi hon.* Paulo post, *immort. et sing.* Junt. Muret. —9 *v paravisset.* Deinde, ψ *judicaveritis.* Verba *nec tum hostem Ant. judicavistis* delevit Schutzius, de sententia Ernesti.—10 *v vocationes.*

CAP. IV. 1 *v hominem quendam:* ψ, Colon. Franc. Barbador. Ms. Grævii, et edd. vett. nonnullæ *hominem quondam:* Vat. *homine quodam:* Gryph. *omen*

NOTÆ

[a] *C. Cæsari*] Octavium Cæsarem intelligit.

[b] *Veterani milites*] Loquitur de legione quarta et Martia, quæ Antonium deseruerunt, et Cæsarem secutæ sunt; de quibus in superioribus orationibus.

[c] *Cum Brutum*] De hoc quoque sæpius in aliis orationibus.

Digitized by Google

amplissimis affecistis, tum non hostem judicastis Antonium? Quid? cum decrevistis, ut consules,[2] alter ambove, ad bellum proficiscerentur; quod erat bellum, si hostis Antonius non erat? 12. Quo igitur[3] profectus est vir fortissimus, meus collega et familiaris, A.[4] Hirtius consul? at qua imbecillitate! qua macie![d] Sed animi vires corporis infirmitas non retardavit. Æquum, credo, putavit, vitam, quam populi Romani[5] votis[e] retinuisset, pro libertate populi Romani in discrimen adducere. 13. Quid? cum delectus[6] haberi[s] tota Italia jussistis, cum vacationes[t] omnes sustulistis, tum ille hostis non est judicatus? Armorum officinas[f] in urbe videtis: milites cum gladiis sequuntur consulem:[7] præsidio sunt, specie, consuli;[g] re et veritate, nobis: omnes, sine ulla recusatione, summo etiam cum studio, nomina dant:[u][8] parent auctoritati vestræ: non est judicatus hostis Antonius? At legatos misimus. 14. Heu, me miserum! cur senatum cogor, quem laudavi semper, reprehendere? Quid? vos censetis, patres conscripti, legatorum missionem populo Romano[9] probavisse? non intelligitis, non auditis, meam sententiam flagitari?[h]

[s] *Colligi milites.* [t] *Immunitates.* [u] *Conscribuntur.*

quoddam. Tum, Faërn. *istius gen.*—2 *Consul* ψ, Vat. Barb. 1. Mss. Pariss. Rom. Ven. 1483. Junt. Faërn. Lamb. Manut. Car. Steph. *Cos.* Muret. et Græv. Tum, *v ambo.* Post *bellum* Vat. addit *R.*—3 *v*, Vat. Faërn. Lamb. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell. *Quid igitur.*—4 In *v* prænomen deest: ψ et edd. vett. paucæ omittunt *consul.* Mox, *v qua acie.*—5 ψ *populus Romanus.*—6 Al. *dilectus.*—7 ψ *consules.*—8 *v*, et Ms. Grævii *cum studio nominandi.* Mox, edd. vett. *Antonius hostis.*—9 ψ, Huyd. et Grut. *populum Romanum.* Ante *probavisse* ψ, Vat. Faërn. Muret. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. addunt

NOTÆ

[d] *Qua imbecillitate, qua macie*] Imbecillitatem et languorem ex morbo, ex quo vix convaluerat, contraxerat.

[e] *Votis*] Vota publice populus pro consulis Hirtii valetudine susceperat.

[f] *Armorum officinas*] Officinæ sumuntur hic pro locis et tabernis ubi arma fabricantur.

[g] *Specie consuli*] Id est, sequuntur consulem armati milites, qui videntur tantum illum defendere, cum revera ad id delecti sint ut senatum tueantur.

[h] *Meam sententiam flagitari*] Probaverat populus sententiam Ciceronis de bello contra Antonium suscipiendo, cum toties ei dicenti acclamavit. Vide Phil. IV. § 5. not.

Digitized by Google

cui[10] cum pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis devoluti.[x] Quam turpe porro est, legiones ad senatum legatos mittere, senatum ad Antonium? Quanquam illa[1] legatio non est: denuntiatio est, paratum illi exitium, nisi paruerit huic ordini. Quid refert? tamen opinio est gravior.[2] Missos enim legatos omnes vident: decreti vestri non omnes verba noverunt. V. Retinenda est igitur vobis[3] constantia, gravitas, perseverantia: repetenda[y] est[4] vetus illa severitas; siquidem auctoritas senatus, decus, honestatem, laudem,[5] dignitatem desiderat; quibus hic ordo caruit nimium diu. Sed erat tunc excusatio oppressis,[i] misera illa quidem, sed tamen justa: nunc nulla est. Liberati tum regio[6] dominatu videbamur: multo postea gravius urgebamur[z] armis domesticis. Ea ipsa depulimus nos quidem; sed extorquenda sunt:[k] quod si non possumus facere, (dicam, quod dignum est et senatore,[7] et Romano homine) moriamur. 15. Quanta enim

[x] *Conversi.* [y] *Revocanda.* [z] *Premebamur.*

vos.—10 *v* et ψ *qui.* Mox, Ern. suspicabatur *revoluti* legend. Tum, Junt. Muret. Græv. *Quam turpe est porro:* Vat. Faërn. et Orell. *Quam turpe porro,* omisso *est.*—1 In ψ deest *illa.* *v* caret vocibus *non est.* Deinde, *denuntiatio sit* Vat. *denuntiatio fit* conjecit quidam, teste Orell.—2 Faërn. et Lamb. *Quid refert tamen? opinio est gravior.* Mox, Vat. Faërn. Manut. Lamb. Græv. et Wernsd. *decr. nostri:* *v decr. vestra.*

CAP. V. 3 Vatic. Faërn. Manut. Lamb. Græv. et Wernsdorf. *nobis.*—4 *v,* Vatic. Barb. 1. 2. Ms. Car. Steph. Faërn. Manut. Lamb. Græv. et Orell. *est* omittunt. In ψ deest *severitas.*—5 *Laudem* non est in *v.* Tum, Vatic. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. *dignitatemque.* Porro, *quibus hic ordo nimium caruit nimium diu* Junt. et Muret. Post *quibus* Vat. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. addunt *rebus.*—6 *v Libertate tum regio.* Vocab. *tum* omittunt Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *tam* habent nonnulli ap. Ferrarium. Pro *videbamur* nonnulli *nitebamur;* alii *verebamur;* alii *urgebamur.* *v* ψ, et edd. vett. non agnoscunt verba *multo postea gravius urgebamur.* Ferrarius conjecit legend. *nunc nulla est liberatis jam regio dominatu. Urgebamur armis domesticis; ea ipsa depulimus: nunc quidem vi extorq. sunt.* Pro *sed,* quod Vat. Faërn. Muret. Lamb. et Orell. omittunt, in *v* legitur *vix;* in ψ *vi.* Edd. vett. *ea ipsa depulimus: nunc quidem vi extorq. sunt.*—7 *v,* Junt.

NOTÆ

[i] *Oppressis*] Loquitur de Caii Cæsaris dominatu, quo libertatem reipublicæ oppressit, ac sustulit.

[k] *Extorquenda sunt*] Id est, eripienda sunt e manibus Antonii, ne eandem sibi ac superiorem, quæ illata est a Caio Cæsare dictatore, tyrannidem usurpet.

Digitized by Google

erit illa [8] reipublicæ turpitudo, quantum dedecus, quanta labes, dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium consulari loco! [*p.* 212.] cujus ut omittam innumerabilia scelera [1] urbani consulatus, in quo pecuniam publicam maximam dissipavit, exules sine lege restituit, vectigalia vendidit, [9] provincias de populi Romani imperio sustulit, regna addixit pecunia, leges civitati per vim imposuit, armis aut obsedit [10] aut exclusit senatum: ut hæc, inquam, omittam; ne hoc quidem cogitatis, eum, qui Mutinam, coloniam [1] populi Romani firmissimam, oppugnarit, imperatorem populi Romani, consulem designatum, obsederit, depopulatus agros sit; hunc in eum ordinem recipi, [2] a quo toties ob has ipsas causas hostis judicatus sit, quam fœdum flagitiosumque sit?

16. Satis multa [3] de turpitudine. Dicam deinceps, ut proposui, de periculo; quod etsi minus est fugiendum quam turpitudo; tamen offendit animos majoris partis hominum magis. [4] VI. Poteritis igitur exploratam [a] habere pacem, cum in civitate Antonium videbitis, [5] vel [b] potius Antonios? nisi forte contemnitis Lucium. Ego ne Caium quidem. [m] Sed, ut video, dominabitur Lucius: est enim

[a] *Certam.* [b] *Imo.*

Muret. Faërn. *est sen.* sine copula.—8 Vat. Faërn. et Orell. *Quanta enim illa erit*: ψ et edd. vett. non habent *enim.*—9 Vat. Ms. Car. Steph. cum Muret. Wernsd. et Orell. *divendidit.*—10 *v* ψ et edd. vett. *armis obsedit.*—1 *v qui munitam coloniam.* Muret. omittit *populi Romani.* Verba *firmissimam oppugnarit, imperatorem populi Romani* non sunt in *v* et edd. vett.—2 ψ *recepi*, et mox *v judicandus sit.* Post *flagitiosumque sit* Mss. plerique et edd. ante Muret. inserunt *videtis.*—3 *Multa* abest a Mss. nonnullis. Mox, ψ, Barb. 1. 2. et edd. ante Manut. cum Lamb. *quod proposui.* Deinde, *v* ψ *quod si minus.*—4 Faërn. et Muret. *hominum* * *magis.* In Ms. Grævii *hominum. Magis igitur pot. &c.*

CAP. VI. 5 *v* ψ et edd. vett. *videatis.* In Ms. ap. Græv. legitur, *cum in*

NOTÆ

[1] *Innumerabilia scelera*] Commemorat omnia quæ scelerate ab Antonio in rempublicam gesta sunt; de quibus vide superiores Philippicas, ubi de iis fusissime.

[m] *Lucium. Ego ne Caium quidem*] Tres Antonii fratres fuerant; Lucius, Caius, et Marcus Antonius.

Digitized by Google

patronus XXXV[6] tribuum, quarum, sua lege,[n] qua cum C.[7] Cæsare magistratus partitus est, suffragium sustulit; patronus centuriarum equitum,[8][o] quas item sine suffragio esse voluit; patronus eorum, qui[9] tribuni militares fuerunt; patronus Jani Medii. 17. O Dii! quis hujus potentiam poterit sustinere? præsertim cum eosdem in agros etiam deduxerit.[p] Quis unquam omnes tribus?[q] quis equites Romanos? quis tribunos militares? Gracchorum[10][r] potentiam majorem fuisse arbitramini, quam hujus gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet,[1] sed ut appellant ii,[s] qui plane et Latine loquuntur. Mirmillo in Asia

civ. videatis Antonium, vel potius Antonios.—6 Vat. Faërn. Lamb. et Orell. *quinque et triginta.*—7 In *v* prænomen deest, prob. Orell. In Vat. legitur, *cum C. Cæsare magistratum part. est:* edd. vett. *cum C. fratre magistratum sortitus est:* Muret. *cum C. fratre magistratum part. est.* Pro *partitus v* habet *patruus.*—8 Post *equitum* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Grut. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. addunt *Romanorum.* Pro *quas item* ψ et edd. vett. exhibent *quas idem.*—9 *Patronus fori qui v* ψ, Colon. Franc. Amster. Guelf. Leid. Huyd. Ms. Græv. et edd. vett. *patronus fori, in quo ei trib. mil. statuam statuerunt* Naug. Gryph. et al. Mox, *v* ψ, Vatic. Pal. 1. 2. Mss. Ferrarii, Faërn. Lamb. omittunt *o Dii.* Mss. nonnulli Ferrarii non agnoscunt *medii.* Paulo post, ed. Rom. *cum eosdem magistros etiam ded.* al. *cum eosdem ministros etiam ded.* Muret. *cum eosdem ministros in agros etiam ded.* In *v deduxerat.*—10 Car. Steph. *trib. mil. habuit? Gracch.* Faërn. *trib. militaris* * *Gracchorum.* In *v Grecorum.*—1 Verba *appellari solet* non sunt in *v.* Tum,

NOTÆ

[n] *Sua lege*] Ironice loquitur; nulla enim lege factus est tribunus plebis; sed mortuo Cæsare statim tribunniciam potestatem sibi, et Caius prætoriam usurparunt.

[o] *Patronus centuriarum equitum*] De his et sequentibus, quorum se regem et patronum fecit L. Antonius, dictum est in oratione superiori.

[p] *Cum eosdem in agros etiam deduxerit*] Id est, cum centurionibus illis, et militibus agros diviserit, et eos in colonias deduxerit.

[q] *Quis unquam omnes tribus*] Supple 'solicitavit spe agrorum, et frumenti.'

[r] *Gracchorum*] Tiberius Gracchus, et Caius Gracchus, cum populum largitionibus sibi conciliarent, interfecti sunt, quia in suspicionem regni affectandi venerunt.

[s] *Sed ut appellant ii*] Gladiator improprie sumitur pro latrone, qui facile in quemvis gladium distringit, etsi gladiator professione non sit: proprie vero sumitur pro pugili, et qui artem illam in arena profitetur. Marcus Antonius improprie gladiator, et proprie L. Antonius dicitur a Cicerone, utpote qui in Asia mirmillo depugnavit, ut superiori oratione dictum est.

Digitized by Google

depugnavit: cum [c] ornasset Threcidicis [2] [t] comitem et familiarem suum, illum miserum fugientem jugulavit: luculentam [u] tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix. 18. Qui familiarem jugularit,[3] quid hic, occasione data, faciet inimico? et qui illud animi causa fecerit, hunc prædæ causa quid facturum putatis? [4] Non rursus improbos decuriabit? [x] non solicitabit rursus agrarios? [y] non quæret expulsos? M. vero Antonius non is erit, ad quem omni motu [z] concursus fiat [5] civium perditorum? Ut nemo sit alius, nisi illi, qui una sunt, et hi,[6] qui hic ei nunc aperte favent; parumne erunt multi? [d] præsertim cum bonorum præsidia cesserint,[e] [7] illi parati sint ad nutum futuri? Ego vero metuo, si hoc tempore consilio [8] lapsi erimus,[f] ne illi brevi tempore nimis multi [a] nobis esse videantur. 19. Nec

[c] *Quamvis.* [d] *Nimis multi erunt.* [e] *Boni sint debilitati.* [f] *Caremus prudentia.*

ψ *sed appellant ii*, omisso *ut*.—2 *Creciditis v*: *Thræciditis* ψ: *Thræcidicis* Vat. Muret. Faërn. et Orell. Mox, pro *jugulavit* in Ms. Grævii legitur *occidit*.—3 *Qui fam. jugularat v* ψ et Junt. *Qui igitur fam. occidit* Ms. Grævii. Deinde, Vat. *quid si, occ. data*: Lamb. e conjectura Faërni recepit *quid is, occ. data.*—4 Ms. Grævii *et quid illud animi causa facturum*, omissis verbis *hunc prædæ causa quid fact. put.* In Ven. 1483. Junt. *et qui illud animi causa fecerit, quid facturum put.* Muret. *et qui illud animi causa fecerit, quid prædæ causa facturum put.* Mox, *non quæret ur expulsos* Vat. *non queretur expulsos* Faërn. et Manut. *non quæret urbe expulsos* e conjectura Mureti dederunt Lamb. Oliv. et Wernsd. in ed. min.—5 *v*, Barbador. Barb. 1. 2. Ms. Grævii, et Mss. Ferrarii *sit*.—6 Vat. Ven. 1483. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Grut. *nisi ii, qui una sunt, et hi.*—7 *Cum boni jam præsidiis cesserint* e conjectura Ferrarii dederunt Manut. Car. Steph. et Schutz. In Mss. plerisque *cum bonorum præsidiis cesserint*: Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *cum bonorum præsidia discesserint*. Tum, ψ *parati sunt*,

NOTÆ

[t] *Threcidicis*] Per hanc vocem 'Threcidicis,' intelligit ea arma quibus gladiatores, qui Thraces nominabantur, depugnabant contra mirmillonem.

[u] *Luculentam*] Plaga luculenta dicitur, quæ palam fit, sive sit in ore, sive sit in facie.

[x] *Decuriabit*] Decuriare significat proprie in ordines militares referre, et distribuere.

[y] *Agrarios*] Agrarios dicit, quibus agros aut divisit, aut divisurus est Antonius.

[z] *Omni motu*] Id est statim atque percrebuerit alicujus belli et tumultus suspicio.

[a] *Nimis multi*] Id est, ne videantur multi impii et seditiosi esse in repub.

Digitized by Google

ego[9] pacem nolo:[b] sed pacis nomine bellum involutum reformido. Quare si pace frui volumus, bellum gerendum est: si bellum omittemus,[10] pace nunquam fruemur. VII. Est autem vestri consilii,[g 1] patres conscripti, in posterum quam longissime providere. Idcirco in hac custodia, et tanquam in specula,[c] collocati sumus, ut vacuum metu populum Romanum nostra vigilia et prospicientia redderemus. Turpe est, summo consilio[h] orbis terræ, præsertim in re tam perspicua,[2] consilium intelligi defuisse. 20. Eos consules habemus, eam populi Romani alacritatem, eum consensum Italiæ, eos duces, eos exercitus, ut nullam calamitatem respublica accipere possit sine culpa senatus.[d] Equidem non deero: monebo, prædicam,[3] denuntiabo, testabor semper Deos hominesque, quid sentiam: nec solum fidem meam[i] (quod[4] fortasse videatur satis esse, sed in principe civi non est satis); curam, consilium, vigilantiamque præstabo.

[g] *Officii.* [h] *Senatui.* [i] *Fidelitatem.*

—8 Vat. et Muret. *consilii.*—9 *Ego* non est in *v*. Mox, Vat. *bellum ovolutum:* hinc Muretus et Lamb. dederunt *bellum obvolutum.*—10 Vat. et Mss. Pariss. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. *omittimus.* Tum, Vat. et Muret. *pacem.*

CAP. VII. 1 *Est autem veteris consilii v*, Barb. 2. Colon. *Est autem vestris consiliis ψ*: *Est autem nostri consilii* edd. vett. Mox, *cust. tanquam in spec.* *v ψ*, Junt. et Lamb. *cust. et tanquam spec.* Vat. Muret. Faërn. Wernsd. et Orell. Paulo post, Vat. *vaquom metu,* sed a manu sec. *vaquomni metu;* unde Muret. Lamb. et Oliv. dederunt *vacuum omni metu.* Pro voce *prospicientia v ψ* et edd. ante Muret. habent *providentia.*—2 *ψ in res tam perspicuas.* Tum, *v ψ*, Junt. et Grut. *cons. intelligendi def.*—3 Ms. Grævii *verbo prædicabo: v ψ* et edd. vett. cum Grut. *monebo, prædicabo.* Deinde, *denunt. et test.* Junt. Muret. Lamb. et Grut.—4 *ψ quid.* Tum, *videtur v ψ* et edd. vett. cum Grut. Schutz. *sed,* ante voces *in princ. civi,* transponi voluit ante *curam.*—

NOTÆ

[b] *Nec ego pacem nolo*] Occupatio est illorum, quæ contra seipsum dici possent, quasi ipse pacem nollet: at respondet, velle quidem pacem, sed quam bellum statim non sequatur.

[c] *Specula*] Specula locus editus est, unde longe lateque prospici potest: transfert autem verbum illud ad curiam, ad senatum, cujus est prævidere reipub. periculis.

[d] *Sine culpa senatus*] Culpa erit senatus, si non prospiciat rebus, quæ periculosæ reipub. accidere ab Antonio possunt.

Digitized by Google

21. Dixi de periculo: docebo, ne coagmentari[k] [5] quidem posse pacem: de tribus enim, quæ proposui, hoc extremum est. VIII. [*p.* 213.] Quæ potest esse pax [6] M. Antonio primum cum senatu? quo ore[l] ille vos poterit, quibus vicissim vos illum oculis intueri? quis vestrum illum, quem ille vestrum [7] non oderit? Age, vos ille solum, et vos illum? quid? ii, qui Mutinam circumsedent,[m] qui in Gallia [8] delectus habent,[n] qui in nostras fortunas imminent,[o] amici unquam nobis erunt, aut nos illis? An equites Romanos [9] amplectetur?[p] occulta[q] enim fuit eorum voluntas judiciumque de M. Antonio; qui frequentissimi in gradibus Concordiæ[e] steterunt; [10] qui vos ad libertatem recuperandam excitaverunt; arma, saga,[f] bellum flagitaverunt; me, una cum populo Romano, in concionem vocaverunt. **22.** Hi Antonium diligent? cum his [1] pacem servabit Antonius? Nam quid ego de universo populo Romano dicam? qui, pleno ac referto foro, bis [2] me una mente[g] atque voce in concionem vocavit, declaravitque maximam liber-

[k] *Coiri.* [l] *Qua fronte.* [m] *Obsident.* [n] *Conscribunt milites.* [o] *Minantur nostris bonis.* [p] *Amabit.* [q] *Minime obscura.*

5 Muret. e Ms. Vatic. *coamentari*: Grævii Ms. *coaugmentari*: Colon. *coagmentarii.*

CAP. VIII. 6 Vat. Muret. Faërn. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *pax esse.* Mox, Vat. et Faërn. *vos ille poterit.*—7 Edd. vett. *qui vestrum illum, quis vestrum.* Deinde, Naug. Cam. Gryph. et Muret. *vos ille solus.*—8 Ms. Car. Steph. *in Galliam*, et ψ, Vat. ac Mss. Ferrarii, cum Manut. Faërn. Lamb. et Orell. *in vestras fortunas.* Mox, *unquam vobis v*, Vat. Faërn. Wernsd. in ed. min. et Orell. *vobis unquam* Lamb. Denique, *vos illis v*, Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell. In ψ *nos illi.*—9 Barb. 2. *Romani.* Tum, ψ, Barb. 1. 2. Barbador. *amplectentur.* Paulo post, Vat. Faërn. et Orell. *de Antonio,* omisso prænomine.—10 Vat. Faërn. Lamb. et Wernsd. in ed. min. *sederunt.* Statim, *v* et sex Pariss. Mss. *qui nos.* Postea, *incitaverunt* ψ, Barbador. Barb. 1. 2. et edd. vett. Pro *arma, saga, bellum* Vat. habet *armato bellum;* Rom. et Ven. *arma, signa, bellum.* In *v bellum* deest. Denique, Grævii Ms. *in contentionem vocaverunt.*—1 Vat. *et cum his.*—2 *v his.* Tum ψ in

NOTÆ

[e] *In gradibus Concordiæ*] Id est, templi Concordiæ gradibus; quo in templo de Antonio deliberatum est.

[f] *Saga*] Saga breviora sunt vestimentorum genera, quibus belli tempore Romani utebantur.

[g] *Bis me una mente*] Indicat duas superiores orationes, quas dixit ad populum, ubi totus ei communi voce acclamavit.

Digitized by Google

tatis recuperandæ cupiditatem. Itaque, quod [3] erat optabile antea, ut populum Romanum comitem haberemus, nunc habemus ducem. Quæ est igitur spes, qui Mutinam circumsedent, imperatorem populi Romani exercitumque oppugnant, iis pacem cum populo Romano esse posse? [4] 23. An cum municipiis pax erit, quorum tanta studia cognoscuntur in decretis faciendis, militibus dandis, pecuniis pollicendis, ut in [5] singulis oppidis curiam [h] populus Romanus non desideret? Laudandi sunt, ex hujus ordinis sententia, Firmani,[6] [i] qui principes pecuniæ pollicendæ fuerunt: [r] respondendum honorifice est Marrucinis,[k] qui ignominia notandos censuerunt [7] eos qui militiam subterfugissent.[s] Hæc jam tota Italia fiunt.[8] Magna pax Antonio cum iis, his item cum illo. Quæ potest major esse discordia? in discordia autem pax civilis ullo pacto [9] esse potest? 24. Ut omittam multitudinem; L. Visidio,[l] equiti

[r] *Primi polliciti sunt pecuniam.* [s] *Detrectassent.*

concione vocav. Ms. Grævii *in contentionem vocav.*—3 Vat. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Schutz. Wernsd. et Orell. *Ita quod.* Deinde, ψ, *ut populi Romani ducem*, omissis vocibus *comitem hab.*, *nunc hab.*—4 *v* ψ et al. ac edd. ante Muret. *oppugnantes pacem cum pop. Rom. habere posse:* Vat. *oppugnantis pacis cum pop. Rom. esse posse.*—5 *v* non agnoscit præpositionem. Tum, *curiam P. R. non desideret* Mss. plerique: *curiam P.R. non desiderent* Barb. 1. 2. *curiam populi Romani non desideretis* ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Oliv. Wernsd. et Orell.—6 Nonnulli *Firmiani:* al. *Formiani.* Vid. Nott. Varr.—7 ψ *censuerant.* Deinde, Vat. Muret. Faërn. Manut. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *si qui mil. subt.*—8 *v fuit.* Mox, *v cum hisdem, his cum illo:* ψ, Junt. Grut. et alii *cum eisdem, his item* (ψ *item* omittit) *cum illo:* Lamb. et Oliv. *cum his, his item cum illo:* Ms. Car. Steph. *cum illis, vel is cum illo.*—9 *v*, Vat. et Mss. Ferrarii, cum Muret. Faërn. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *nullo pacto.* Mox, *L. Insidio* ψ, Ms. Grævii, Pal. 1. Barb. 1. 2. *L. Nisidio* Pal. 2. *S. Nasidio* Guelf. *L. Nasidio* edd. vett. cum Schutz. Wernsd.

NOTÆ

[h] *Curiam*] Videtur senatus Romanus in singulis urbibus adesse; adeo omnes populi libertati publicæ confirmandæ student.

[i] *Firmani*] Firmani populi sunt in Piceno, qui olim Romanis contra Hannibalem suppetias tulere.

[k] *Marrucinis*] Marrucini populi Italiæ in regione Marsorum, inter Vestinos ad Occidentem, et Frentanos ad Ortum, prope Aternum fluvium.

[l] *L. Visidio*] Fuit is ex Asculano municipio, Romanus eques, qui præsto fuit Ciceroni contra Catilinam; qui nunc non modo contra Antonium suos populares, sed etiam vicinos populos ad bellum incitavit.

Digitized by Google

Romano, homini in primis ornato atque honesto, civique semper egregio, (cujus ego excubias et custodias mei capitis[10] cognovi in consulatu meo) qui vicinos suos non cohortatus est solum, ut milites fierent, sed etiam facultatibus suis[1] sublevavit; huic, inquam, tali viro, quem nos senatusconsulto collaudarimus, poteritne esse pacatus Antonius? Quid? C. Cæsari?[2] qui illum urbe; quid? D. Bruto, qui Gallia prohibuit? 25. Jam vero ipse se placabit, et leniet provinciæ Galliæ, a qua exclusus[3] et repudiatus est? Omnia videbitis, patres conscripti, nisi prospicitis, plena odiorum, plena discordiarum; ex quibus oriuntur bella civilia. Nolite igitur id[4] velle, quod fieri non potest: et cavete, per Deos immortales! patres conscripti, ne spe præsentis pacis perpetuam pacem amittatis.

26. Quorsum hæc omnis spectat oratio?[5] quid enim legati egerint, nondum scimus. At vero excitati, erecti,[6] parati, armati animis jam esse debemus, ne blanda, aut supplici oratione, aut æquitatis simulatione fallamur. Omnia fecerit oportet, quæ interdicta[e] et denuntiata sunt, priusquam aliquid[7] postulet: Brutum, exercitumque ejus oppugnare, urbes et agros provinciæ Galliæ populari destiterit; ad Brutum adeundi legatis potestatem fecerit; exercitum[8] citra flumen Rubiconem eduxerit, nec propius urbem millia passuum ducenta admoverit; fuerit in senatus populique Romani potestate.[9] Hæc si fecerit, erit integra potestas nobis deliberandi: si senatui non paruerit; non illi senatus, sed ille populo Romano bellum indixerit.

[e] *Vetita.*

in ed. min. et Orell.—10 Al. *exc. custodiasque mei cap.* Tum, pro *vicinos* in Grævii et Ferrarii Ms. *cives.*—1 In *v* deest *suis.* Mox, *ψ senatus consultum,* et *v ψ*, Huyd. Leid. Barb. 1. 2. Mss. Pariss. Teeg. Jen. ac quatuor Mss. Grævii *collaudaremus:* Grut. et al. *collaudavimus:* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *collaudare debemus.*—2 Junt. Lamb. *Quid Cæsari.* Mox, *ψ divo Bruto.*—3 Pal. 2. *qua exclusus:* Grævii Ms. et Ferrarii Mss. *e qua exclusus:* Vat. Faërn. *a qua expulsus.*—4 Muretus omittit *id.*—5 *v Quorum hæc omnis expectabat oratio.*—6 *Erecti, excitati* Naug. Cam. *erecti, citati v ψ*, Barbador. Barb. 1. 2. Mss. Ferrarii, et edd. vett. cum Grut. Mox, pro *jam* Muret. Lamb. et Oliv. habent *tamen.*—7 *v ψ aliud.*—8 Muret. *exercitumque.* Statim, *v ne propius.*—9 Vat. Faërn. et Orell. *fuerit et in senatus, et in populi Romani pot. ψ*, Barb. 2. et Ms. Grævii, cum Græv. Oliv. et Wernsd.

Digitized by Google

27. Sed vos moneo, patres conscripti; libertas agitur populi Romani, quæ est commendata vobis; vita et fortunæ [10] optimi cujusque, quo cupiditatem infinitam cum immani crudelitate jampridem intendit [m] Antonius; auctoritas vestra, quam nullam habebitis,[1] nisi nunc retinueritis. Tetram et pestiferam belluam, ne inclusam et constrictam dimittatis, cavete. [*p.* 214.] Te ipsum moneo, Pansa,[2] (quanquam non eges consilio, quo vales plurimum: tamen etiam summi [3] gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent) hunc tantum tuum apparatum tamque præclarum, ne ad nihilum recidere patiare. Tempus habes tale, quale nemo habuit unquam. Hac gravitate senatus, hoc studio equestris ordinis, hoc ardore populi Romani, potes in perpetuum rempublicam metu et periculo liberare. Quibus de rebus refers, P. Servilio assentior.[4]

in ed. maj. *fuerit in sen. et populi Rom. pot.*—10 *v* ψ, Barbador. Barb. 1. 2. et edd. ante Manut. *fortuna.*—1 *v* ψ *habetis.* Deinde, *tenueritis* Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell.—2 *v moneo palam:* Vat. Faërn. Muret. Lamb. et Orell. *Pansa, moneo.*—3 ψ et edd. vett. *tamen et summi.* Mox, ψ *temp. auctoribus admoneri;* et *v hunc tamen tuum.*—4 Verba *Quibus de rebus refers, P. Servilio assentior* absunt ab edd. ante Muret. et omnibus Mss. præter Vat.

NOTÆ

[m] *Intendit*] Metaphora sumta a jaculatoribus, qui conando intendunt in scopum, ad quem sagittam dirigunt.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA OCTAVA.

ORATIO L.

ARGUMENTUM.

Mortuo Ser. Sulpicio in legatione ad Antonium, L. Piso et L. Philippus intolerabilia postulata ab Antonio ad senatum retulerunt. Tum bellum senatus indixit Antonio; sed in SCto tumultum, nonnullorum suasu, appellare maluit quam bellum. Id reprehendit Cicero, tanquam leniora senatu, quam in eum esse oporteat, qui ei non pareat, Mutinamque nihilo segnius post auditam legationem, quam antea, oppugnet. Deinde cum Caleno, adhuc de pace agente, et pacis commoda commemorante, Massiliensiumque commoda oppugnante, acerbe conqueritur; et simul eos accusat, qui mittendos iterum ad Antonium legatos censuerant. Pisonem et Philippum increpat, qui mandata Antonii, tanquam ejus legati, non tanquam a senatu missi, retulissent. Reprehendit senatores Antonio faventes: decernendum censet, ut iis, qui cum Antonio sint, potestas detur ad sanitatem redeundi ante Idus Martias primas; bene merentibus gratiæ referantur; proficiscendi ad Antonium, excepto ejus legato Q. Vario Cotyla, nemini facultas concedatur.

I. 1. CONFUSIUS hesterno die est acta res,[1] C. Pansa, quam postulabat institutum consulatus tui. Parum mihi visus es[2] eos, quibus cedere non soles, sustinere. Nam

CAP. I. 1 Lamb. suspicabatur legend. *acta res est*.—2 In *v* deest *es*.—

Digitized by Google

cum senatus ea virtus[a] fuisset, quæ solet; et cum[3] re viderent omnes esse bellum, quidamque id verbum[b] removendum arbitrarentur; tua voluntas in discessione[a] fuit ad lenitatem[4] propensior. Victa est igitur, propter verbi asperitatem, te auctore, nostra sententia.[b] Vicit L. Cæsaris, amplissimi viri,[5] qui, verbi atrocitate demta, oratione fuit, quam sententia, lenior. Quanquam is quidem, antequam sententiam diceret, propinquitatem excusavit.[c] Idem fecerat, me consule, in sororis viro,[d] quod hoc tempore in sororis filio,[6] ut et luctu sororis moveretur, et saluti reipublicæ provideret. 2. Atque ipse tamen Cæsar præcepit vobis[c] quodammodo, patres conscripti, ne sibi assentiremini, cum ita dixit, aliam sententiam se[7] dicturum fuisse, eamque se[e] ac republica dignam, nisi propinquitate impediretur. Ergo ille avunculus:[f] num etiam[8] vos avunculi, qui illi estis assensi?

At in quo fuit controversia? Belli nomen ponendum in sententia[d] quidam non putabant: tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, sed etiam verborum: po-

[a] *Fortitudo.* [b] *Nomen belli.* [c] *Monuit vos.* [d] *Decreto.*

3 *v ut cum.*—4 Idem *levitatem.* Tum, Junt. et Muret. *Victa igitur est.* v ψ et edd. ante Muret. non agnoscunt *verbi.*—5 Guelf. Mss. Ferrarii, Grut. et al. *L. Cæsar, amplissimus vir.* Pro *atrocitate* in *v auctoritate.*—6 Post *sororis filio* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. addunt *fecit.* Deinde, Faërn. et Lamb. *ut luctu sor.* Pro verbis *ut et luctu sororis v*, Pal. 2. Barb. 1. 2. Ms. Car. Steph. et Mss. Ferrarii habent *ne in nepotem*; Grævii Ms. *ne in nepote.* Pro *et saluti* Barb. 1. 2. *quo saluti*, et pro *reipublicæ* Vat. et Muret. *populi Romani.* Denique, Ms. Grævii *providerat.*—7 Vat. non agnoscit *se*, quod Orell. uncis includit. In *v* deest *fuisse.*—8 ψ *non etiam.*—

NOTÆ

[a] *In discessione*] Senatus illud consultum per discessionem factum est: de qua dictum Phil. III. § 24. not.

[b] *Nostra sententia*] Sententia Ciceronis fuit, ut bellum appellaretur.

[c] *Propinquitatem excusavit*] L. Cæsar avunculus fuit Antonii, nam Juliæ, matris ejus, frater fuit.

[d] *In sororis viro*] Illa Julia nupta primum fuit C. Lentulo, qui contra rempub. cum Catilina conjuravit.

[e] *Eamque se, &c.*] Consularis erat, ideoque dignam se, et utilem reipub. sententiam pronuntiare debuit.

[f] *Ergo ille avunculus*] Cum sit avunculus Antonii, debuit erga propinquum suum aliquo pietatis sensu commoveri: at cum propinqui non sint senatores, agere severe cum ipso, ut proditore patriæ, debuerunt.

Digitized by Google

test enim esse bellum sine tumultu; tumultus esse sine bello[9] non potest. 3. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur?[g] unde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque majores nostri tumultum Italicum,[h] quod erat domesticus;[10] tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus; præterea nullum nominabant.[1] [p. 215.] Gravius autem tumultum esse,[2] quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello vacationes valent, tumultu non valent. Ita sit, (quemadmodum dixi) ut bellum sine tumultu possit, tumultus sine bello esse non possit. 4. Etenim cum inter bellum et pacem medium[3] nihil sit; necesse est, tumultum, si belli non sit, pacis esse; quo quid absurdius dici aut existimari potest? Sed nimis multa de verbo: rem potius videamus, patres conscripti, quam quidem intelligo[4] verbo fieri interdum deteriorem solere. II. Nolumus[5] hoc bellum videri. Quam[a] igitur municipiis et coloniis ad excludendum Antonium auctoritatem damus? quam, ut milites fiant[6] sine vi, sine mulcta, studio et voluntate? quam, ut pecunias in rempublicam polliceantur? Si enim belli nomen tollitur, municipiorum studia tollun-

[a] *Quare.*

9 Muretus *tumultus sine bello esse.* Hæc ab Isidoro Origg. XVIII. 1. ita referuntur, *potest enim esse bellum, ut tumultus non sit: tumultus autem esse sine bello non potest.* Tum, *Quid est enim aliud tumultus* v, Guelf. Vat. et Mss. Ferrarii, cum Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. In ed. maj. et Orell. Pro *timor* Lall. e conjectura Dousæ edidit *tumor.* Vid. Nott. Varr.—10 ψ *domesticum.*—1 Mss. plerique et edd. vett. *nullum tumultum nom.*—2 Junt. et Muret. *esse tumultum.* Deinde, v *hic intell. licet.* Post *bello* v ψ et edd. vett. addunt *Gallico;* Vat. Muret. et Faërn. *Italico.* Ceteri deleverunt e conjectura Julii Pogiani. Denique, v *vocationes.*—3 In ψ deest *medium.*—4 v *quanquam intell.*

CAP. II. 5 Vat. Mss. Regii, cum Faërn. Græv. Oliv. Lall. Wernsd. et Orell. *Nolimus.*—6 Pro *fiant* v, Grævii Ms. et alii habent *sint.* Tum, pro *mulcta* in v ψ et edd. ante Muret. *tumultu.* Porro, *studio, voluntate,* sine copula, Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. min. et Orell. Deinque, ψ *in re-*

NOTÆ

g *Ut major timor oriatur*] Tumultus quasi timor multus dicitur; qui tantus est, ut major belli timor esse non possit.

h *Tumultum Italicum, &c.*] Solum bellum quod inter Italos, et a Gallis Transalpinis contra Italos excitabatur, tumultum nominabant.

Digitized by Google

tur:[7] consensus populi Romani, qui jam descendit in causam, si nos languescimus, debilitetur, necesse est. 5. Sed quid plura?[8] D. Brutus oppugnatur: non est bellum? Mutina obsidetur: ne hoc quidem bellum est? Gallia vastatur: quæ potest pax[9] esse certior? Illud vero quis potest bellum esse dicere? Consulem,[i] fortissimum virum, cum exercitu misimus; qui cum esset infirmus ex gravi diuturnoque morbo, nullam sibi putavit[10] excusationem esse oportere, cum ad reipublicæ præsidium vocaretur. C. quidem Cæsar non expectavit nostra decreta, præsertim cum esset illud ætatis: bellum contra Antonium sua sponte suscepit. Decernendi enim tempus nondum erat:[1] belli autem gerendi tempus si prætermisisset; videbat, republica oppressa, nihil posse decerni.[2] 6. Ergo illi nunc, et eorum exercitus in pace versantur:[k] non est hostis is, cujus præsidium Claterna[l] dejecit Hirtius: non est hostis, qui[3] consuli armatus obsistit, designatum consulem oppugnat: nec illa hostilia verba, nec bellica, quæ paulo ante ex collegæ literis Pansa recitavit: 'Dejeci præsidium: Claterna potitus sum: fugati equites: prælium commissum: occisi aliquot.' Quæ pax potest esse major? Delectus tota Italia decreti, sublatis vacationibus: saga cras sumen-

pub. polliceatur.—7 Vat. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *tolletur* ... *tollentur.*—8 *v Si quid plura.* Pro *D.* *v* ψ exhibent *dum.* Mox, Vat. *Mutina dominaretur*, *Seturna* (Ursin. suspic. *Claterna*) *opsidetur.* Tum, *v* ψ *Nec hoc.*—9 Vat. Faërn. et Lamb. *pax potest.* Statim post, *bellum non esse dic.* *v* et edd. vett. Pro *Consulem* *v* ψ, Mss. Gruteri et edd. vett. exhibent *quo;* unde Garaton. conjecit *quo consulem* legend.—10 Edd. vett. *putavit sibi.* Deinde, ψ *ad rempublicam præsidium voc. et quidem Cæsar.* Porro, Vat. Guelf. Teeg. Jen. et edd. vett. *vestra decreta.* Denique, *cum esset illius æt.* *v* ψ, Junt. Grut. et al. *cum illud esset æt.* Vat. Muret. Faërn. Lamb.—1 Mss. pauci et edd. pr. *noverat:* *v*, Grut. et al. *venerat.*—2 Al. *nihil decerni posse.* Mox, Ms. Grævii *nunc ceterorum exercitus.*—3 *v non hostis qui, &c.* et edd. ante Muret. *qui armatus consulem designatum oppugnat:* Ms. Grævii *qui consul armatus designatos consules oppugnat:* Ms. Car. Steph. *qui consul armatus*

NOTÆ

[i] *Consulem*] Hirtius ad Brutum defendendum cum exercitu, Mutinam liberandi causa, missus est.

[k] *In pace versantur*] Id est, minime sunt in pace.

[l] *Claterna*] Claterna Apuliæ oppidum est.

tur:[4] consul se cum præsidio descensurum dixit.

7. Utrum hoc bellum non est? an[5] etiam tantum bellum, quantum nunquam fuit? Ceteris enim bellis, maximeque civilibus, contentionem reipublicæ causa faciebat.[f][6] Sulla cum Sulpicio[m] de jure legum, quas per vim latas Sulla[7] dicebat: Cinna cum Octavio[n] de novorum civium suffragiis: rursus cum Mario et Carbone Sulla,[o] ne dominarentur indigni,[p] et ut clarissimorum hominum[8] crudelissimam puniretur necem.[q] Horum omnium bellorum causæ ex reipublicæ contentione[g] natæ sunt: de proximo bello ci-

[f] *Causa reipub. excitabat disputationem.* [g] *Dissensione.*

obsidet, designatus consul oppugnat.—4 *v crassa sumentur:* Grævii Ms. *crassa sumuntur.* Tum, ψ *consules.* Post *descensurum* ψ, Vat. Faërn. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. addunt *esse.*—5 Vat. Muret. Faërn. Lamb. (qui delevit *bellum* post *tantum*) Græv. Wernsd. et Orell. omittunt *an.*—6 ψ *faciebant.* Beier. Offic. t. II. p. 85. conjecit legend. *contentio reip. causam faciebat.*—7 Vat. Muret. Faërn. Græv. *per vim Sulla latas esse:* al. *Sulla per vim latas esse.*—8 ψ et edd. vett. *et clariss. hom.* *v* et Ms. Car. Steph. *ut clariss. hom.* Deinde, *v*, Guelf. et Ms. Lang. *puniret:* ψ et Crat. *ulcisceretur:* Rom. Ven. Junt. *meditaretur:* Wernsd. in ed. min. e Ms. Vat. recepit *pœnirentur.* Pro *necem v* habet *pœnam.* In Ms. Grævii legitur, *crudelissima punirentur pœna.*

NOTÆ

[m] *Sulla cum Sulpicio*] Cum Mithridaticum bellum sortitus esset Sulla, ejus collega Q. Pompeius, indignatus, Sulpicium, tribunum plebis, sibi conciliavit; et ut votis potiretur, novos cives, qui ultimi suffragium ferebant, impulit, ut peterent in reliquis tribubus ferre suffragium. Sulpicio volenti ferre legem obstitere cives antiqui; tamen, post multas contentiones, lex lata est, cedente tamen Sulla vel invito. Horum novorum suffragiis, qui veteribus numero superiores erant, lata per Sulpicium lex est, qua provincia belli Mithridatici Sullæ ademta est, et concessa Mario. Profectus Sulla ad exercitum, et Romam rediens, hostiliter ingressus est; unde Marius cum civibus aliquot pulsus est, Sulpicius interfectus.

[n] *Cinna cum Octavio*] Pulsis Marianis, Cinna consul de exulibus reducendis legem ferebat; sed Octavius collega, quieti et otio consulens, adjuvante senatu, Cinnam ejecit. Is postea cum Mario reversus, ultus est injuriam suam: nam caput Octavii consulis pro Rostris positum est, plurimique optimatium interfecti.

[o] *Carbone Sulla*] Sulla iterum, cum Carbone tertium consule, et cum Mario juniore contentiones habuit.

[p] *Ne dominarentur indigni*] Id est, ne qui erant dominatione indigni, hanc sibi usurparent.

[q] *Puniretur necem*] Sic in oratione pro Milone: 'Cujus tu inimicissimum, multo crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis meæ postulare.'

Digitized by Google

vili[r] non libet dicere: ignoro causam: detestor exitum. III. 8. Hoc bellum quintum civile[s] geritur, (atque omnia in nostram ætatem inciderunt) primum non modo non in dissensione[9] et discordia civium, sed in maxima consensione, incredibilique concordia: omnes idem volunt, idem defendunt, idem sentiunt. Cum omnes dico,[t] eos excipio, quos nemo civitate dignos putat. Quæ est igitur in medio belli causa posita?[k] nos Deorum immortalium templa, nos muros, nos domicilia sedesque populi Romani, penates,[10] aras, focos, sepulcra majorum; nos leges, judicia, libertatem, conjuges, liberos, patriam defendimus: contra M. Antonius id molitur, id pugnat, ut hæc omnia perturbet, evertat, prædam reipublicæ causam belli putet, fortunas nostras partim dissipet, partim dispertiat parricidis.

9. [*p.* 216.] In hac tam dispari ratione belli, miserrimum illud est, quod ille latronibus suis pollicetur, primum domos; urbem enim se divisurum confirmat:[1] deinde omnibus portis, quo velint, deducturum. Omnes Caphones,[2] omnes Saxæ,[u] ceteræque pestes, quæ sequuntur Antonium, ædes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana[x] definiunt. Atque etiam homines agrestes (si homines illi,[3] ac non

[k] *Causa belli profertur?*

CAP. III. 9 *v* ψ et edd. vett. cum Grut. *non modo in diss.*—10 *v*, Ms. Car. Steph. Mss. Ferrarii et edd. vett. omittunt *penates*. Mox, pro *judicia* edd. vett. nonnullæ exhibent *jura*.—1 Vat. *urbem enim divis. es conf.* unde Faërn. et Lamb. ediderunt *urbem enim se divis. esse conf.*—2 Hic et infra, *Cafones* habent Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell.—3 Leid. Junt. Muret. *si homines sunt illi.* *v* ψ, Grævii Ms. et al. *si hom. sunt* (ψ non habet *sunt*) *illi*

NOTÆ

[r] *Proximo bello civili*] De bello loquitur, quod Pompeium inter et Cæsarem exortum est.

[s] *Bellum quintum civile*] Primum gestum est a Sulla contra Marium et Sulpicium: secundum a Cinna, Mario, Sertorio, et Carbone, qui quadruplici agmine in urbem rediere: tertium iterum a Sulla ex Asia redeunte, Norbano et Scipione consulibus: quartum a Cæsare et Pompeio; quintum quod modo geritur ab Antonio.

[t] *Cum omnes dico*] Intelligit omnes bonos cives, quos a perditis et seditiosis civibus excipit.

[u] *Caphones, Saxæ*] Capho et Saxa, viri agrestes, Antonianis partibus addicti.

[x] *Tusculana, Albana*] Villæ multæ et prædia Romanorum civium in Tusculano et Albano fuerunt.

Digitized by Google

pecudes potius) inani spe ad aquas usque et Puteolos[y] provehuntur. Ergo habet Antonius, quod suis polliceatur. Quid nos? numquid tale habemus? Dii[4] meliora! id enim ipsum agimus, ne quis posthac ejusmodi quicquam[5] possit polliceri. Invitus dico; sed dicendum est. Hasta Cæsaris,[z] patres conscripti, multis improbis et spem affert, et audaciam. Viderunt enim, ex mendicis[6] fieri repente divites: itaque hastam semper videre cupiunt[7] ii, qui nostris bonis imminent; quibus omnia pollicetur Antonius. 10. Quid nos? nostris exercitibus quid pollicemur? multo meliora atque majora. Scelerum enim promissio, et iis, qui expectant, perniciosa est, et iis, qui promittunt. Nos nostris militibus libertatem,[8] jura, leges, judicia, imperium orbis terræ, dignitatem, pacem, otium pollicemur. Antonii igitur promissa, cruenta, tetra, scelerata, Diis hominibusque invisa, nec diuturna, nec salutaria:[9] nostra, contra, honesta, integra, gloriosa, plena lætitiæ, plena pietatis.

IV. 11. Hic mihi etiam Q. Fufius,[10][a] vir fortis ac stre-

pecudes potius quam inani spe, &c. Vat. *atque etiam homines illi an non pec. potius inani spe, &c.* Tum, *ad aquas usque Puteolanas proveh.* Mss. plerique et edd. ante Muret.—4 Pro *Dii* in Vat. *de,* sed a m. sec. *di:* Grævii Ms. *Deus:* *v,* Lang. et alii Mss. *det.*—5 Al. *quicquam ejusmodi.*—6 Pro *Viderunt enim ex mendicis* in *v,* et Grævii Ms. legitur *Sui enim ex me didicerunt;* Franc. *Sunt enim qui didicerunt exinde;* Barb. 1. 2. *Sui enim exinde didicerunt:* Rom. et Ven. *Viderunt enim ex modicis.* Deinde, Grævii Ms. *repentes.*—7 Græv. et Wernsd. in ed. maj. *cupient.* Faërn. *hi qui.*—8 Vat. et edd. vett. cum Orell. *Nos libertatem nostris mil.* Tum, *leges, jura, judicia* Vat. Faërn. Lamb.—9 Junt. Muret. et Orell. *neque sal.*

CAP. IV. 10 In ψ, Barb. 1. 2. *etiam quæ Fusius.* Græv. prænomen dele-

NOTÆ

y *Ad aquas usque et Puteolos*] Antonius illos homines agrestes tanta spe prædæ ad se alliciebat, ut eis omnia illa prædia polliceretur, quæ in toto illo Baiarum, Cumarum, et Puteolano tractu existunt.

z *Hasta Cæsaris*] Docet quod bona proscripta a Julio Cæsare, pessimo ceteris reipublicæ perturbatoribus, et Antonio maxime, exemplo fuerint.

a *Q. Fufius*] Q. Fufius Calenus, senator, defendebat Antonium, quem suum amicum ironice dicit. Fuit is in partibus Cæsaris contra Pompeium. Extat apud Dionem, lib. XVI. acerba ejus in Ciceronem oratio.

Digitized by Google

nuus, amicus meus, pacis commoda commemorat. Quasi vero, si laudanda pax esset, ego id æque commode [1] facere non possem. Semel enim pacem defendi? non semper otio studui? quod cum omnibus bonis utile est, tum præcipue mihi. Quem enim cursum industria mea tenere [2] potuisset, sine forensibus causis, sine legibus, sine judiciis? quæ esse non possunt, civili pace sublata. 12. Sed quæso, Calene, quid? [3] tu servitutem pacem vocas? Majores quidem nostri, non modo, ut liberi essent, sed etiam, ut imperarent, arma capiebant: tu arma [4] abjicienda censes, ut serviamus. Quæ causa justior est belli gerendi, quam servitutis depulsio? in qua etiamsi non sit molestus dominus, tamen est miserrimum, posse, si velit. Immo aliæ causæ justæ, hæc necessaria est; [5] nisi forte ad te hoc non putas pertinere, quod te socium fore speras dominationis Antonii. In quo bis laberis; [6] primum, quod tuas rationes communibus anteponis; deinde, quod quidquam stabile in regno, aut jucundum putas. Non, si tibi antea profuit, semper proderit. 13. Quinetiam, memini, de illo homine, [7] [b] queri solebas: quid te facturum de bellua [c] putas? Atqui ais, eum te esse, qui [8] semper pacem optaris, semper omnes cives salvos volueris. Honesta oratio, sed ita, si

vit.—1 *v ψ* et edd. vett. *ego idem comm.*—2 Grævii Ms. *servare*, supraser. *tenere.*—3 Schutzius de sententia Ernesti delevit *quid.*—4 *ψ* et edd. vett. cum Græv. Oliv. et Wernsd. in ed. maj. *at tu arma.*—5 Mss. plerique et edd. ante Muret. *Immo alia causa justa ac necessaria est.* Ferrarius suspicabatur *nulla* vel *non* deesse.—6 *v ψ* et edd. vett. paucæ cum Grut. *falleris.* Mox, Vat. et Muret. *interponis.* Tum, Vat. Faërn. Lamb. *stab., aut jucundum in regno putas.*—7 Vat. *Quin in etiam enim de illo hom.* unde Faërnus conjecit legend. *Quin etiam, memini, de illo hom.* quod receperunt Grut. Græv. Oliv. Lall. Schutz. et Wernsd. in ed. maj. Verbum *memini* ceteri omittunt.—8 *Atqui es qui v ψ*, Guelf. Leid. Huyd. et edd. pr. *Atqui is es qui* Grut. et al. *Atque vis, eum te esse qui* Muret. *Atque ais, eum te esse qui* Pal. 2. Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell. Mox, Vat. et Faërn. *volueris salvos.* Tum, *v ψ* et edd. vett. *Honesta ratio.* Paulo post, *utiles et reip. cives* Colon. Franc. Amster. Ms. Grævii, Barb. 1. 2. et edd. Rom. Ven. Junt. *utiles et e republica cives* Vat. plerique Regii, Muret. Faërn. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell.—

NOTÆ

[b] *De illo homine*] De Cæsare.

[c] *De bellua*] De Antonio.

Digitized by Google

bonos et utiles reipublicæ cives: sin eos, qui natura cives sunt, voluntate hostes, salvos velis; quid tandem interest[9] inter te et illos?[d] Pater quidem tuus,[10] quo utebar sene adolescens, homo severus et prudens, primas omnium civium P. Nasicæ,[e] qui Ti. Gracchum interfecit, dare solebat: ejus enim virtute, consilio, magnitudine animi, liberatam rempublicam arbitrabatur. 14. Quid? nos a patribus num aliter accepimus? Ergo is tibi civis, si temporibus illis fuisses, non probaretur, quia non omnes salvos esse voluisset. 'Quod L. Opimius[f] consul verba fecit de republica, de ea re[1] ita censuerunt, Uti Opimius consul rempublicam defenderet.' Senatus hæc verbis, Opimius armis. Num igitur eum, si tum esses, temerarium civem[2] aut crudelem putares? aut Q. Metellum,[g] cujus quatuor filii consulares? P. Lentulum,[3][h] principem senatus, com-

9 Vat. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *intersit.*—10 *v Quia pater dein tuus:* Grævii Ms. *Quid pater dein tuus:* Langii Ms. *Quod pater dein tuus:* Barb. 1. 2. *Quid? pater denique tuus:* alii *Quid? pater olim tuus:* alii *Quid? pater tuus.* Deinde, *sene auctore adolescens* ψ, Vat. Ald. Faërn. Lamb. *sane adolescens* Ven. Paulo post, Ven. 1483. et Junt. *prud., non primum omnium civium P. Nasicam ... dicere solebat:* Barb. 1. *prud., non primas omnium civium P. Nasica ... dicere solebat.* *v* quoque habet *Nasica* et *dicere.* *v* ψ, Vat. Barb. 1. 2. et Mss. Ferrarii, cum Muret. Junt. Faërn. Lamb. et Orell. omittunt *enim.*—1 *v Quid L. Op. consul verba fecit de rep., senatus de ea re, &c.* Tum, *uti L. Opimius* Vat. Muret. Faërn. et Orell. In Barb. 1. deest *consul.*—2 Ms. Ferrarii *Num ig., si tum esses, eum tem. civem.*—3 Al. *consularem?*

NOTÆ

[d] *Quid interest inter te et illos*] Qui malis favet, tam perversus quam illi censeri debet.

[e] *P. Nasicæ*] Pub. Nasica, P. Scipionis Africani superioris patruelis frater, Cn. Scipionis, qui in Hispania cum Publio fratre cecidit, filius. Is Tib. Gracchum, Africani ex filia nepotem, trib. pleb. qui perniciosas leges tulerat, et prorogare sibi magistratum volebat, Mucio consule dissimulante, præfatus, ut se quicunque salvam rempublicam vellet, sequeretur, persecutus in Capitolium, oppressit.

[f] *L. Opimius*] Interfecto Graccho, C. Gracchus, easdem quas frater vias suscipiens, cum Capitolium occupasset, L. Opimio consule auctore, est interfectus.

[g] *Q. Metellum*] Is Metellus Macedonas devicit, indeque Macedonicus dictus est. Huic quatuor filii fuerunt: Q. Metellus Balearicus, consularis, triumphalis, et censorius: L. Metellus Dalmaticus, consularis: M. Metellus Creticus, consularis et triumphalis: C. Metellus Caprarius, anno post mortem patris consul.

[h] *P. Lentulum*] De hoc Lentulo

Digitized by Google

plures alios summos viros, qui cum L. Opimio consule armati[4] Gracchum in Aventinum[i] persecuti sunt? quo in prœlio Lentulus grave vulnus accepit; interfectus est Gracchus, et M. Fulvius consularis,[5] ejusque duo adolescentuli filii. [*p.* 217.] Illi igitur viri vituperandi: non enim cives omnes[6 k] salvos esse voluerunt. v. 15. Ad propiora veniamus. C. Mario, L. Valerio, consulibus,[l] senatus rempublicam defendendam dedit: L. Saturninus[7] tribunus plebis, Glaucia prætor, est interfectus. Omnes illo die Scauri, Metelli, Claudii, Catuli, Scævolæ, Crassi, arma sumserunt. Num aut consules illos, aut clarissimos viros, vituperandos putas? Ego Catilinam perire volui: num tu, qui omnes salvos vis, Catilinam salvum esse voluisti? Hoc interest, Calene, inter meam sententiam, et tuam: ego nolo quenquam civem[8] committere, ut morte mulctandus sit: tu, etiamsi commiserit, conservandum putas. In corpore si quid ejusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri[9] secarique patimur; ut membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat: sic in reipublicæ corpore, ut totum salvum sit, quidquid est pestiferum, amputetur. 16. Dura vox: multo illa durior, 'Salvi sint improbi, scelerati, impii: deleantur innocentes, honesti, boni, tota respublica.' Uno

aut P. Lentulum. Pro *senatus* Mss. et edd. ante Muret. cum Grut. habent *senatorem.*—4 ψ *armari.*—5 ψ, Vat. et al. *consulares.*—6 Alii, *omnes cives.*

CAP. V. 7 In *v* legitur *A L. Saturnio.* Tum, Vat. Muret. Faërn. et Orell. *C. Glaucia.*—8 In ψ deest *civem.*—9 Vat. *noceatiaduri:* unde Faërn. Lamb. et Orell. dederunt *noceat, id uri.* Ante *patimur v* addit *ne noceat;* ψ et edd. vett. *quod noceat.* Pro *membrorum aliquod* Barb. 2. et Mss. Ferrarii cum Manut. et Car. Steph. *aliquid membrorum; v membrorum aliquid;* Vat. Muret. Faërn.

NOTÆ

Cicero in lib. de Claris Oratoribus dixit.

[i] *In Aventinum*] Mons Aventinus inter septem Romæ colles numeratur.

[k] *Non enim cives omnes*] Verba sunt Caleni, quæ invidiose in eum commemorat.

[l] *C. Mario, L. Valerio coss.*] Mario sextum consule, et L. Valerio Flacco, anno urbis conditæ 653. L. Saturninus, tribunus plebis, seditionem concitavit; de qua fuse dictum est in Orat. pro Rabirio, perduellionis reo.

Digitized by Google

in homine,[m] Q. Fufi, fateor te vidisse plus, quam me.[10] Ego P. Clodium arbitrabar perniciosum civem, sceleratum, libidinosum, impium, audacem, facinorosum:[1] tu, contra, sanctum, temperantem, innocentem, modestum, retinendum civem, et optandum. In hoc[2] uno te plurimum vidisse, multum me errasse concedo. Nam quod me tecum iracunde agere dixisti solere, non est ita: vehementer[k] me agere fateor; iracunde, nego. Omnino[3] irasci amicis non temere[l] soleo, ne si merentur quidem. 17. Itaque sine verborum contumelia a te dissentire possum; sine animi summo dolore non possum.[4] Parva est enim mihi tecum, aut parva[5] de re, dissensio? ego huic videlicet faveo, tu illi? Immo vero ego D. Bruto faveo, tu M. Antonio: ego conservari[6] coloniam[n] populi Romani cupio, tu expugnari studes. VI. An hoc negare potes, qui omnes moras interponis,[7] quibus infirmetur Brutus, melior[m] fiat Antonius? Quousque enim dices, pacem velle te? Res geritur: conductæ vineæ sunt:[o] pugnatur acerrime. Qui intercurrerent,[n] misimus tres principes[p] civitatis: hos contemsit, rejecit, repudiavit Antonius: tu tamen permanes constantissimus defensor Antonii. 18. Et quidem, quo melior

[k] *Contentiose.* [l] *Facile.* [m] *Fortior.* [n] *Succurrerent.*

Lamb. Oliv. Wernsd. et Orell. *membrum aliquod.*—10 Mss. nonnulli *te plus quam me vid.*—1 Vat. Muret. Græv. *facinerosum.* Tum, *temperatum* edd. vett. —2 *v* omittit voces *In hoc.* Mox, *me multum* Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. In *v* deest *me.* Postea, *Nam me tecum* *v* ψ et edd. vett. cum Grut.—3 *v* *Ego omnino.*—4 Lamb. 1566. *dolore irasci non possum.*—5 *v* *haud parva:* al. *ac parva.* Post *huic* ψ, Grævii Ms. Jen. et alii addunt *vel illi.* In Vat. *videlicet* deest.—6 *v* ψ et edd. vett. *conservare*, et paulo post, iidem *expugnare.*

CAP. VI. 7 Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *interponas.* In *v* non legitur *Brutus.* Deinde, *pacem dicis velle te* Mss. nonnulli et edd. vett. Porro,

NOTÆ

[m] *Uno in homine*] In Pub. Clodio.

[n] *Coloniam*] Mutinam, quam tunc obsidebat Antonius.

[o] *Conductæ vineæ sunt*] Vinea militare instrumentum est, crates videlicet vimineæ terra et arborum ramis compactæ, sub quibus milites latent, muros hostiles ariete demolientes; et a saxis tuti, quæ e propugnaculis dejiciuntur.

[p] *Tres principes*] Tres viri consulares, L. Philippus, L. Piso, et Ser. Sulpicius missi sunt ad Antonium.

Digitized by Google

senator videatur, negat se illi[8] amicum esse debere; cum suo magno[q] esset beneficio, venisse eum contra se. Vide, quanta caritas sit patriæ; cum homini sit iratus, tamen reipublicæ causa defendit Antonium. Ego[9] te, cum in Massilienses[r] tam sis acerbus, Fufi, non animo æquo audio. Quousque enim Massiliam[s] oppugnabis?[10] Ne triumphus quidem finem fecit belli? per quem[o] lata est urbs ea, sine qua nunquam ex Transalpinis gentibus majores nostri triumpharunt. Quo quidem tempore populus Romanus ingemuit. Quanquam enim[1] proprios dolores suarum rerum omnes habebant; tamen hujus civitatis fidelissimæ miserias, nemo erat civis, qui a se alienas[p] arbitraretur. 19. Cæsar ipse, qui illis fuerat iratissimus, tamen, propter singularem ejus civitatis[2] gravitatem et fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat:[q] te nulla sua calamitate civitas satiare tam fidelis[3] potest? Rursus me jam[4]

[o] *In quo.* [p] *Non suas.* [q] *Fiebat lenior.*

Grævii Ms. *Res agitur.* Pro *vineæ* ψ et Ms. Grævii habent *lineæ.*—8 Vat. *negat ei illi.* Mox, *cum suo magno esset benef., venisse reum contra se* v ψ, Guelf. Leid. Huyd. *cum suo magno benef. venisse reum contra se* Grævii Ms. *cum suæ causæ magno benef. venisse reum contra se* Franc. Barb. 1. 2. *cum suo esse magno benef. venissé reum contra se* Amster. Tum, Vat. Mss. Pariss. et Manut. *Videte.*—9 ψ et edd. vett. *Ergo.* Deinde, *es acerbus* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Ante *Fufi* Vat. Muret. Faërn. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. addunt prænomen *Q.*; alii *L.*—10 ψ, Barb. 1. 2. et edd. vett. *expugnabis.* Mox, *finem facit* v, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Pro *lata* v ψ, edd. vett. paucæ, et Grut. habent *sublata.*—1 v ψ, Barb. 1. 2. Vat. Mss. Ferrarii, edd. Rom. Ven. 1483. Ald. Manut. Faërn. Car. Steph. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. omittunt *enim.*—2 Grævii Ms. *propter sing. civitatis.*—3 Grævii Ms. et Colon. *remitt.: nulla calam. civ. satiari jam fid.* nisi quod in Colon. scribatur *tam fidelis,* et *te* additum est manu recentiori. Junt. et Muret. quoque non agnoscunt *sua.*—4 Al. *jam me.* Tum, Vat. *Ego*

NOTÆ

[q] *Cum suo magno*] Innuit subtiliter Cicero, Fufium prævaricatum fuisse, cum Antonium accusaret; est enim absurda hæc Fufii defensio, cujus improbitatem ostendit orator.

[r] *In Massilienses*] Interfecto Cæsare, venere Massilienses, ut ablata sibi ab eo repeterent. Restiterat Fufius, multaque in eos crudeliter dixerat: at eos defenderat Cicero; quare jam de Fufio conqueritur.

[s] *Massiliam*] Massilia urbs Galliæ antiquissima fœderata fuit cum Romanis; tunc divitiis et eruditione florentissima.

Digitized by Google

irasci fortasse dices. Ego autem sine iracundia dico, ut omnia, nec tamen sine dolore: Neminem illi civitati inimicum esse arbitror, qui amicus sit huic civitati. Excogitare, quæ tua ratio sit,[a] Calene, non possum. Antea deterrere te, ne popularis esses, non poteramus; [*p.* 218.] nunc exorare, ut sis popularis, non possumus.[5] Satis multa cum Fufio, ac sine odio omnia, nihil[6] sine dolore. Credo, autem, qui generi[t] querelam moderate ferat, æquo animo laturum amici.

VII. 20. Venio nunc[7] ad reliquos consulares,[u] quorum est nemo, (jure hoc meo dico) qui non mecum habeat aliquam conjunctionem gratiæ;[x] alii maximam, alii mediocrem; nemo nullam. Quam hesternus dies nobis (consularibus dico) turpis illuxit! Iterum legatos? quid? ille faceret inducias?[8] Ante consulem, oculosque legatorum, tormentis[y] Mutinam verberavit: opus ostendebat, munitionemque legatis: ne punctum quidem temporis, cum legati

[a] *Quod sit tuum consilium.*

autem sine iracundia dico omnia, nec tam esse in dolore animi: neminem, &c. Paulo post, Vat. Faërn. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *qui amicus huic sit civitati.* Vocem *civitati* delevit Lamb. e conjectura Faërni, probb. Ern. et Garaton.—5 Muret. *exorare nunc, ut nunc sis pop., non poss.* Guelf. Leid. Hayd. Junt. Grut. et Oliv. *nunc ut* (*ut nunc* Junt. Grut. Oliv.) *sis pop. exorare non poss.*—6 Pro *nihil* Ms. Grævii habet *ac.*

CAP. VII. 7 ψ, Vat. Faërn. Muret. Lamb. Græv. et Oliv. omittunt *nunc.* Mox, *quorum nemo est* Vat. Faërn. et Orell. Tum, *jure meo hoc dico* Junt. Muret. Grut. Pro *qui non* υ habet *qui nunc;* Vat. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. et Orell. *quin.*—8 *Quid? si ille fac. ind.* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Oliv. Lall. *Quid? ille, ut faceret ind.* Naug. Cam. Gryph. Deinde, *ante hos oculosque* Vat. *ante consules oculosque* Muret. *ante consulis oculosque* υ, Mss. Regii, cum Grut. Græv. Oliv. *ante os oculosque* e conjectura Augustini dederunt Faërn. Lamb. Ald. Lall. Wernsd. et Orell. *ante consulem oculosque* Mss. plerique, Ern. et Schutz. Paulo post, Ms. Grævii *Mut. flagellavit,* sed in marg. ascriptum

NOTÆ

[t] *Generi*] Pansa consul gener erat Fufii Caleni, de quo tamen graviter conquestus fuerat, quod Antonio faveret.

[u] *Ad reliquos consulares*] Cum Calenus vir esset consularis, bene jam ad reliquos se convertit.

[x] *Conjunctionem gratiæ*] Intelligit quamcunque conjunctionem, quæ vel a sanguine, vel ab amicitia proficiscitur.

[y] *Tormentis*] Intelligit tormenta bellica, quibus urbes obsessæ oppugnantur.

Digitized by Google

adessent, oppugnatio respiravit.[r] Ad hunc[9] legatos?[z] Cur? an ut eorum reditu vehementius pertimescatis? 21. Equidem cum antea legatos decerni[10] non censuissem, hoc me tamen consolabar, quod[1] cum illi ab Antonio contemti et rejecti revertissent, dixissentque senatui, non modo illum e Gallia discessisse,[2] uti censuissemus, sed ne a Mutina quidem recessisse; potestatem sibi D. Bruti conveniendi[s] non fuisse; putabam[3] fore, ut omnes, inflammati odio, excitati dolore, armis, equis, viris[4] D. Bruto subveniremus. Nos etiam languidiores facti[5] sumus, postquam Antonii non solum audaciam et scelus, sed etiam insolentiam superbiamque perspeximus. 22. Utinam L. Cæsar valeret,[a] Servius Sulpicius[6] viveret![b] multo melius hæc causa ageretur a tribus, quam nunc agitur ab uno. Dolenter[t] hoc dicam potius, quam contumeliose. Deserti, deserti, inquam,[7] sumus, patres conscripti, a principibus.[c]

[r] *Intermissa est.* [s] *Videndi.* [t] *Cum dolore.*

erat, 'vel *verberavit.*'—9 Mss. nonnulli et edd. vett. *Adhuc.* Mox, *v meorum red.* edd. vett. paucæ *in eorum red.*—10 *v decernitis.*—1 Lamb. delevit *quod.* Pro *rejecti v* ψ exhibent *relicti.* Tum, ψ *dixissemque senatui:* Muret. e conjectura dedit *renuntiassentque senatui,* prob. Garaton.—2 Ante *discessisse* Mss. et edd. ante Græv. cum Wernsd. et Orell. addunt *non.* Deinde, edd. vett. *ut censuimus.*—3 Mss. pleriqne et edd. ante Ald. cum Muret. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *putabam* omittunt. Pro *non fuisse* Ern. suspicabatur *non fecisse* legend. Vid. Nott. Varr.—4 Mss. nonnulli et edd. vett. *viribus.*—5 In *v* deest *facti.* Tum, *quamarus Antoni* Vat. unde Faërnus dedit *quam M. Antoni.* In *v postea quam Antonii:* edd. vett. paucæ cum Wernsd. in ed. maj. et Orell. *quam Antonii.*—6 Grævii Ms. *Sergius Sulpicius.* Tum, ψ, Colon. et edd. vett. *multo melius hæc tunc agerentur a tribus, quam nunc aguntur* (vel *agantur*) *ab omnibus.* Pro *agitur* nonnulli exhibent *agatur.* —7 *Deserti, inquam* absunt ab *v* ψ, Barb. 1. 2. Grævii Ms. et edd. vett.

NOTÆ

[z] *Ad hunc legatos*] Per indignationem contendit, iterum ad Antonium legatos mittendos non esse, uti quidam censuerant; inter quos volebant esse Ciceronem, non tam beneficii gratia, quam eum Antonio tradendi voluntate, ut ait Dio lib. XLVI.

[a] *L. Cæsar valeret*] Aberat tunc a senatu propter valetudinem.

[b] *Sulpicius viveret*] Sulpicius in legatione obiit.

[c] *A principibus*] Id est, a consularibus, quos sæpenumero Cicero principes appellat: vult autem hic innuere Cicero, a quibusdam ex illis qui nimis Antonio favere videbantur, prodi rempublicam.

Digitized by Google

Sed (ut sæpe jam dixi) omnes in tanto periculo, qui recte et fortiter sentient, erunt consulares. Animum nobis afferre legati debuerunt: timorem attulerunt: quanquam mihi quidem nullum:[8] quamvis de illo, ad quem missi sunt, bene existiment: a quo etiam mandata acceperunt.[d]

VIII. 23. Pro, Dii immortales! ubi est ille mos virtusque majorum? C. Popillius,[9] apud majores[e] nostros, cum ad Antiochum regem[f] legatus missus esset, et verbis senatus denuntiasset,[10] ut ab Alexandria discederet, quam obsidebat; cum tempus ille differret, virgula[g] stantem[1] circumscripsit; dixitque, se renuntiaturum senatui, nisi prius sibi respondisset, quid facturus esset, quam ex illa circumscriptione excederet.[2] Præclare: senatus enim faciem[*] secum attulerat, auctoritatem[3] populi Romani; cui qui non paret,

[*] *Majestatem.*

Mox, *v Sed etiam sæpe:* Vat. *Sed sæpe.*—8 Post *nullum v ψ* addunt *unquam;* Junt. Grut. et al. *unquam timorem.* Verba *quanquam mihi quidem nullum* Ernesto suspecta erant. Deinde, edd. vett. nonnullæ *quamvis illi de illo.*

CAP. VIII. 9 Nonnulli *Popilius:* alii *Pompilius.* *v* caret præpositione ante *Antiochum.*—10 *v ψ,* Vat. et edd. vett. *nuntiasset.* Tum, *Alexandrea* Vat. Muret. et Græv.—1 *v ψ virgulas tandem.* Mox, *se non ante renuntiaturum v ψ,* Pall. et edd. vett. cum Grutero.—2 *Excessisset v,* Leid. et Ms. Grævii: *exisset* Vat. Muret. et al. *excessit* Guelf.—3 Vat. Muret. et Orell. *auctoritatem.*

NOTÆ

[d] *Mandata acceperunt*] Arguit legatos, quod mandata Antonii ad senatum acceperint, cui statim parere debuerat.

[e] *C. Popillius apud majores*] Valerius Maximus, lib. VI. de graviter dictis, hanc rem sic exponit: 'Popillius a senatu legatus ad Antiochum missus, ut bello se, quo Ptolemæum lacessebat, abstineret; cum ad eum venisset, atque is prompto animo et amicissimo vultu dextram ei porrexisset, invicem ei suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsultum continentes tradidit; quas ut legit Antiochus, dixit, se cum amicis collocuturum. Indignatus Popillius, quod aliquam moram interposuit, 'At prius,' inquit, 'quam circulo excedas, da responsum, quod senatui referam.' Non legatum locutum, sed ipsam curiam ante oculos positam crederes: continuo enim rex affirmavit fore, ne amplius de se Ptolemæus quereretur; ac tum demum Popillius manum ejus, tanquam socii, apprehendit.'

[f] *Antiochum regem*] Rex ille Antiochus Epiphanes fuit sua in Judæos crudelitate celebratus.

[g] *Virgula*] Caduceo, quem legati soliti erant gestare, circulum descripsit circa Antiochum.

Digitized by Google

non ab eo mandata accipienda sunt, sed ipse est totus repudiandus. 24. An ego ab eo mandata acciperem, qui senatus mandata contemneret? aut ei cum senatu quidquam commune judicarem, qui imperatorem[h] populi Romani, senatu prohibente, obsideret? At quæ mandata? qua arrogantia! quo stupore![4] [i] quo spiritu! Cur autem ea legatis nostris dabat, cum ad nos Cotylam[5] [k] mitteret, ornamentum atque arcem amicorum suorum, hominem ædilicium?[l] si vero[6] tum fuit ædilis, cum eum, jussu Antonii, in convivio servi publici[m] loris ceciderunt. 25. At quam modesta mandata! Ferrei sumus, patres conscripti, qui quidquam[n] huic negemus. 'Utramque[7] provinciam,'[o] inquit, 'remitto: exercitum depono: privatus esse non recuso.' Hæc sunt enim verba: redire ad se videtur. 'Omnia obliviscor; in gratiam redeo.' Sed quid adjungit? 'si legionibus meis sex, si equitibus, si cohorti prætoriæ[8] [p] prædam agrumque dederitis.' His[9] etiam præmia pos-

que. Pro *populi Romani* ψ, Leid. Vat. Muret. Faërn. habent *reipublicæ*, prob. Ern. In Amsterod. legitur *auctoritatem reipublicæ et populi.* Pro *cui v*, Rom. Ven. 1483. exhibent *civis;* Barb. 1. 2. et al. *cujus.* Mox, *sed ipse est potius repud.* ψ, Vat. Colon. Ald. Naug. Cam. Gryph. *sed ipse repud.* Muret.—4 Cælius Secundus conjecit *quo tumore.*—5 Nonnulli *Cotulam:* alii *Cotilam.* Mox, Ms. Grævii *arce:* ψ *artem.*—6 Al. *vere.* Pro *servi publici loris* in *v servitores* legitur. Deinde, *v* ψ *mandata ferret? hi sumus:* edd. vett. *mandata fert? ii sumus.*—7 Ant. Augustinus delet *utramque.* Vid. Nott. Varr.—8 Mss. pauci et edd. ante Muret. *meis, etsi equitibus, et si coh. præt.* Pro *prædam* Ern. Garaton. et Orell. legi maluerunt *præmia.*—9 Faërn. et Orell. *Iis.* Tum,

NOTÆ

[h] *Imperatorem*] Brutum, quem Mutinæ obsidebat Antonius.

[i] *Quo stupore*] Cælius secundus legit *tumore.* Vult enim ostendere Cicero, mandata Antonii superba esse plane, ac tumida; ideoque nec ferenda a senatu.

[k] *Cotylam*] Cotylas, unus ex Antonianis.

[l] *Ædilicium*] Ædilicius dicitur qui ædilis fuit.

[m] *Servi publici*] Lictores sunt illi servi publici, quibus in publico munere ædiles utebantur.

[n] *Qui quidquam*] Ironia.

[o] *Utramque provinciam*] Exagitat Antonii superbiam in responsis: 1. quidem quod Galliam Cisalpinam, et Macedoniam, quæ ei, post mortem Cæsaris dictatoris, sorte obvenerat, diceret se deponere; quasi id sui juris esset, et non senatus.

[p] *Cohorti prætoriæ*] Cohors prætoria dicebatur, quæ stipabat imperatorem. Hanc instituit Julius Cæsar.

Digitized by Google

tulat, quibus ut ignoscatur, si postulet, impudentissimus judicetur. Addit præterea, 'quos[10] ipse cum Dolabella dederit agros, teneant ii, quibus dati sint.' 26. Hic est Campanus ager,[q] et Leontinus, quæ duo majores nostri annonæ perfugia ducebant. IX. [*p.* 219.] Cavet[w] mimis, aleatoribus,[1] lenonibus: Caphoni etiam, et Saxæ[r] cavet; quos centuriones pugnaces et lacertosos, inter mimorum et mimarum greges collocavit. Postulat præterea, 'ut chirographorum et commentariorum[s] sua collegæque[2] sui decreta[t] maneant.' Quid laborat,[y] ut habeat, quod quisque mercatus est, si, quod accepit, habet[3] qui vendidit? 'et ne tangantur rationes ad Opis:'[u] id est, ne septies millies[4] recuperetur: 'ne fraudi sit septemviris,' quod egissent.' Nucula[5] hoc, credo,[x] admonuit: verebatur fortasse, ne amitteret tantas clientelas.[y] Caveri etiam vult 'iis, qui secum sunt,[6] quidquid contra leges commiserint.' Mustelæ

[w] *Consulit.* [y] *Molitur.* [z] *Septemviri reprehendantur.*

Muret. *postulet.*—10 Ante *quos* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. addunt *ut*. Mox, *data sunt* ψ et edd. vett. nonnullæ cum Grut. Post *Leontinus* *v* addit *ager*.

CAP. IX. 1 ψ *minus et aleatoribus:* Ms. ap. Græv. *mimis et aleatoribus.*—2 Muret. *chir. sua et comm. coll.*—3 Mss. pauci et edd. ante Faërn. *si quid accepit, habeat.* Mox, ψ *tangatur.*—4 *Ne sestertium septies millies* *v* ψ et edd. vett. cum Lamb.—5 Pro *Nucula* *v* et Grævii Ms. habent *Nunc illa.* Pronomen *hoc* omittunt *v* ψ, Grævii Ms. Barb. 1. 2. Ms. Car. Steph. et Mss. Ferrarii, cum Car. Steph. Manut. Lamb.—6 Vat. Muret. et Orell. *qui secum sint.* Deinde, *qui quid* e conjectura Ferrarii dederunt Manut. Car. Steph. Faërn.

NOTÆ

[q] *Campanus ager*] Campanum agrum 'orbis terræ pulcherrimum' vocat in Agrariis.

[r] *Caphoni et Saxæ*] Viri erant effœminati, quos ironice pugnaces vocat.

[s] *Chirographorum et commentariorum*] Commentaria Cæsaris intelligit, in quibus multa falso fingebat Antonius contineri, quæ non erant.

[t] *Decreta*] Multa pariter decreta Cæsaris fuisse dicebat Antonius, quæ in ejus commentariis contineri dicebat.

[u] *Ad Opis*] 'Ædem' scilicet subauditur; locutio Romanis familiaris. In hac Opis æde pecunia publica servabatur.

[x] *Nucula hoc, credo*] Nucula unus fuit ex septemviris, quorum acta resciderat senatus.

[y] *Tantas clientelas*] Intelligit eos omnes homines, quos sibi agrorum largitionibus adjunxerat.

Digitized by Google

et Tironi[a] prospicit: de se nihil laborat. 27. Quid enim commisit unquam?[a] num aut pecuniam publicam attigit, aut hominem occidit, aut secum[7] habuit armatos? Sed quid est, quod de iis laboret? Postulat enim, 'ne sua judiciaria lex[b] abrogetur:' quo impetrato, quid est quod metuat? an ne suorum aliquis a Cyda, Lysiade,[8] Curio[c] condemnetur? Neque tamen nos urget mandatis pluribus; remittit aliquantum, et relaxat.[9] 'Galliam,' inquit, 'togatam[d] remitto; comatam postulo,' (otiosus videlicet esse mavult[10]) 'cum sex legionibus,' inquit, 'iisque suppletis ex D. Bruti exercitu,' non modo ex delectu suo:[e] 'tamdiuque ut obtineat, quamdiu[1] M. Brutus, C. Cassius, consules, prove coss. provincias obtinebunt.' Hujus comitiis[f] C. frater (ejus est enim jam annus[g]) jam repulsam tulit.[2] 28. 'Ipse autem ut quinquennium,'[h] inquit, 'obti-

Lamb. et Orell. Porro, ψ et al. *contra legem commiserunt:* Ald. Lamb. Grut. *contra leges commiserunt.*—7 In *v* deest *secum.*—8 Muretus conjecit *Lyside.*—9 Muretus *laxat.* Mox, *v* et edd. vett. *totam remitto.* In ψ, Barb. 1. 2. et edd. pr. *togatam* deest.—10 *v* ψ, Grævii Ms. Junt. et al. *malo.* Deinde, *v* non agnoscit *inquit.* Porro, *hisque suppl.* Muret.—1 Pro *quamdiu* Vat. Muret. Faërn. et Orell. habent *dum.* Statim, *M. Brutus* exhibent *v*, Vat. et Mss. Ferrarii. Postea, ψ *consules, prout consules.*—2 '*Hujus comitiis C. frater*

NOTÆ

[a] *Mustelæ et Tironi*] Hi asseclæ fuerunt Antonii.

[a] *Commisit unquam*] Per præteritionem commissa ab Antonio scelera paucis comprehendit.

[b] *Judiciaria lex*] Tulerat Antonius, ut tertia judicum decuria e centurionibus, antesignanis, alaudis, manipularibus fieret.

[c] *Cyda, Lysiade, Curio*] Hi sunt judices, quos in suam illam tertiam judicum decuriam Antonius admiserat, de quibus jam Phil. v. dictum est.

[d] *Galliam togatam*] Gallia togata a Rubicone fluvio Ravennam usque porrigebatur. Comata Transalpina dicta est, seu Narbonensis. Comata porro dicta est a comis quas incolæ nutriebant. In ea vero Belgæ, Aquitani, et Celtæ, qui omnes proprie Galli dicebantur, contenti sunt. Censent aliqui comatam, et eam, quæ braccata dicta est, eandem esse.

[e] *Ex delectu suo*] Antonii scilicet.

[f] *Hujus comitiis*] Antonii comitia intelligit, de quibus Phil. III. dixit.

[g] *Ejus est annus*] Quo nempe consulatum inire debuisset C. Antonius, Marci frater, nisi repulsam tulisset.

[h] *Quinquennium*] M. Antonius petebat, ut per quinquennium provinciam obtineret; cum Julius Cæsar tulisset, ne plus quam biennium consulares obtinerentur.

Digitized by Google

neam.' At istud vetat lex Cæsaris: et tu acta Cæsaris defendis? X. Hæc tu mandata, L. Piso, et tu, L. Philippe, principes[3] civitatis, non dico animo ferre, verum auribus accipere potuistis? Sed (ut suspicor) terror erat quidam: nec vos ut legati apud illum fuistis, nec ut consulares; nec vos[4] vestram, nec reipublicæ dignitatem tenere potuistis. Et tamen, nescio quo pacto, sapientia quadam,[i] credo, quod ego non possem,[5] non nimis irati revertistis. Vobis M. Antonius nihil tribuit, clarissimis viris, legatis populi Romani. Nos, quid[6] non legato Antonii Cotylæ concessimus? Cui portas hujus urbis patere jus non erat,[7] huic hoc templum patuit:[k] huic aditus in senatum fuit: hic hesterno die sententias nostras in codicillos,[l] et

ejus, est enim jam annus, ut repulsam tulit] Sic Faërni, Mureti (nisi quod *jam* non legatur in hac), Lamb. edd. sed Manutii, *Hujus comitiis C. frater ejus: est enim jam annus, ut repulsam tulit*; sed in notis sic explicat, ut legisse videatur, *Hujus comitiis C. frater. Ejus est enim annus, ut rep. tulit.* Victor. ed. *Hujus comitiis C. frater est enim jam annus, ut rep. tulit:* Grut. ed. *Hujus com. C. frater (ejus est enim jam annus) jam rep. tulit.* In Faërni editione apposita est stellula, testis eum esse corruptum. In Lambini editione plures additæ sunt stellæ, quasi quædam excidissent.' *Græv.* in Varr. Lectt. Ante *Hujus comitiis* nonnulli ap. Ferrar. addunt *Vel proconsulis;* alii *Vel proconsul;* alii *Vel.* Ursinus conjecit *Binis comitiis L. frater, &c.* Orell. edidit *Hujus comitiis C. frater ejus, est enim jam annus, ut rep. tulit.* Vid. Nott. Varr. Verba *Ipse autem* omittunt *v*, Grævii Ms. et alii cum Lamb. Pro *ut v* habet *aut*, et pro *obtineam* idem *obtineant*. Denique, ψ *At istud tua et lex Cæsaris; et tu acta Cæsaris defendis: v*, Ms. Grævii, et multi alii *At istud tua et Cæsaris lex defendit:* edd. ante Muret. *At istud vetat lex Cæsaris, et tua,* omissis ceteris.

CAP. X. 3 ψ *princeps.* Tum, Rom. Ven. 1488. Junt. *non dico quo animo ferre:* Muretus conjecit *non dico æquo animo ferre:* Ant. Augustinus legi maluit *non dico ad nos ferre.*—4 Vat. Faërn. Lamb. omittunt *vos.*—5 ψ et edd. vett. cum Grut. *possum.* Pro verbis *nimis irati revertistis v* exhibet *miserati reversi estis;* Grævii Ms. *miserati reveriti estis.* Deinde, edd. vett. *vobis* sine copula.—6 ψ *qui.* Ante *Antonii* ψ, Vat. Muret. Faërn. Manut. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. addunt prænomen *M.*—7 *v* et edd. vett. cum Grut. *fuit.* Mox, Vat. *sent. vestras: v in codicello:* et Ms. Car. Steph. *omnia*

NOTÆ

[i] *Sapientia quadam*] Ironice eorum legatorum sapientiam ridet, quæ Stoica videbatur. Stoici enim irasci sapientem negabant.

[k] *Templum patuit*] Semper senatus in loco sacro habebatur.

[l] *In codicillos*] Qui Antonio favebant in libellis senatorum sententias describebant, ut illæ ad Antonium perferrentur a Cotyla.

Digitized by Google

omnia verba referebat: huic se etiam summis honoribus usi,[8] contra dignitatem suam, venditabant.[m] 29. O Dii immortalès! quam magnum est, personam in republica tueri principis! quæ non animis[9] solum debet, sed etiam oculis, servire civium. Domum[10] recipere legatum hostium, in cubiculum admittere, etiam seducere,[1] hominis est, nihil de dignitate, nimium de periculo, cogitantis. Quod autem est periculum? nam si maximum[2] in discrimen venitur, aut libertas parata est victori, aut mors exposita victo; quorum alterum optabile est, alterum effugere nemo potest. Turpis autem fuga mortis omni est[3] morte pejor. 30. Nam illud quidem non adducor ut credam, esse quosdam, qui invideant alicujus constantiæ,[n] qui labori;[4] qui, ejus perpetuam in republica adjuvanda voluntatem et a senatu et a populo Romano[5] probari, moleste ferant. Omnes id quidem facere debebamus: eaque erat, non modo apud majores nostros, sed etiam nuper, summa laus consularium, vigilare, cogitare, adesse animo, semper aliquid pro republica aut facere, aut dicere.[6] 31.

vestra verba referebat.—8 In *v* deest *usi*; pro quo Mss. nonnulli habent *hic*; alii *hi*; Barb. 1. 2. et Ms. Grævii *sed*. Tum, Vat. Faërn. Lamb. *contra suam dign.*—9 *v armis*: *ψ animus*. Mss. pauci et edd. vett. non agnoscunt *etiam* ante *oculis*.—10 *v Domo*.—1 *v* et edd. vett. *etiam reducere*: *ψ* et al. *et reducere*: Ms. Ursini *etiam deducere*.—2 *Maxime* e conjectura Faërni dederunt Lamb. Schutz. et Wernsd. in ed. min. Deinde, *venietur* edd. vett. Pro *parata v ψ*, Grævii Ms. et edd. vett. habent *parta*. In Ms. Grævii *victori est*; sic etiam Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. qui pro *exposita* exhibent *proposita*.—3 *v* non agnoscit verbum *est*.—4 Pro *labori* in *v ψ* et edd. vett. cum Grut. legitur *laboribus*. Ms. Grævii *qui labori hujus perp.* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *qui labori; ejus perp.* Tum, *v ad juvandum voluntatem*.—5 Muret. *et populo:* Junt. *et a repub.* Deinde, *v modeste ferant. Omnes id qui facere debeamus*.—6 Vat. Muret. *vigilare, cogitare, adesse an., semp. al. pro rep. aut cogitare, aut fac., aut dic.* Lamb. Græv. Oliv. Schutz. Wernsd. et Orell. *vigilare, adesse an., semp. al. pro rep. aut cogitare, aut facere, aut dicere.* Post *Ego v*, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. addunt *patres conscripti*.—

NOTÆ

[m] *Venditabant*] Id est, studebant commendari apud Antonium.

[n] *Alicujus constantiæ*] De se loquitur Cicero.

Digitized by Google

Ego Q. Scævolam[o] augurem, memoria teneo, bello Marsico,[p] cum esset summa senectute, et perdita[7] valetudine, quotidie, simul atque luceret,[a] facere omnibus conveniendi sui potestatem:[8] neque eum quisquam illo bello vidit in lecto: senexque et debilis, primus veniebat in curiam. [p. 220.] Hujus industriam maxime quidem[9] vellem ut imitarentur ii, quos oportebat; secundo autem loco, ne alterius labori inviderent. XI. 32. Etenim, patres conscripti, cum in spem libertatis sexennio post[10][q] simus ingressi, diutiusque servitutem perpessi, quam captivi[1] frugi et diligentes solent; quas vigilias, quas solicitudines, quos labores, liberandi populi Romani causa recusare debemus? Equidem, patres conscripti, quanquam hoc honore usi[r] togati esse solent,[2] cum est in sagis civitas; statui tamen, a vobis, ceterisque civibus, in tanta atrocitate temporis, tantaque perturbatione reipublicæ,[3] non differre vestitu. Non enim ita gerimus nos hoc bello consulares, ut æquo animo populus Romanus visurus sit

[a] *Dies esset.*

7 *v percita.*—8 Faërn. solus *potestatem sui.* Tum, Vat. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *nec eum quisq.* Paulo post, *senexque debilis v*, Vat. Muret. Wernsd. et Orell.—9 Alii *equidem.*

CAP. XI. 10 *v* ψ et edd. vett. cum Grut. non habent *post.* Tum, *sumus ingr.* Vat. Muret. et Orell.—1 Post *captivi* Vat. Faërn. Lamb. addunt *servi.* —2 Alii *solent esse.* Deinde, Grævii Ms. *cum in sagis*, omisso *civitas.*—3 ψ et edd. vett. *populi Romani.* Tum, *vestitu v* et Ms. Grævii. Paulo post,

NOTÆ

[o] Q. *Scævolam*] Is Scævola Publii filius fuit, gener Lælii sapientis, socer L. Crassi oratoris: eo præceptore juris civilis usus est Cicero. Gessit ille cum Crasso consulatum, et pontifex maximus in Mariana clade in senatu interfectus est. Livius tamen, lib. LXXXVI. in vestibulo Vestæ, dum fugeret, ait necatum esse.

[p] *Bello Marsico*] Bellum illud Marsicum, Italicum, et Sociale dictum est. Et illud a diversis Italiæ populis, ob negatam civitatem, sed primum a Marsis, duce Popedio, excitatum est.

[q] *Sexennio post*] Significat sex illos annos, ex quibus Pompeius cum omnibus bonis civibus pugnare pro libertate publica incepit.

[r] *Hoc honore usi*] Prærogativa quadam honoris viri consulares etiam belli tempore in togis erant, cum reliqui cives in sagis, et habitu militari essent.

Digitized by Google

nostri honoris insignia; cum partim e nobis ita timidi sint, ut omnem populi Romani beneficiorum[4] memoriam abjecerint; partim ita a republica aversi,[5] ut huic se hosti favere præ se ferant; legatos nostros ab Antonio despectos esse et irrisos facile patiantur; legatum Antonii[6] sublevatum[b] velint: hunc enim reditu ad Antonium[a] prohiberi negabant oportere; et in eodem excipiendo sententiam meam corrigebant: quibus geram morem.[c 7] Redeat ad imperatorem suum Varius,[t] sed ea lege, ne unquam Romam revertatur: ceteris autem, si errorem suum deposuerint, et cum republica in gratiam[8] redierint, veniam et impunitatem dandam puto.

33. Quas ob res ita censeo: 'Eorum, qui cum M. Antonio sunt, qui ab armis discesserint, et aut ad C. Pansam, aut ad A. Hirtium,[9] consules, aut ad Decimum Brutum, imperatorem, consulem designatum, aut ad C. Cæsarem pro prætore,[10] ante Idus Martias primas adierint, iis fraudi ne sit,[d] quod cum M. Antonio fuerint. Si quis eorum, qui cum M. Antonio sunt, fecerit, quod honore præmiove dignum esse videatur;[1] uti C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter ambove, si eis videbitur,[2] de ejus honore, præmiove, primo quoque die ad senatum referant. Si quis, post hoc

[b] *Adjuvari.* [c] *Acquiescam.* [d] *Ne noceat eis.*

Mss. Ferrarii *nos ger.*—4 *v cum partim nobis ita timidis in tuto est ne hi populi Rom. beneficio.* Ante *populi Rom.* edd. vett. addunt *ii.*—5 ψ *adversi.* Tum, *ut huic hosti se* Junt. et al. *ut hinc se hosti v*: *ut se hosti* Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Pronomen *huic* Orellius uncis inclusit. Porro, Ms. Grævii *favere præferant.*—6 *v Antonium.* Deinde, *Huic enim reditum* ψ et edd. vett. cum Grut. Statim, *v prohibere.*—7 Al. *morem geram.*—8 *v* ψ, Grut. et al. *dep. et in reip. gratiam.* Pro verbis *cum M. Antonio sunt* in *v* legitur *Cumanis.*—9 Faërn. et Lamb. *ad C. Pansam, aut ad Hirtium.* Edd. vett. omittunt prænomina.—10 Al. *propratorem.* Mox, *primas* abest a ψ et edd. vett. In Barb. 1. 2. legitur *unas.*—1 *v* ψ et edd. vett. *quo honore præmiove quis dignus esse videatur.*—2 Vat. *sis videbitur*: Junt. Lamb. et al. *si eis videatur.* Tum,

NOTÆ

[a] *Reditu ad Antonium*] Censebat Cicero legatum Antonii Romæ esse retinendum.

[t] *Varius*] Varius Cotyla cognominabatur.

senatusconsultum,[3] ad Antonium profectus fuerit, præter L. Varium, senatum existimaturum eum contra rempublicam fecisse.'

in Vat. desunt verba *primo quoque die*.—3 *v* et edd. vett. non agnoscunt *senatusconsultum*. Pro *fuerit* Vat. Muret. Faërn. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. habent *esset*. Paulo post, *v existimaturus*.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA NONA.

ORATIO LI.

ARGUMENTUM.

Referente Pansa consule de honore Ser. Sulpicii, qui, legatus ad Antonium cum Pisone et Philippo missus, prope castra quidem pervenerat, sed antequam senatus mandata exponeret, obierat; P. Servilius sententiam rogatus, decernendum ei publice sepulcrum censuit; statuam non censuit; quod statuæ decerni solerent iis qui in ipsa legatione essent interfecti, non, quibus mortem casus attulisset. Post eum, Cicero rogatus, honorem sepulcri Sulpicio non ademit; sed eum omnino statua ornandum esse censuit; ea potissimum ratione usus, quod, cum ad Antonium gravi affectus morbo sit profectus, non ei casus, verum ipsa legatio mortem attulisse videatur; atque in hanc sententiam graviter, ornate, copiose disputat. Senatusconsultum in ejus sententiam factum esse, ex eo perspicitur, quia Pomponius, De Origine Juris, extare pro rostris Augusti statuam illam, auctor est.

I. 1. VELLEM, Dii immortales fecissent, patres conscripti, ut vivo potius Ser. Sulpicio gratias ageremus, quam honores mortuo [1] quæreremus. Nec vero dubito, quin, si ille vir legationem renuntiare [a] [2] potuisset, reditus ejus et

[a] *Obire.*

CAP. I. 1 Edd. vett. cum Grut. *mortuo honores.*—2 Al. *renuntiare leg.*—

nobis[3] gratus fuerit, et reipublicæ salutaris futurus: non quo L. Philippo et L. Pisoni aut studium aut cura defuerit in tanto officio tantoque munere: sed cum Ser. Sulpicius ætate illos anteiret, sapientia omnes,[4] [a] subito ereptus e causa, totam legationem orbam et debilitatam[b] reliquit. 2. Quodsi cuiquam justus honos habitus est in morte legato, in nullo justior, quam in Ser. Sulpicio, reperietur.[5] Ceteri, qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitæ periculum, sine ullo mortis metu profecti sunt: Ser. Sulpicius cum aliqua perveniendi ad M. Antonium spe profectus est, nulla revertendi.[b] Qui cum ita affectus esset,[c] ut, si ad gravem valetudinem labor viæ accessisset,[6] sibi ipse diffideret;[d] non recusavit, quo minus vel extremo spiritu,[e] [7] si quam opem reipublicæ ferre posset, experiretur.[f] Itaque non illum vis hyemis, non nives, non longitudo itineris,[c] non asperitas viarum, non morbus ingravescens retardavit: cumque jam ad congressum colloquiumque ejus pervenisset, ad quem erat missus, in ipsa cura et meditatione[8] obeundi sui muneris excessit e vita.

3. Ut igitur alia,[d] sic hoc, C.[9] Pansa, præclare, quod nos ad honorandum Ser. Sulpicium cohortatus es, et ipse

[b] *Imperfectam.* [c] *Ægrotaret.* [d] *Desperaret de vita sua.*
[e] *Agens animam.* [f] *Tentaret.*

3 *v*, Vat. Mss. Ferrarii, Junt. Muret. Faërn. et Orell. *vobis.* Mox, ψ et edd. vett. nonnullæ *non quod.*—4 Mss. plerique et edd. vett. *illis anteiret, sapientia omnibus.* Verba *e causa* omittunt ψ, Franc. Barb. 1. 2. Faërn. Muret. Lamb. et Manut.—5 Faërn. *reperiretur.* Mox, *v in legione.*—6 *Labor is access.* Ven. 1483. Junt. *labor access. v* ψ, Vat. Crat. Hervag. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. Tum, *sibi ipsi v* ψ et edd. vett.—7 Al. *vel in extr. spir.* Mox, *afferre posset* edd. vett. Paulo post, Muret. *illum non vis.*—8 Al. *cura ac med.*—9 Nonnulli prænomen omittunt. Mox, *ad ornandum Ser. Sulp.* ψ et edd. vett.

NOTÆ

[a] *Sapientia omnes*] Ait Sulpicium superare omnes alios sapientia, propter singularem ejus juris, tum humani, tum divini, scientiam, qua excellebat. Dicitur autem centum et octoginta libros reliquisse.

[b] *Nulla revertendi*] Cum mala affectus valetudine profectus fuisset legatus ad Antonium, non ei redeundi spes fuit.

[c] *Longitudo itineris*] Mutina Roma distat itinere septem dierum.

[d] *Ut igitur alia*] Id est, ut multa solitus est Pansa dicere generose,

Digitized by Google

multa copiose de illius laude dixisti. Quibus a te dictis, nihil præter sententiam dicerem, nisi P. Servilio respondendum putarem, qui hunc honorem statuæ nemini tribuendum censuit, nisi qui [10] ferro esset in legatione interfectus. Ego autem, patres conscripti, sic interpretor sensisse majores nostros, ut causam mortis censuerint, non genus esse quærendum. Etenim cui legatio ipsa morti fuisset,[1] ejus monumentum extare voluerunt, ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius. Non igitur exempla majorum quærenda, sed consilium est eorum, a[2] quo ipsa exempla nata sunt, explicandum. II. 4. Lar[3] Tolumnius,[e] rex Veientium,[f] quatuor legatos populi Romani Fidenis[g] interemit; quorum statuæ in rostris steterunt usque ad nostram memoriam. Justus honos: iis enim majores nostri, qui ob rempublicam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt. Cn. Octavii,[4][h] clari et magni viri, (qui primus in eam fa-

cum Grut. Tum, *hortatus es* Grævii Ms. et *de illius laude* Muret.—10 *Nisi si qui* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell.—1 ψ et edd. vett. *mortis causa fuisset*.—2 *a*, Ms. Grævii et Mss. Ferrarii non habent præpositionem.

Cap. II. 3 *Lares* ψ: *Lare* Vat. *Lartes* edd. vett. cum Grut. *Lars* Guelf. Ms. Grævii, et al. Deinde, *Tolomeus* ψ: *Stolumnius* Langii Ms. Paulo post, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *quorum statuæ steterunt usque ad meam mem. in rostris*.—4 ψ *C. enim Octavii*. Vat.

NOTÆ

tum generosissime dixit, cum exhortatus est senatum, ut ornaret Sulpicium, quem tot laudibus extulit.

[e] *Lar Tolumnius*] Lar Tolumnius augur fuit, qui pro Turno bellavit in Æneam. Vide Virg. lib. XII. 'Expediuntque manus, primusque Tolumnius augur.'

[f] *Rex Veientium*] Veiens, seu Veientum, urbs fuit ejus gentis primaria, quæ Larthenianum antea dicta est, deinde a Romanis Veiens nuncupata.

[g] *Fidenis*] Fidenæ urbs fuit in Latio, olim ampla, et Romanorum colonia, quorum, anno urbis conditæ 327. populi ad Lartem Tolumnium defecere. Cum autem ad eos a Romanis quatuor legati missi essent, ut ab eis defectionis causam sciscitarentur, Tolumnii imperio interfecti sunt.

[h] *Cn. Octavii*] Octaviorum familia olim inter patricias a Servio Tullio quidem adjecta est, sed post aliquot annos ad plebem transivit. Primus C. Octavius Rufus, quæstorius, Cn. et Caium procreavit, a quibus duplex Octaviorum familia defluxit, diversa conditione; siquidem Cneius, et qui ab eo posteri extitere, summis

Digitized by Google

miliam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum) statuam videmus in rostris. Nemo tum novitati [5] invidebat: nemo virtutem non honorabat. At ea fuit legatio Octavii, in qua periculi suspicio non subesset. Nam, cum esset missus a senatu ad animos regum perspiciendos, liberorumque populorum, maximeque, ut nepotem Antiochi regis [6] (ejus, qui cum majoribus nostris bellum gesserat) classes habere, elephantos alere prohiberet; Laodiceæ [7][i] in gymnasio [k] a quodam Leptine [l] est interfectus. 5. Reddita est ei tum [8] a majoribus statua pro vita, quæ multos per annos progeniem ejus honestaret; nunc, ad tantæ familiæ memoriam, sola restat.[9] Atqui et huic,[m] et Tullo Cluvio, et L. Roscio, et Sp. Antio, et C. Fulcinio, qui a Veientium rege cæsi sunt, non sanguis, qui profusus est [10]

Faërn. Lamb. et Orell. *clari viri et magni.*—5 ψ *Nemo enim nov.* edd. vett. *Nemo enim tum nov.*—6 Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *regis Antiochi.* In ψ deest *ejus.*—7 *Leodicia* ψ: *Laodicia* Ms. Grævii: *Laudiciæ* Franc. *Laudiceæ* Muret. et al. In υ deest præpositio ante *quodam.*—8 Lamb. *tamen.*—9 *Restat* Ern. e conjectura, cum Schutz. et Wernsd. in ed. min. *restaret* ceteri. Postea, *Clinio* ψ: *Clivio* Colon. Ms. Grævii et edd. pr. *Clodio* Junt. *Cluilio* Wernsd. in ed. min. et Orell. e conjectura Garatoni. Fulvius Ursinus legi maluit *Tito Clœlio:* Gruter. suspic. *L. Julio.* Pro *Fulcinio* in Franc. *Flacinio.* Nomina *Tullo Cluvio*, *Sp. Antio*, corrupta esse existimat Harduinus, censetque reponendum esse *T. Clœlio*, et *Sp. Nautio.* Cf. Liv. IV. 16. et Plin. III. 6.—10 Vat. et Mss. Ferrarii, cum Faërn. Lamb. Græv. Orell. *est profusus.* Pro *sed* υ habet *se;* et pro *obita*, (quod est e

NOTÆ

honoribus affecti sunt; at Caius, et qui ab eo prodierunt, in equestri ordine remanserunt usque ad Augusti patrem, qui functus prætura Macedoniam provinciam obtinuit. Altera autem a Cneio familia tota periit; nam tantum ad perpetuam memoriam sola illius Cneii statua superstes fuit. Cum enim ille ad Sidetem, Demetrii filium, Antiochi Magni nepotem, missus esset, ac eum Popilii exemplo, de quo in superiori Philippica, virgula circumscripsisset, neque eum exiturum e circulo nisi responso dato jurasset; regis imperio interfectus est, eique a senatu in rostris, id est in foro, statua posita est.

[i] *Laodiceæ*] Laodicea altera est in majori Phrygia, et illius maxima; altera in Media. In ea occisus videtur; nam Media Syriæ provincia fuit, ubi Antiochus dominabatur.

[k] *Gymnasio*] Gymnasium locus est ubi vario ludorum genere juventus exercetur.

[l] *Quodam Leptine*] Vir is fuit incognitus, qui vel odio Romani nominis, vel imperio regis, legatum interfecit.

[m] *Et huic*] Octavio videlicet.

Digitized by Google

in morte, sed ipsa mors ob rempublicam obita, honori fuit. III. [*p.* 222.] Itaque, patres conscripti, si Ser. Sulpicio casus mortem attulisset, dolerem[1] quidem tanto reipublicæ vulnere: mortem vero ejus, non monumentis, sed luctu publico honorandam putarem. Nunc autem quis dubitat, quin ei vitam abstulerit ipsa legatio? Secum enim ille mortem extulit; quam, si nobiscum remansisset, sua cura, optimi filii, fidelissimæ[2] conjugis diligentia, vitare potuisset. 6. At ille, cum videret, si vestræ auctoritati non paruisset, dissimilem se futurum sui;[a] si paruisset,[3] munus sibi illud, pro republica susceptum, vitæ finem allaturum;[4] maluit in maximo reipublicæ discrimine mori, quam minus, quam potuisset, videri reipublicæ profuisse. Multis illi[5] in urbibus, qua iter faciebat, reficiendi se et curandi potestas fuit: aderat et[6] hospitum invitatio liberalis pro dignitate summi viri, et eorum hortatio, qui una erant missi, ad requiescendum[o] et vitæ suæ consulendum. At ille properans, festinans,[7] mandata nostra conficere cupiens, in hac constantia, morbo adversante, perseveravit.

conjectura Ferrarii,) Mss. et edd. vett. exhibent *habita*. In Ms. Langii legitur *mors pro rep. habita*.

CAP. III. 1 ψ et Grævii Ms. *dolerem*. Tum, *equidem* alii. Paulo post, Grævii Ms. *ejus monumentis: v ejus in monumentis:* Vat. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. *ejus non monumento*. Pro *sed v* ψ ac Grævii Ms. habent *et*. Denique, *esse ornandam* Vat. Faërn. Lamb. et Wernsd. in ed. maj. *esse honorandam* Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. Wernsd. in ed. min. et Orell. —2 Vat. Ven. 1483. Junt. Muret. Græv. et Orell. *fidelissimæque*.—3 Pro *sui, si paruisset* Mss. nonnulli et edd. vett. habent *suis et*. Pro *si* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. et Orell. habent *sin*. Tum, *v* et edd. vett. *minus sibi illos*.—4 Pro *allaturum* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. exhibent *fore*. Deinde, pro *reipublicæ* ψ *populi Romani*. Porro, Vat. Faërn. Lamb. Græv. Orell. *emori*.—5 ψ *ille*: Grævii Ms. *illis*. Tum, *v dum iter fac.* Orell. e Vat. et Mss. Ferrarii recepit *iter qua fac.*—6 Vat. Faërn. Lamb. et Græv. omittunt copulam. Deinde, *hospitium* ψ et Grævii Ms. Paulo post, Ms. Grævii cum Lamb. *cohortatio*.—7 Junt. Muret. Grut. *festinansque*. Tum, *mandata vestra v*, Vat. Mss. Regii, Muret. Faërn. Lall.

NOTÆ

[a] *Dissimilem se futurum sui*] Cum semper diligentissime imperiis senatus Sulpicius paruisset, paruit modo, vel vitæ periculo, cum legationem ad Antonium, affecta jam valetudine sibi demandatam, suscepit.

[o] *Ad requiescendum*] Hortabantur Sulpicium, ut valetudinis causa quietem aliquam acciperet.

Digitized by Google

7. Cujus cum adventu maxime perturbatus esset Antonius, quod ea, quæ sibi jussu vestro[8] denuntiarentur, auctoritate erant, et sententia Ser. Sulpicii constituta; declaravit, quam odisset senatum, cum auctorem senatus exstinctum læte atque insolenter tulit.[g] Non igitur magis Octavium Leptines,[9] nec Veientium rex eos quos modo nominavi, quam Ser. Sulpicium occidit Antonius. Is enim profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit. Quocirca ad posteritatis etiam memoriam[10] pertinere arbitror, extare, quod fuerit de hoc bello judicium senatus. Erit enim[1] statua ipsa testis, bellum tam grave fuisse, ut legati interitus honoris memoriam consecutus sit. IV. 8. Quodsi excusationem Ser. Sulpicii, patres conscripti, legationis obeundæ recordari volueritis, nulla dubitatio relinquetur, quin honore mortui, quam vivo[2] injuriam fecimus, sarciamus. Vos enim, patres conscripti, (grave dictu est, sed dicendum tamen) vos, inquam, Ser. Sulpicium vita privastis: quem cum videretis re magis morbum,[3] quam oratione, excusantem, non vos quidem crudeles fuistis, (quid enim minus in hunc ordinem convenit?) sed, cum speraretis nihil esse, quod non illius auctoritate et sapientia effici posset, vehementius excusationi[4] obstitistis; atque eum, qui semper vestrum consensum gravissimum judicavisset, de sententia dejecistis.[h] 9. Ut vero Pansæ consulis accessit cohortatio gravior, quam aures Ser. Sulpicii ferre didicissent, tum vero denique[5] filium, meque seduxit,[i] atque ita locutus est, ut auctoritatem vestram vitæ suæ se diceret anteferre.

[g] *Gavisus est insolenter.*
[h] *Coëgistis mutare sententiam.* [i] *Sevocavit.*

Schutz. et Orell.—8 Edd. vett. *nostro.*—9 Orell. e Vat. recepit *Leptines Octavium.*—10 Vat. Ms. Grævii et Mss. Ferrarii cum Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *Quoc. etiam ad post. mem.*—1 In *v* deest *enim.*

CAP. IV. 2 *v honore mortuo, quam vivo, &c.* ψ *honorem mortuo, cui vivo, &c.* Pro *sarciamus v* habet *sanciamus;* ψ *faciamus.* Edd. vett. *honorem mortuo, cui injuriam vivo fecimus, faciamus.*—3 *v* ψ et edd. vett. cum Grut. *se magis morbo.*—4 Lamb. suspicabatur legend. *veh. ejus excus.*—5 Verba *vero denique* absunt a Mss. nonnullis et edd. vett. Pro *meque v*, Ms. Grævii, Mss. Ferrarii et

Cujus nos virtutem admirati, non ausi sumus ejus adversari voluntati.[6] Movebatur singulari pietate filius: non multum ejus perturbationi[7] meus dolor concedebat: sed uterque nostrum cedere cogebatur magnitudini animi, orationisque gravitati: cum quidem ille, maxima laude et gratulatione omnium vestrum,[8] pollicitus est, se, quod velletis, esse facturum, neque ejus sententiæ periculum vitaturum, cujus ipse auctor fuisset. Quem, exequi mandata vestra properantem, mane postridie prosecuti sumus: qui quidem, discedens, mecum ita locutus est, ut ejus oratio omen fati[b] videretur. V. 10. Reddite igitur, patres conscripti, ei vitam, cui ademistis: vita enim mortuorum in memoria vivorum est posita.[9] Perficite, ut is, quem vos ad mortem inscii misistis, immortalitatem habeat a vobis. Cui si statuam in rostris decreto[10] vestro statueritis, nulla ejus legationem posteritatis inobscurabit oblivio. Nam reliqua Ser. Sulpicii vita multis erit præclarisque monumentis ad omnem memoriam commendata: semper illius gravitatem, constantiam, fidem, præstantem[1] in republica tuenda curam atque prudentiam, omnium mortalium fama celebrabit. [*p.* 223.] Nec vero silebitur admirabilis quædam, et incredibilis, ac pæne[2] divina ejus in legibus interpretandis, æquitate explicanda, scientia. Omnes, ex omni ætate, qui[3] hac in civitate intelligentiam juris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Ser. Sulpicio non sint[4] comparandi. Neque enim ille magis juris consultus, quam jus-

b *Mortis.*

edd. vett. exhibent *equitem.* Mox v ψ et al. omittunt *suæ.*—6 *Adv. vol.*, omisso *ejus*, Vat. a m. pr. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *adv. vol. ejus* Vat. a m. sec. cum Muret.—7 Edd. vett. *pert. ejus.*—8 *v nostrum.*

CAP. V. 9 Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *est posita viv.* Mox, *vos inscii ad mortem mis.* Vat. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Vocem *inscii* e suspicione Ernesti delevit Schutzius.—10 In *v decreto* omittitur. Mox, ψ et edd. vett. *legationis posteritatem.* Tum, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *obscurabit.*—1 *v* ψ et edd. vett. *præstantiam.* Deinde, *v tuendam.*—2 Edd. vett. *et pæne.* Grævii Ms. *divinæ.* Mox, ψ *explicandi:* al. *explicandis.*—3 Edd. vett. *Omnes qui ex omni æt.* Tum, Vat. Junt. Muret. Faërn. Græv. Wernsd. et Orell. *in hac civ.* In v deest *juris.*—4 Mss. pauci et edd. vett. *sunt.* Mox, Orell. e Vat. recepit *Nec enim.*

Digitized by Google

titiæ[p] fuit. 11. Itaque quæ[5] proficiscebantur a legibus, et a jure civili, semper ad facilitatem æquitatemque[6] referebat;[l] neque instituere litium actiones[q] malebat, quam controversias tollere. Ergo hoc statuæ monumento non eget: habet illa majora.[7] Hæc enim statua mortis honestæ[8] testis erit; illa, memoria vitæ gloriosæ: ut hoc magis monumentum grati[9] senatus, quam clari viri, futurum sit. 12. Multum etiam valuisse ad patris honorem pietas filii videbitur: qui, quanquam afflictus luctu non adest, tamen sic animati[m] esse debetis, ut si ille adesset.[10] Est autem ita affectus,[n] ut nemo unquam unici filii mortem magis doluerit, quam ille mœret patris. Equidem[1] etiam ad famam Ser. Sulpicii filii arbitror pertinere, ut videatur honorem debitum patri præstitisse: quanquam nullum monumentum clarius Ser. Sulpicius relinquere potuit,[2] quam effigiem morum[r] suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii, filium: cujus luctus aut hoc[3] honore vestro, aut nullo solatio levari potest.

VI. 13. Mihi autem, recordanti Ser. Sulpicii multos in

[l] *Judicabat ex æquo jure.* [m] *Affecti.* [n] *Tristis.*

—5 *Ita ea quæ* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell.—6 ψ *ad facultatem æquitatemque.* Quidam conj. *ad utilitatem æquitatemque,* prob. Lamb. Mox, *v* ψ et edd. vett. cum Grut. *constituere.*—7 *Habet illa maj.* Ern. e conjectura cum Schutz. *habet alia maj.* ceteri.—8 Edd. vett. *honestæ mortis.*—9 *v* ψ, Ms. Grævii et Junt. *gratiæ:* Naug. *gloria:* al. *gratia.* Mox, Barb. 1. *clarissimi viri.*—10 Alii *ut ille si adesset,* prob. Garaton. Pro *autem* ψ, Junt. Muret. habent *enim.* Tum, Mss. nonnulli *afflictus.* Paulo post, *v* et Muret. *morte,* ut Ursinus volebat.—1 Al. *Et quidem.* A Ms. Grævii abest *etiam.* Deinde, *arbitror attinere v* ψ et edd. vett. cum Grut. Porro, *patri debitum* edd. vett.—2 *v Quanq. nullo monumento Ser. Sulpicius lenire magis potuit.* In edd. vett. *potuerit.* Tum, *v effigie.* Pro *morum v* ψ *majorum.* —3 Mss. Ferrarii et edd. veteres non habent *hoc.* Pro *vestro* in *v* legitur *nostro.*

NOTÆ

[p] *Magis juris consultus quam justitiæ*] Jus legibus continetur, justitia vero æquitate, quæ constans et perpetua voluntas est cuique jus suum tribuendi.

[q] *Actiones*] Actio est jus suum persequendi judicio: lis autem est jurgium de re quapiam inter aliquos apud judicem institutum.

[r] *Quam effigiem morum*] Filius imago et effigies patris esse debet, ejus virtutes referendo.

Digitized by Google

nostra familiaritate[4] sermones, gratior illi videtur, si quis est sensus in morte, ænea statua futura, et ea pedestris, quam inaurata equestris;[5] qualis est L. Sullæ prima statua.[s] Mirifice enim Ser. Sulpicius majorum continentiam diligebat: hujus seculi insolentiam vituperabat. Ut igitur, si ipsum consulam, quid velit, sic pedestrem[6] ex ære statuam, tanquam ex ejus auctoritate et voluntate, decerno: quæ quidem magnum civium dolorem et desiderium honore monumenti minuet et leniet. 14. Atque hanc meam sententiam, patres conscripti, P.[7] Servilii sententia probari necesse est; qui sepulcrum publice decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam non censuit. Nam si mors legati sine cæde atque ferro nullum honorem desiderat; cur decernit honorem sepulturæ, qui maximus haberi potest mortuo? Sin id tribuit Ser. Sulpicio, quod non est datum Cn. Octavio; cur, quod illi datum[8] est, huic dandum esse non censet? Majores quidem nostri statuas multis decreverunt, sepulcra paucis. Sed statuæ intereunt tempestate, vi, vetustate:[9] sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est;[t] quod nulla vi moveri,[10] neque deleri potest: atque,

Cap. vi. 4 Al. *nostra in fam.* Gulielm. conj. *pro nostra fam.*—5 *v* ψ *statua fut., ære pedestris, magis quam inaur. eq.* Ms. Grævii quoque addit *magis.* Tum, *qualis L. Sullæ primum statua est* Vat. Faërn. Lamb. *qualis L. Sullæ prima statua est* Barb. 1. 2. Mss. Regii, et edd. vett. *qualis L. Sullæ primum statuta est* e conj. Grævii recepit Orellius. Vid. Nott. Varr. Pro *Mirifice* in Mss. plerisque et edd. vett. *Magnifice.* Pro *Ser. Sulpicius* Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. habent *Servius*, ut in Epp. ad Div. x. 28. Paulo post, Ms. ap. Græv. *hujus insolentiam seculi.*—6 Grævius conjecit *Huic igitur, si ipsum cons., quid velit, si ped.* Ern. legi malnit *Igitur ut si ipsum, &c.*—7 *v*, Vat. Faërn. prænomen omittunt. Tum, *sententiam v*, et *comprobari* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell.—8 *v quod huic datum.*—9 *v* et Vat. *temp., vetust.* al. *temp. vel vetust.*—10 Grævii Ms. *quod nunquam vi*

NOTÆ

[s] *Est L. Sullæ prima statua*] Tres Sullæ dictatori erectæ sunt statuæ, eæque in rostris positæ: prima, referente Plinio, lib. xxxiv. ænea fuit, et pedestris; aliæ equestres.

[t] *Sanctitas in ipso solo est*] Probat, gloriosius esse sepulcrum, quam statuam decerni; quia pereunte statua, desinit locus ubi posita statua erat; at vero pereunte sepulcro, locus remanet religione sanctus, et in profanum usum assumi non potest: quia cum mortuus aliquis in locum aliquem illatus est, religiosus semper est.

Digitized by Google

ut cetera exstinguuntur, sic sepulcra fiunt sanctiora vetustate. 15. Augeatur igitur isto etiam honore is vir, cui nullus honor tribui non debitus potest. Grati simus in ejus morte decoranda, cui nullam jam aliam gratiam [a] referre possumus.[1] Notetur etiam M. Antonii, nefarium bellum gerentis, scelerata audacia. His enim honoribus habitis Ser. Sulpicio, repudiatæ rejectæque legationis ab Antonio manebit testificatio sempiterna.

VII. Quas ob res ita censeo: 'Cum Ser. Sulpicius,[u] Q. F. Lemonia,[2] Rufus, difficillimo reipublicæ tempore, gravi periculosoque morbo affectus, auctoritatem senatus, salutemque[3] reipublicæ vitæ suæ præposuerit, contraque vim gravitatemque morbi contenderit, ut ad castra[4] Antonii, quo senatus eum miserat, perveniret; isque,[5] cum jam prope castra venisset, vi morbi oppressus, vitam [*p.* 224.] amiserit in maximo reipublicæ munere; ejusque mors consentanea vitæ fuerit, sanctissime honestissimeque actæ, in qua sæpe magno usui[6] reipublicæ Ser. Sulpicius, et privatus, et in magistratibus, fuerit; 16. cum talis vir, ob rempublicam in legatione mortem obierit; senatui placere, Ser. Sulpicio statuam pedestrem æneam in rostris ex hujus ordinis sententia statui, circumque eam statuam locum gladiatoribus[x] [ludisque[7] [y]] liberos posterosque ejus quo-

[a] *Gratitudinem.*

mov. Mox, Vat. Junt. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *sanctiora fiunt.* Paulo post, Ms. ap. Græv. *Aug. igitur etiam isto hon.* In Vat. *Aug. isto hon. etiam is vir, cui nullus honos tribui non deb. potest.*—1 Edd. vett. paucæ *cui nullam aliam gr. ref. jam poss.*

CAP. VII. 2 *v Q. Flemonia.*—3 Vat. et Faërn. *salutem.* Pro *reipublicæ* nonnulli *populi Romani.*—4 *In castra v,* Vat. Ms. Grævii, Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell.—5 Muret. *ipse.* Mox, *amis. max. reip. tempore* Vat. Muret. Faërn. *amis. in max. reip. tempore* Lamb. —6 *v magno usu:* Vat. *magno visu.* Verba *Ser. Sulpicius et priv. et in mag, fuerit cum talis vir ob remp.* in *v* et Mss. Ferrarii omittuntur. Schutz. delevit voces *cum talis vir ob remp. in leg. mortem obierit.*—7 Vat. Muret. Faërn. Lamb.

NOTÆ

[u] *Cum Ser. Sulpicius*] Servius ille Sulpicius filius fuit Sulpicii Rufi, ex Lemonia tribu, quæ Lemonia a pago Lemonio appellata est, juxta portam Capenam, Via Latina.

[x] *Locum gladiatoribus*] Vult ut locus posteris Sulpicii detur in foro, unde spectent ludos qui a gladiatori-

Digitized by Google

quo[8] versus pedes quinque habere, [quod is ob rempublicam mortem obierit,] eamque causam in basi[z] inscribi: utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter ambove, si eis videatur,[9] quæstoribus urbanis imperent, ut[10] eam basim statuamque faciendam, et in rostris statuendam, locent; quantique locaverint, tantam pecuniam redemtori[a] attribuendam solvendamque[1] curent: cumque antea senatus auctoritatem suam[2] in virorum fortium funeribus ornamentisque ostenderit; placere, eum quam amplissime supremo die suo[p][3] efferri. 17. Et, cum Ser. Sulpicius, Q. F. Lemonia,[4] Rufus, ita de republica meritus sit, ut his ornamentis decorari debeat; senatum censere, atque e republica existimare, ædiles curules edictum, quod de funeribus habeant,[b] Ser. Sulpicii, Q. F. Lemonia,[5] Rufi, funeri remittere:[q] utique locum sepulcro in campo Esquilino[c]

[p] *Die funeris sui.* [q] *Proponere.*

Græv. Wernsd. et Orell. *ludis gladiatoribusque.* Vocem *ludisque* delevit Schutzius e conjectura Ernesti.—8 ψ et edd. vett. cum Grut. *quaque:* al. *quaqua.* Mox, ψ et al. *quod hic ob remp.* Scaliger ad Euseb. n. 1973. conjecit *quodque is ob remp. mortem obierit, eam causam.* Verba *quod is ob remp. mortem obierit* Ernesto suspecta sunt.—9 ψ et edd. vett. cum Grut. *videbitur.* Pro *quæstoribus urbanis* v exhibet *urbi;* Ms. Grævii et al. *quæst. urbi;* ψ, Vat. Junt. Muret. Grut. et Orell. *quæst. urbis.*—10 v caret *ut.* Tum, pro *rostris* in v *hortis;* ψ *ortis.*—1 v *redemptores;* et edd. vett. cum Grut. *solvendam attribuendamque.* Ferrarius conjecit *exsolvendam attribuendamque;* et Mazoch. ad Tab. Heracl. p. 345. conjiciebat *solvendam attribuendamve.*—2 v ψ et edd. vett. non agnoscunt *suam.*—3 Al. *supr. suo die.*—4 v *Q. Flemonia*, passim. Mox, Vat. Muret. Faërn. et Orell. *ut iis ornamentis.*—5 ψ et al. *Lemonia.* Pro *remittere* in Vat. *rei mittere;* alii Mss. et edd. ante Faërn. cum Grut.

NOTÆ

bus exhibentur.

[y] *Ludisque*] Hæc vox videtur abundare; nam ludi scenici non in foro, sed in theatro dabantur.

[z] *In basi*] Basis est quod statuam, aut rem quamvis solo altius sustinet.

[a] *Redemtori*] Redemtor dicitur, qui certo pretio opus aliquod faciendum suo periculo conduxit. Ulp. lib. XXXIX. D. de rei vind.

[b] *Edictum, quod de funeribus habeant*] Cicero decernit ut consules jubeant ædilibus, ut id curent ad Sulpicii memoriam exhiberi, quod in edictis et mandatis publicis de funeribus publicis ornandis præscriptum est a republica. Ad ædiles autem pertinuit ludos funebres exhibere.

[c] *Campo Esquilino*] Campus Esquilinus is erat, qui in urbe colli Esquilino subjectus erat: quanquam lege XII. Tabularum cautum fuerit, ut nemo in urbe sepeliretur; tamen in

Digitized by Google

C. Pansa consul, seu quo alio[6] in loco videatur, pedes triginta quoquo versus assignet,[d] quo Ser. Sulpicius inferatur: quod sepulcrum,[e] ipsius, liberorum, posterorumque ejus sit, uti quod optimo jure sepulcrum publice datum est.'[7]

mittere.—6 *Alio* auctoritate edd. vett. inseruit Ern. quem Schutz. et Wernsd. in ed. min. secuti sunt. Tum, *videtur* v ψ et edd. vett. cum Grut. *videbitur* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Paulo post, Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut. *designet.*—7 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *esset, uti quod opt. jure publice sepulchrum datum esset.*

NOTÆ

ea viris claris, et bene de republica meritis, sepultura concedebatur.

[d] *Assignet* [*designet*] Id est, describat, seu assignet: hinc designatores dicti sunt sepulcrorum. Unde Horat. lib. I. Epist. 'Designatorem decoret lictoribus atris.' Atri porro dicuntur, propter atras vestes, quibus in funeribus utebantur.

[e] *Quod sepulcrum*] Sepulcra alia familiaria dicebantur, quæ quis sibi, familiæque suæ constituit; alia hæreditaria, quæ quis sibi, hæredibusque suis constituit, vel quæ paterfamilias jure hæreditario acquisivit.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM.

PHILIPPICA DECIMA.

ORATIO LII.

ARGUMENTUM.

Agit gratias Pansæ, quia literis M. Bruti acceptis, senatum statim vocavit. Queritur cum Caleno, quod utrumque Brutum æque non probare videatur, qui rempublicam defendant; Antonium autem, qui oppugnet, probet idem vel maxime. Commemorat ea, quæ M. Brutus in Græcia gesserat; et ab eo nihil turbulentum, nihil non utile reipublicæ timendum esse confirmat. Suadet, ut, quæ M. Brutus egerit privato consilio, publica auctoritate (ut idem ei tribuatur, quod D. Bruto et C. Cæsari) comprobentur. Censet etiam, Q. Hortensio, Macedoniæ proconsuli, qui Brutum in comparando exercitu adjuverat, confirmandam esse provinciæ administrationem, quoad ei ex SCto successum esset.

I. 1. MAXIMAS tibi, Pansa, gratias, omnes et habere et agere debemus; qui, (cum hodierno die senatum [a] te habi-

NOTÆ

[a] *Senatum*] More majorum, senatus haberi solebat, ut refert Gellius lib. XIV. ex Varrone, per dictatorem, consules, prætores, tribunos plebis, interregem, præfectum urbis; neque alii præter hos, jus fuit facere senatusconsultum. Quotiesque usu venisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent, qui eorum prior aliis esset, ei potissimum senatus consulendi jus fuit: extraordinario vero jure tribuni militares, qui pro consulibus fuissent; item decemviri, quibus imperium consulare

Digitized by Google

turum[a] non arbitraremur,[1]) ut M. Bruti, præstantissimi civis, literas accepisti, ne minimam quidem moram interposuisti, quin quam primum maximo gaudio et gratulatione frueremur. Cum factum tuum[2] gratum omnibus debet esse, tum veró oratio, qua, recitatis literis, usus es. Declarasti enim, verum esse id, quod ego semper sensi, neminem alterius, qui suæ confideret,[b] virtuti invidere. 2. Itaque mihi, qui plurimis officiis sum cum Bruto, et maxima familiaritate conjunctus, minus multa[3] de illo dicenda sunt. Quas enim mihi ipse partes[c] sumseram,[4] eas præcepit oratio tua. Sed mihi, patres conscripti, necessitatem attulit paulo plura dicendi, sententia ejus,[b] qui rogatus est ante me: a quo ita sæpe dissentio, ut jam verear, ne (id quod minime fieri[5] debet) minuere amicitiam nostram videatur perpetua dissensio.

3. Quæ est enim ista tua ratio,[6] Calene? quæ mens? qui nunquam post Kalendas Jan. idem senseris, quod is,[c] qui te sententiam primum rogat? Cur nunquam tam frequens senatus fuit, ut unus[7] aliquis tuam sententiam se-

[a] *Convocaturum.* [b] *Niteretur sua.* [c] *Quod officium.*

CAP. I. 1 Al. *te non habiturum arbitr.* Tum, *v* *M. Bruti, cujus literas accep.*—2 In *v* ψ et al. deest *tuum.* Mox *v*, Guelf. et Mss. Ferrarii ac Grævii non agnoscunt *semper.*—3 ψ *multo.*—4 Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *Quas enim ipse mihi partes sums.* *v* ψ et Mss. Ferrarii ac Gruteri *Quas enim sententias ipse mihi* (vel *mihi ipse*) *sums.* Junt. *Quas enim partes ipse mihi sums.* Deinde, *v* ψ et edd. vett. cum Grut. *eas præoccupavit or. tua.*—5 Al. *fieri minime.*—6 Mss. nonnulli et edd. vett. *oratio.* Mox, pro *ut* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. et Orell. habent *qui;* pro *idem* *v* *id;* et pro *senseris* Muret. *censueris.* Paulo post, loco *primum* ψ, Vat. et edd. vett. exhibent *prius;* Amsterod. Barb. 1. Ursin. et Græv. *primus.*—7 *Cum nunquam tam freq. sen. fuerit, cum unus, &c.* Guelf. Ms. Grævii, Mss. Regii, cum Faërn. Græv. Lall. et Wernsd. in ed. maj. *nunquam* (omisso *cur*) *tam freq. sen. fuerit, cum unus, &c.* edidit Orell. e Vat. In Colon. legitur, *cur nunquam tam freq. sen. fuerit, quod nunus, &c.* Franc. Amsterod. Barb. Mss. Ferrarii et edd. vett. *cur nunquam tam freq. sen. fuit, quod unus, &c.* Lamb. e conjectura Faërni edidit *quo unus, &c.* Ern. suspicabatur legend. *cum nunquam, cum tam freq. sen. fuerit,*

NOTÆ

tum esset; item triumviri reipublicæ constituendæ causa creati, jus senatus consulendi habuerunt.

[b] *Ejus*] Calenum indicat, quem primum omnium sententiam Pansa rogaverat, tum quia consularis, tum quia socer ejus erat.

[c] *Quod is*] Pansa consul.

Digitized by Google

cutus sit? cur semper tui dissimiles[d] defendis? cur, cum te et vita et fortuna tua ad otium et ad dignitatem[8] invitet, ea probas, ea decernis, ea sentis, quæ sunt inimica et otio communi et dignitati tuæ? II. Nam, ut superiora omittam, hoc certe, quod mihi maximam admirationem[9] movet, non tacebo. [*p.* 225.] 4. Quod est tibi cum Brutis bellum? cur eos, quos omnes pæne venerari debemus, solus oppugnas? alterum circumsederi[a] non moleste fers,[10] alterum tua sententia spolias[e] iis copiis, quas ipse suo[1] labore et periculo ad reipublicæ, non ad suum præsidium, per se, nullo adjuvante, confecit?[e] Quis est iste tuus sensus, quæ cogitatio? Brutos tu[2] non probes, Antonios probes? quos omnes carissimos habent, tu oderis? quos acerbissime omnes[3] oderunt, tu constantissime diligas? Amplissimæ tibi fortunæ[f] sunt, summus honoris gradus,[f] filius, ut et audio[4] et spero, natus ad laudem: cui cum reipublicæ causa faveo, tum etiam tua. 5. Quæro igitur, eum Brutine similem[5] malis, an Antonii? Ac permitto, ut de tribus Antoniis[g] eligas, quem velis. 'Dii meliora!' in-

[a] *Obsideri.* [e] *Collegit.* [f] *Divitiæ.*

unus, &c.—8 *Ad ot. et dign.* ψ: *ad ot., ad dign.* Vat. Faërn. Lamb. et Orell. qui mox legunt *quæ sint inimica.*

Cap. II. 9 Mss. plerique *quod me maxima admiratione.* In Barb. 1. 2. *quod me maxima animi admiratione.* Deinde, ψ et al. *Quod enim tibi.* Postea, Huyd. *quos nos omnes.* In Huyd. et edd. vett. deest *pæne.*—10 *v alterum circumsederint modeste fers.* Tum, *spoliat* edd. vett.—1 *Suo* non est in *v*, qui cum ψ habet *ad remp.* Postea, *nullo adj. perfecit* Muret. et *Qui est iste* Vat. Faërn. Lamb. cum Orell.—2 Ern. e conjectura cum Schutz. et Wernsd. in ed. min. *tu:* ceteri *ut.*—3 Pro *omnes* Vat. et Mss. Ferrarii cum Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. exhibent *ceteri.* In ψ non legitur *ut.*—4 Muret. *ut audio.* Tum, *v* ψ *cui quanquam reip. causa.* In *v* quoque *faveo, tu etiam tua.*—5 *Eumne Bruti sim.* Vat. et Faërn. *eum Bruti sim.* Barb.

NOTÆ

[d] *Tui dissimiles*] Dissimilis erat Calenus ab Antonio, et eis qui ipsi adhærebant, quia otium ille, alii turbas et seditiones quærebant.

[e] *Tua sententia spolias*] In ea sententia fuit, ut Macedonia provincia M. Bruto non decerneretur.

[f] *Summus honoris gradus*] Summus honoris gradus consulatus fuit, quo defunctus fuerat quondam Calenus.

[g] *De tribus Antoniis*] Tres Antonii fuerunt fratres, Marcus, Caius, et Lucius; de quibus sæpe jam dictum in superioribus orationibus.

Digitized by Google

quies.[6] Cur igitur non eis faves, quos laudas, quorum similem filium tuum esse vis? simul enim reipublicæ[7] consules, et proponas illi exempla ad imitandum. Hoc vero, Q. Fufi, cupio, sine offensione nostræ amicitiæ, sic tecum, ut a te dissentiens senator, queri: ita enim dixisti, et quidem de scripto,[h] (nam te inopia verbi lapsum[g] putarem, nisi tuam in dicendo facultatem nossem) literas Bruti recte et ordine scriptas[i] videri. Quid est aliud, librarium[8] Bruti[k] laudare, non Brutum? 6. Usum[h] in republica, Calene, magnum jam habere et debes et potes. Quando ita decerni vidisti? aut quo senatusconsulto[9] hujus generis (sunt enim innumerabilia) bene scriptas literas decretum a senatu? quod verbum tibi non excidit, ut sæpe fit, fortuitu:[10] scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. III. Hanc tibi consuetudinem[1] plerisque in rebus bonis[2] obtrectandi si quis detraxerit; quid tibi, quod sibi

[g] *Non succurrere tibi verba.* [h] *Experientiam.*

2. et edd. vett. nonnullæ.—6 *D. Brutus melior est, inquies v ψ*, Mss. Ferrarii et Gruteri, etiam edd. vett. Tum, pro *eis* in *v ψ* et edd. vett. legitur *his*; Faërn. et Lamb. *iis*. Porro, *faves, eos laudas v ψ*, Vat. Guelf. Hittorp. Pall. Barb. 1. 2. Rom. Ven. 1483. Junt. Muret. Manut. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *faves, cur non eos laudas* edd. vett. nonnullæ cum Grut. In Ms. Grævii *eos* omittitur.—7 Vat. Muret. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *Simul enim et reip.* Deinde, *proponis illis ψ*: *proponis illi* alii. Mox, pro *cupio . . . queri* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut. habent *copiosius . . . quero*.—8 Mss. pauci et edd. vett. *Quod quid est aliud quam libr.* al. *Quid est aliud quam libr.* Tum, *v Bruti, laudare Bruto. Usum, &c.*—9 *v aut quid S. C. ψ* et Mss. Ferrarii cum Faërn. Lamb. Grut. *aut quod S. C.*—10 Al. *fortuito*. Mox, Car. Steph. et Lamb. *cog. domo attulisti*.

CAP. III. 1 Mss. plerique et edd. vett. *bonos*. Tum, *si qui detr.* Vat. et Ms. Grævii cum Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. min. et Orell. Pro verbis *quid tibi, quod sibi quisque velit* in Mss. nonnullis et edd. ante Muret.

NOTÆ

[h] *De scripto*] Aliquando in senatu sententiam de scripto dicebant, vel quia prolixior erat, vel quia proferre eam ornatius volebant.

[i] *Et ordine scriptas*] Ironice ridet Calenum, qui id solum decrevit de Bruto, quod illius literæ bene scriptæ, sed ab eo dimittendæ copiæ sibi viderentur.

[k] *Librarium Bruti*] Per librarium intelligere debemus amanuensem scriptorem.

[l] *Hanc tibi consuetudinem*] Reprehendit Calenum, quod hoc vitio laboret, quod invidere bonis civibus sit solitus; ex quo omnium in se odia concitat: quo si careret, nemo ipsi invideret.

Digitized by Google

quisque velit, non relinquetur? Quamobrem collige te,[m] placaque animum istum[2] aliquando et mitiga. Audi viros bonos, quibus uteris multum:[3] loquere cum sapientissimo homine, genero tuo,[n] sæpius quam ipse tecum:[4][o] tum denique amplissimi honoris[i] nomen obtinebis. An vero hoc pro nihilo putas (in quo equidem pro amicitia tuam vicem dolere soleo[5]) efferri hoc foras, et ad populi Romani aures pervenire, ei, qui primus sententiam dixerit, neminem assensum? quod etiam hodie futurum arbitror.

Legiones abducis[p] a Bruto. Quas? nempe eas,[6] quas ille ab Antonii scelere[k] avertit, et ad rempublicam sua auctoritate traduxit. Rursus igitur vis nudatum illum[7] atque solum a republica relegatum[l] videri. 7. Vos autem, patres conscripti, si M. Brutum deserueritis et prodideritis,[8] quem tandem civem unquam ornabitis? cui favebitis? nisi forte eos, qui diadema imposuerint,[q] conservandos; eos, qui regni nomen[r] sustulerint,[9] deserendos putatis. Ac de

[i] *Consularis hominis.* [k] *Obsequio.* [l] *Exulem.*

legitur *qui tibi velit obtrectare.* Porro, *v relinquitur*, et *ψ corrige te.*—2 *v ψ* et edd. vett. non habent *istum.*—3 *Quibus uteris multis* Manut. Lamb. Græv. et Wernsd. in ed. maj. *quibus multis uteris* Vat. Muret. Faërn. et Orell.—4 Mss. nonnulli et edd. vett. *quam tu ipse tecum.* In *v* non legitur *quam.*—5 *ψ* et edd. vett. *pro amicitia tua jure dolere soleo.* Deinde, *eff. hæc foras* edd. vett. cum Grut.—6 Al. *illas.* Tum, Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. et Orell. *a C. Antonii scel.* Vat. *ab Antonii scel.*—7 Alii *illum nudatum.*—8 *Prod., deser.* Vat. Faërn. *prod. et deser.* Muret. et Græv. Verba *et deserueritis* delevit Lamb. de sententia Faërni. Deinde, *quem tandem civem unquam habebitis, quem ornetis v ψ* et edd. vett. Voces *cui favebitis* Vat. Faërn. et Manut. omittunt. Postea, *ψ* et edd. vett. *qui diad. posuerunt.*—9 *Qui regni nomen nisi sustulerint* Vat. *qui regis nomen sustulerint* (*sustulerunt* Junt.) Mss. nonnulli et

NOTÆ

[m] *Collige te*] Colligere se, est proprie ad se redire, et 'dissipatas animi partes rursus in suum locum cogere,' ut ait ipse Tusc. Quæst. lib. IV.

[n] *Genero tuo*] Pansa gener illius fuit.

[o] *Ipse tecum*] Loquitur secum, qui se unice, non alium consulit.

[p] *Legiones abducis*] Reprehendit alteram Caleni sententiam, qua abducendas a Bruto copias suadebat.

[q] *Diadema imposuerint*] Vide Philippicam II. § 80. not. ubi in Antonium egit, quod diadema Cæsari tanquam regi imposuerit.

[r] *Regni nomen*] Brutum intelligit, qui cum aliis conjuratis Julium Cæsarem occiderunt.

Digitized by Google

hac quidem divina atque immortali laude M.[10] Bruti silebo, quæ gratissima memoria omnium civium inclusa,[m] nondum publica auctoritate[s] testata est.[t] Tantamne patientiam, Dii boni![u] tantam moderationem, tantam in injuria tranquillitatem[1] et modestiam? qui cum prætor urbanus esset, urbe caruit, jus non dixit,[2] cum omne jus populi Romani recuperasset: cumque concursu quotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eum fieri solebat, præsidioque Italiæ cunctæ septus posset esse, absens judicio bonorum defensus esse maluit, quam præsens manu:[n] qui ne Apollinares[3] quidem ludos,[x] pro sua populique Romani dignitate apparatos, præsens fecit, ne quam viam[o] patefaceret sceleratissimorum[4] hominum audaciæ. IV. 8. Quanquam, qui unquam aut ludi, aut dies, lætiores fuerunt, quam cum in singulis versibus[5] populus Romanus maximo clamore et plausu Bruti memoriam prosequebatur? [*p.* 226.] Corpus aberat liberatoris, libertatis memoria aderat: in qua Bruti imago cerni videbatur.

[m] *Replevit gratissime memoriam.* [n] *Armis.* [o] *Occasionem.*

edd. vett. cum Grut.—10 *v* ψ prænomen omittunt.—1 *v*, Grævii Ms. et al. *tantam in jure tranq.* Mox, pro *prætor v* habet *populo Romano*, et pro *urbanus* Orell. e Vat. recepit *urbis*.—2 *v duxit*. Tum, *jus reipublicæ recup.* Vat. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell.—3 Al. *qui non Apoll.*—4 Edd. vett. *scleratorum*.

Cap. IV. 5 Lamb. et Manut. e conj. Faërni *læt. fuerunt, quam tum? In sing. vers.* Schutz. *læt. fuerunt? In sing. vers.* Nonnulli *quam* omittunt. In Ms. Grævii legitur *qui unquam alii ludi avidius fuerunt.* Barb. 1. *qui unquam ludi avidis lætiores fuerunt, cum in sing. vers.* Barb. 2. *qui avidi laudis lætiores fuerunt, cum in sing. vers.* Cetera omnia hujus capitis et sequentis usque ad verba *exteræ nationes a prima era Græciæ* desunt in Barb. 1. 2. et qua-

NOTÆ

[s] *Nondum publica auctoritate*] Cædes Cæsaris dictatoris nondum publico senatus testimonio seu decreto fuerat comprobata.

[t] *Testata est*] Passive vox hæc effertur, quod rarius est invenire.

[u] *Tantamne patientiam, Dii boni*] Aposiopesis, seu reticentia, familiaris indignantibus, qua sensus interrumpitur, nec sententia integra enuntiatur; quale illud est Virgilii, 'Mene incepto desistere victam.'

[x] *Apollinares ludos*] Pertinebat ad prætorem urbanum ludos Apollinares exhibere; de quibus in Philippica I. § 36. not.

Digitized by Google

At hunc his ipsis[6] ludorum diebus videbam in insula[y] clarissimi adolescentis, Luculli,[z] propinqui sui, nihil nisi de pace et concordia civium cogitantem. Eundem vidi postea Veliæ,[7] [a] cedentem Italia, ne qua oriretur belli civilis causa propter se. O spectaculum illud non modo hominibus, sed undis ipsis et littoribus luctuosum! cedere e patria servatorem ejus, manere in patria perditores![8] Cassii classis paucis post diebus consequebatur; ut me puderet, patres conscripti, in eam urbem redire, ex qua illi abirent.[9] Sed, quo consilio redierim, initio audistis, post estis experti.[b] 9. Expectatum igitur tempus a Bruto est: nam quoad vos omnia pati vidit, usus est ipse incredibili patientia. Posteaquam vos ad libertatem sensit erectos, præsidia vestræ libertati paravit.

At cui pesti, quantæque restitit? Si enim C. Antonius, quod animo intenderat, perficere potuisset, (potuisset autem, nisi[10] ejus sceleri virtus M. Bruti obstitisset) Macedoniam,[c] Illyricum,[d] Græciam[e] perdidissemus. Esset, vel

tuor Mss. ap. Græv.—6 Muret. et Orell. *iis ipsis.*—7 Pro *Veliæ* in ✝ *venire.*—8 Naug. et al. *proditores:* Rom. Ven. 1483. Junt. Med. *perditorem.* Pro *classis* edd. vett. habent *lapsis.*—9 Ern. conj. *abissent.*—10 Muret. *perficere potu-*

NOTÆ

[y] *In insula*] Insula, teste Festo, proprie dicitur, quæ non communibus parietibus cum vicinis, sed circuitu publico aut privato cingitur; a similitudine videlicet earum terrarum quæ fluminibus ac mari imminent, suntque in salo.

[z] *Luculli*] Filius ille Luculli illius nobilissimi ac imperatoris locupletissimi fuit.

[a] *Veliæ*] Velia Lucaniæ oppidum est in sinu Pæstano, conditum sub Cyri tempora, seu post Æneæ in Italiam adventum.

[b] *Post estis experti*] In sententia dicenda expertus est senatus, Tullium adesse Romæ.

[c] *Macedoniam*] In eas provincias missus fuerat ab Antonio Caius ejus frater, ut milites conscriberet, et exercitus sibi compararet.

[d] *Illyricum*] Illyricum regio est in ora maris Adriatici, Italiæ opposita, quam Plinius inter Arsium et Titium fluvios constringit. Regio porro aprica est et amœna, solo fertili, ac vitibus abundante.

[e] *Græciam*] Græcia, Europæ regio, quæ et Achaia a Ptolemæo nominatur, principium sumit ad meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustiis, indeque ad septemtrionem in Thessaliam usque, et partem Ægæi Maris extenditur: ad occasum Acheloo fluvio ab Epiro dirimitur: ab ortu solis habet Mare Ægæum. Fuit et

Digitized by Google

receptaculum pulso Antonio, vel agger oppugnandæ[1] Italiæ, Græcia: quæ quidem nunc M. Bruti imperio, auctoritate, copiis[2] non instructa solum, sed etiam ornata, tendit dextram[p] Italiæ, suumque ei præsidium pollicetur. Quod, qui ab illo[3] abducit exercitum, et respectum pulcherrimum et præsidium firmissimum adimit reipublicæ. 10. Equidem cupio hæc quamprimum Antonium audire, ut intelligat, non D. Brutum, quem vallo circumsedet,[4] sed seipsum obsideri. V. Tria tenet oppida[f] toto in orbe terrarum: habet inimicissimam Galliam; eos etiam, quibus confidebat, alienissimos, Transpadanos:[g] Italia omnis infesta est: exteræ nationes a prima ora Græciæ[5] usque ad Ægyptum, optimorum et fortissimorum civium imperiis et præsidiis tenentur. Erat ei spes una in C. Antonio;[6] qui duorum fratrum ætatibus medius interjectus,[h] vitiis cum utroque[7] certabat: qui, tanquam extruderetur a senatu in Macedoniam, et non contra prohiberetur proficisci, ita cucurrit.[8] 11. Quæ tempestas, Dii immortales! quæ flamma,

[p] *Offert auxilium.*

isset, aut potius, nisi.—1 Nonnullæ edd. vett. *expugnandæ.*—2 ψ *et copiis.*—3 Faërn. et Lamb. *Quare qui ab illo.* Verba *et respectum* absunt a ψ et edd. ante Muret.—4 *Circumsidet* Lamb. *circumsedeat* ψ, Vat. Junt. Muret. Faërn. et Orell. Tum, ψ *seipsam.*

Cap. v. 5 Vat. et ed. Muret. *a primo ore Græciæ:* Franc. *a primori grecia:* Colon. *a prima hora Græciæ:* Ms. Grævii *a primori Gretiæ:* Mss. Ferrarii *a primori Græcia.*—6 *Erat eis pecunia in C. Ant.* Vat. *Erat ei specula in C. Ant.* Faërn. e conj. cum Lamb. In *v* prænomen omittitur.—7 *v* omittit *vitiis cum utroque.* In Ms. Grævii legitur, *cum viro qui certabat.* Pro *qui*, quod in ψ deest, Vat. Wernsd. in ed. min. et Orell. habent *is.*—8 ψ *proficiscitur,* omissis vocibus *ita cucurrit:* Vat. *proficiscit, currit:* Colon. *proficiscitur, cu-*

NOTÆ

Magna Græcia, regio Italiæ ad oram sinus Scylacei ac Tarentini, inter Brutios ad meridiem, et Salentinos ad boream in longum extensa; cujus pars nunc in Calabria ulteriore, pars vero major in citeriore est.

[f] *Tria tenet oppida*] Potentiam Antonii deprimit, qui pauca tantum oppida tenuit, Tibur, Brundisium, et Suessam, quæ tria pro paucis numerat.

[g] *Transpadanos*] Transpadani fuere in Gallia Cenomani, Euganei, Insubres, Orobii, Lepontii, Salassi, Libicii, Lævi, Taurini, et Segusini.

[h] *Medius interjectus*] Major fratrum erat M. Antonius, medius Caius, minor Lucius.

Digitized by Google

quæ vastitas, quæ pestis Græciæ fuisset,[9] nisi incredibilis ac divina virtus[i] furentis hominis conatum atque audaciam compressisset! Quæ celeritas illa Bruti! quæ cura! quæ virtus! Etsi ne C.[10] quidem Antonii celeritas contemnenda est; quem nisi in via caducæ hæreditates[k] retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. Alios ad negotium publicum ire cum cupimus,[1] vix solemus extrudere:[l] hunc retinentes extrusimus. At quid ei cum Apollonia?[m] quid cum Dyrrachio?[n] quid cum Illyrico? quid cum P. Vatinii imperatoris exercitu? Succedebat, ut ipse dicebat, Hortensio.[o] Certi fines[p] Mace-

---

currit.—9 Faërn. conj. *futura erat*, prob. Lamb. Deinde, edd. vett. *nisi incred. vis ac divina virtus Cæsaris furentis hom.* Vat. *nisi incredibilis ac divina virtus Cæs.* (sic) *furentis hominis*; sic et edidit Faërnus, apposito tamen asterisco post *Cæs.* Lamb. *nisi M. Bruti Cæpionis incred. ac div. virtus fur. hom.* —10 Pro *Etsi ne C.* in *v*, Colon. et Ms. Grævii legitur *Et sine illa*; ψ et edd. vett. *Etsi ne illa*; Vat. *Etsi nec.* Mox, Vat. Muret. Faërn. Lamb. *quam nisi.* —1 *Ire concupimus* ψ, qui cum Junt. et al. pro *vix* habet *vi.* Deinde, Mss.

NOTÆ

[i] *Divina virtus*] Loquitur de M. Bruto, non de Octavio Cæsare: agitur enim de Græcia, ubi tum erat; et non de Cæsare, qui cum D. Bruto circa Mutinam erat.

[k] *Caducæ hæreditates*] Caducas hæreditates hic facete dicit Cicero; id est, jacentes, quæ ipsi absenti relictæ, nedum ab eo aditæ atque acquisitæ fuerant. Facete, inquam, ita locutus est, non proprie: nam 'caducum,' auctore Ulpiano, 'proprie dicitur, quod quis sibi testamento relictum, ita ut jure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, quasi ab eo ceciderit: veluti si legatarius post mortem testatoris ante tabulas apertas decesserit.' Hæc ille cap. Instit. 17.

[l] *Vix solemus extrudere*] Locum hic tractat ex contrariis; nam impelluntur alii, ut statim negotium eis commissum exequantur; Antonius vero impellitur, ut retineatur.

[m] *Quid ei cum Apollonia*] Id est, quid rei est illi cum Apollonia. Porro Apollonia oppidum fuit ad Ionicum Mare situm. Hanc Plinius Corinthiorum coloniam esse ait.

[n] *Dyrrachio*] Dyrrachium Macedoniæ civitas fuit libera, quam olim Corcyræi condidere; sic vocata a Chersoneso, in quo sita est. Ante dicta Epidamnus fuerat a Dyrracho, Epidamni filio. Vide Appian. Bell. Civ. lib. II.

[o] *Succedebat Hortensio*] Occupatio eorum quæ objici poterant: quod nempe Antonius iret in Macedoniam, ut eam administraret; e qua tunc Hortensius prætor decedebat.

[p] *Certi fines*] Respondet objectioni orator, nempe quod suos limites habeat Macedonia, suam imperandi conditionem, suum exercitum: quæ omnia cum aliis communia non erant.

Digitized by Google

doniæ, certa conditio, certus, si modo erat ullus, exercitus:[2] cum Illyrico vero, et cum Vatinii legionibus, quid erat Antonio? 12. At, ne Bruto[3] quidem:[q] id enim fortasse quispiam improbus dixerit. Omnes legiones,[r] omnes copiæ, quæ ubique sunt, populi Romani[4] sunt: neque hæ legiones, quæ M. Antonium reliquerunt, Antonii potius, quam reipublicæ fuisse dicentur.[5] Omne enim exercitus et imperii jus amittit is,[6] qui eo imperio et exercitu rempublicam oppugnat. VI. Quodsi ipsa[7] respublica judicaret, aut si omne jus decretis ejus statueretur; Antonione, an Bruto legiones populi Romani adjudicaret? Alter advolarat[8 s] subito ad direptionem pestemque sociorum, ut, quacumque iret, omnia vastaret, diriperet, auferret; exercitu populi Romani contra ipsum populum Romanum uteretur. [p. 227.] Alter[t] eam sibi legem[9] statuerat, ut, quo-

nonnulli et edd. vett. cum Grut. et al. *hunc ret. exclusimus.*—2 *v* ψ, Hittorp. Pall. et edd. vett. *certa cond., certissimo modo erat etiam illius exerc.* Naug. Grut. *certa cond., certus erat etiam illius exerc.* In *v* deest *vero.*—3 *v At ne cum Bruti:* Mss. Ferrarii *Ac ne cum Bruti:* Ms. Grævii *Ac ne Bruti.*—4 Vat. Muret. Faërn. Græv. et Wernsd. in ed. maj. *reipublicæ.* Tum, *v* ψ et Ms. Grævii cum Muret. *neque enim hæ leg.* Junt. Naug. Faërn. Lamb. *neque enim leg.* Vat. et Orell. *nec enim eæ leg.*, ut volebat Garaton.—5 Junt. et al. cum Grut. *dicuntur.* Pro *Omne* in *v* et ψ legitur *Omnes.* Post *enim* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. addunt copulam *et.*—6 Ms. Grævii *jus amittitis*, et mox *remp. oppugnatis.*

CAP. VI. 7 Muret. *ipsa* omittit. Mox, in ψ *decretis suis statueret.*—8 ψ et al. *advolaret.* Mox, ψ, Vatic. Muret. Faërn. Lamb. Grævius, Wernsdorf. in ed. maj. et Orell. *quocumque iret.*—9 *Alter vero eam sibi legem* ψ, Junt. et al. *Alter vero etiam sibi legem* Muret. Tum, *v* ψ et edd.

NOTÆ

[q] *At ne Bruto quidem*] Occurrit iterum alteri quæstioni, quæ fieri ab Antonianis poterat: quod nempe nihil esset commune Bruto cum copiis Gabinii, Vatinii, et Hortensii, quas tamen Brutus accepit.

[r] *Omnes legiones*] Respondet Cicero quæstioni : 1. Quod omnes copiæ ad rempublicam pertinent, et cum illius Brutus defensor sit, Bruti sunt vicissim. 2. Quia omne jus imperii et exercitus amittit, qui eo contra rempublicam utitur; at Antonius eo utitur contra rempublicam. 3. Quia legiones et exercitus ad eum pertinent, cui conceduntur a republica: cum autem Bruto, non Antonio concedantur, exercitus Bruti, non Antonii, dicendus est.

[s] *Alter advolarat*] Ostendit quid facturus esset Antonius, si imperium exercitus ei a republica concederetur.

[t] *Alter*] Jam ostendit quid statuerit

Digitized by Google

cumque venisset, lux venisse quædam, et spes salutis videretur. Denique alter[10] ad evertendam rempublicam præsidia quærebat, alter ad conservandam. Nec vero nos[u] hoc magis videbamus, quam ipsi milites; a quibus tanta in judicando prudentia non erat postulanda. 13. Cum VII cohortibus isse Apolloniam[1] scribit[x] Antonium, qui jam aut captus est, (quod Dii dent![2]) aut certe homo verecundus[y] in Macedoniam non accedit,[3] ne contra senatus consultum fecisse videatur. Delectus habitus in Macedonia est summo Q.[4] Hortensii studio et industria; cujus animum egregium, dignumque et[5] ipso et majoribus ejus, ex Bruti literis perspicere potuistis. Legio, quam L. Piso ducebat, legatus Antonii, Ciceroni se[6] filio[z] meo tradidit. Equitatus, qui in Syriam ducebatur[a] bipertito, alter eum, a quo ducebatur, reliquit in Thessalia,[b] seseque ad Brutum contulit: alterum in Macedonia[7] Cn. Domitius,[c] adolescens summa virtute et constantia, ab legato Syriaco[d] abduxit.

vett. *statueret.*—10 *v* non habet *alter.*—1 *Esse Apollonia* Muret. *Apollinam isse* Junt. *esse Apolloniæ* Vatic. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell.—2 Vat. *quod Dii licet:* Lamb. conj. *quod Dii approbent.*—3 Ms. Grævii *accedet.* Tum, *contra se fec. v*, Colon. et Grævii Ms. *contra senatum fec.* ψ, Junt. Muret. et al.—4 Nonnulli prænomen omittunt.—5 Vat. et Muret. non agnoscunt copulam ante *ipso.* Postea, pro *ejus* Barb. 2. et edd. Ald. Naug. Cam. Gryph. Manut. Car. Steph. et Lamb. habent *suis.*—6 ψ caret *se.* Mox, in ψ *ducebantur.* Post voces *alter eum* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. addunt *quæstorem.*—7 ψ *in Macedoniam.* Mox, *summa virtute, gravitate et constantia* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv.

NOTÆ

facere Brutus cum exercitu.

[u] *Nec vero nos*] Laudat militum judicium, qui id statim prospexerunt.

[x] *Scribit*] Brutus videlicet.

[y] *Verecundus*] Ironia, quia quod non potest Antonius, et præstare summopere vellet, verecundiæ tribuit.

[z] *Ciceroni se filio*] His temporibus Ciceronis filius sub Bruto militabat, adolescens generosus, qui Cratippo tunc philosopho in peripatetica philosophia operam dabat. Ab hoc Caius Antonius prælio victus captus est.

[a] *In Syriam ducebatur*] Quingenti equites fuere, quos Cinna abstulit, a quo in Syriam ad Dolabellam mittebantur. Plutarch. in Bruto.

[b] *Thessalia*] Thessalia regio et pars fuit Macedoniæ amplissima.

[c] *Cn. Domitius*] Filius fuit illius Domitii, quem Antonius in pugna Pharsalica occidit.

[d] *Syriaco*] Cinna.

Digitized by Google

P. autem Vatinius, qui et antea jure laudatus[8] a nobis, et hoc tempore merito laudandus est, aperuit Dyrrachii portas Bruto, et exercitum tradidit. 14. Tenet igitur populus Romanus[9] Macedoniam, tenet Illyricum, tuetur Græciam: nostræ sunt legiones, nostra levis armatura,[e] noster equitatus,[10] maximeque noster est Brutus, semperque noster, cum sua[1] excellentissima virtute reipublicæ natus, tum fato quodam paterni maternique generis et nominis.[f] VII. Ab hoc igitur[2] quisquam bellum timet, qui, antequam nos id coacti suscepimus, in pace jacere,[q] quam in bello vigere maluit? quanquam ille quidem[3] nunquam jacuit, nec hoc cadere verbum in tantam virtutis præstantiam potest. Erat enim in desiderio civitatis, in ore, in sermone omnium. Tantum autem aberat a bello, ut, cum cupiditate libertatis Italia arderet,[4] defuerit civium studiis potius, quam eos in armorum discrimen adduceret. Itaque illi ipsi, si qui sunt, qui tarditatem Bruti reprehendant, tamen iidem moderationem patientiamque mirantur.[5]

15. Sed jam video, quid loquantur: neque enim id occulte faciunt. Timere se dicunt, quomodo ferant veterani,[6] exercitum Brutum habere. Quasi vero quicquam intersit inter A. Hirtii,[g] C. Pansæ, D. Bruti, C. Cæsaris, et hunc

[q] *Inglorium esse.*

Wernsd. in ed. maj. et Orell.—8 *Qui antea jure laud.* Muret. *qui* (ψ *qui et*) *decimo anno jure laud.* ψ, Barb. 1. 2. Rom. Ven. 1483. Ald. Deinde, Vat. *a vobis.*—9 Vat. Faërn. et Lamb. *respublica.* Mox, *tenet Græciam v* et Huyd. —10 ψ, Barb. 1. 2. Jen. et edd. vett. *nostri equitatus.*—1 *v semperque cum sua, &c.* omisso *noster.*

CAP. VII. 2 Post *igitur* Vat. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. addunt *viro.* Mox, in ψ *suscipimus:* Jen. *suscepissemus.*—3 In Jen. deest *quidem.* Mox, *neque hoc* Muret.—4 *v ut cupiditate lib. si Italia ard.*—5 Mss. nonnulli et edd. vett. *tamen ejusdem mod. patientiamque mirentur.*—6 *v vetera.*

NOTÆ

[e] *Levis armatura*] Levis armatura, quasi ordo tertius, de armaturis velocissimis fuit, de sagittariis juvenibus.

[f] *Paterni maternique generis et nominis*] Brutus a Junio Bruto paternum genus habebat, qui Tarquinios Roma expulit: maternum vero ab Ahala Servilio, qui Spurium Mælium, regnum affectantem, interfecit: nam Bruti mater Servilia fuit, quæ genus suum ad hunc Servilium referebat.

[g] *Hirtii*] Alter consul cum Pansa.

Digitized by Google

exercitum D. Bruti. Nam si quatuor exercitus ii, de quibus dixi, propterea laudantur, quod pro populi Romani libertate arma ceperunt; quid est, cur hic[7] M. Bruti exercitus non in eadem causa ponatur? At enim veteranis suspectum est nomen M. Bruti. Magisne quam Decimi?[8] Equidem non arbitror. Etsi est enim[9] Brutorum commune factum, et laudis societas æqua; D. tamen Bruto iratiores sunt hi,[10] qui id factum dolebant, quo minus ab eo rem illam dicebant fieri debuisse. Quid ergo nunc agunt[1] tot exercitus, nisi ut obsidione D. Brutus liberetur? Qui autem[2] hos exercitus ducunt? Hi, credo, qui C. Cæsaris res actas everti, qui causam veteranorum prodi volunt. VIII. 16. Si ipse viveret C. Cæsar, acrius, credo, acta sua defenderet,[3] quam vir fortissimus defendit Hirtius; aut amicior causæ quisquam potest inveniri, quam filius?[h] At horum alter, nondum ex longinquitate gravissimi morbi recreatus, quicquid habuit virium, id in eorum libertatem defendendam[4] contulit, quorum votis judicavit se a morte revocatum: alter virtutis[5] robore firmior, quam ætatis, cum istis ipsis veteranis ad D. Brutum liberandum est

norum.—7 Edd. vett. non habent *hic*. Mox, *reponatur* ψ, Vat. a m. sec. et edd. vett. cum Grut. Deinde, Mss. Ferrarii et Grævii *susp. nomen est;* sic etiam edidit Græv.—8 *Magis quam D.* (sic) *v* ψ et Ms. Grævii: *Magis quam Decimi* alii.—9 Ms. Grævii *et sicut enim*. Pro *enim Brutorum* in *v* legitur *arbitror*.—10 *Æquius, D. tamen Bruto irati omnes sunt* (vel *sunt omnes*) *hi*, ψ, Barb. 1. 2. Rom. Ven. 1483. Ald. *æquant Brutorum actiones ii qui, &c.* Ms. Joannis Scalæ ap. Ferrar. *laudis soc., hæ tamen Bruto irationes hi* Ms. Langii: *æqua, D. tamen Bruto iratiores* ii Grut. et al. *æqua, eo tamen D. Bruto iratiores sunt omnes* ii edd. vett. *æqua, Decimo tamen iratiores sunt* ii Vat. et plerique Regii Mss. cum Muret. Faërn. Lamb. Græv. Lall. Wernsd. in ed. min. et Orell. Mox, *quo minus ab illo rem illam dic. fieri decuisse* Mss. pauci et edd. vett. cum Grut.—1 Al. *agunt nunc:* *v* *nunc agant*. Mox, *v* et al. non agnoscunt prænomen ante *Brutus*.—2 *v* *Quid autem*. Tum, Orell. legi jussit *Si* *as* *credo*. Porro, ψ et edd. vett. *qui Cæsaris*. In Grævii Ms. legitur *actur evertunt:* edd. vett. *acta everti*.

CAP. VIII. 3 *v* *Si ipse viveret C. Ces. acta def.* Post *sua* ψ addit *non*. Mox, Barb. 2. *aut amicior causæ huic quisquam potest inv.* In Mss. nonnullis et edd. ante Manut. *quisquam* omittitur.—4 *v* ψ, Barbador. Barb. 1. 2. non habent

NOTÆ

h *Quam filius*] Augustus Octavius sorore Julia filius. Cæsar a Julio adoptatus est; ex ejus

Digitized by Google

profectus. Igitur illi[6] certissimi, iidemque acerrimi Cæsaris actorum patroni, pro D. Bruti salute bellum gerunt: [*p.* 228.] quos veterani sequuntur: de libertate enim populi Romani, non de suis commodis, armis decernendum vident. 17. Quid est igitur, cur iis, qui D. Brutum omnibus opibus[7] conservatum velint, M. Bruti sit suspectus exercitus? An vero, si quid[8] esset, quod a M. Bruto timendum videretur, Pansa id non videret? aut, si videret, non laboraret?[9] quis aut sapientior ad conjecturam rerum futurarum, aut ad propulsandum metum diligentior? Atqui hujus animum erga M. Brutum, studiumque vidistis. Præcepit[r] oratione sua, quid decernere nos de Bruto,[10] quid sentire oporteret: tantumque abfuit, ut periculosum reipublicæ M. Bruti putaret exercitum, ut in eo firmissimum[1] reipublicæ præsidium et gravissimum poneret. Scilicet hoc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est) aut negligit: quæ enim Cæsar egit, ea rata esse non curat: de quibus confirmandis et sanciendis legem comitiis centuriatis[i] ex auctoritate nostra[s] laturus est. IX. Desinant[2] igitur, aut ii, qui non timent, simulare, se timere, se prospicere reipublicæ; aut ii, qui omnia verentur, nimium esse timidi; ne illorum simulatio,[3] horum obsit ignavia. 18. Quæ (malum![k]) est ista ratio, semper optimis causis ve-

[r] *Praivit.* [s] *Senatus.*

defendendam.—5 In ψ *virtute.*—6 Vat. Muret. et Orell. *Ergo illi.*—7 *Omnibus copiis* v et edd. vett. Deinde, ψ *conservandum.*—8 Ms. Grævii *An numero si quid.*—9 v *liberaret.* Pro *sapientior* Lamb. conj. legend. *acutior,* et Græv. *solertior.* Tum, v *de conjectura.* Postea, al. *ad depulsandum metum.* Mox Vat. *Atquin:* v *Atque.*—10 Vat. Faërn. Lamb. et Orell. *de M. Bruto.*—1 ψ *fortissimum.* Mox, v *gratissimum.* Paulo post, ψ et al. *Scilicet hæc Pansa.*

CAP. IX. 2 v *Designant.* Mox, *sed prosp.* ψ, Franc. Vat. et edd. vett. *et prosp.* Muret. Lamb. Oliv. *simulare timere se, et prosp. reip.* conjecit Garaton.—3 Vat. et Faërn. *æmulatio.* Tum, v ψ, Pall. et edd. vett. *horum sit ign.* Porro, v *Quid malum:* ψ *Quod malum.* Denique, Grævii Ms. *ista oratio.*—

NOTÆ

[i] *Comitiis centuriatis*] Comitia centuriata ea sunt, quæ ex censu et ætate fiunt. De his dictum in orat. pro Mil. § 8. not.

[k] *Malum*] Ista vox 'malum' interjectio est indignantis hominis.

Digitized by Google

teranorum nomen opponere? quorum etiamsi amplecterer virtutem,[4] ut facio; tamen, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium.[t] An nos conantes servitutis vincula rumpere, impediet, si quis veteranos id nolle dixerit? Non sunt enim, credo, innumerabiles, qui pro communi libertate arma capiant: nemo est[5] præter veteranos milites, qui ad servitutem propulsandam ingenuo dolore[1] excitetur. Potest igitur stare[6] respublica, freta veteranis, sine magno subsidio juventutis? quos quidem vos libertatis adjutores complecti debetis; servitutis auctores sequi non debetis. 19. Postremo (erumpat enim aliquando vera et me digna vox) si veteranorum nutu mentes hujus ordinis gubernabuntur, omniaque ad eorum voluntatem nostra dicta, facta referentur;[u] [7] optanda mors est, quæ civibus Romanis semper fuit servitute potior. Omnis est misera servitus:[8] sed fuerit quædam necessaria: ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ?[x] [9] An, cum illum necessarium et fatalem pæne casum[m] non tulerimus, hunc feremus[n] voluntarium? Tota Italia desiderio libertatis exarsit: servire diutius non potest civitas: serius populo Romano

[t] *Insolentiam.* [u] *Fient.* [x] *Defendendæ.*

4 ψ et al. *virtutes.* Mox, Lamb. *fast. ferre non possem.* Pro *An* *v* ψ habent *At.* Vat. et Muret. omittunt pronomen *id* ante *nolle.*—5 *v* caret *est.* Post *milites* ψ, Vat. Gryph. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Oliv. et Orell. addunt *vir.* —6 In *v* deest *stare.* Mox, nonnulli *vos* omittunt.—7 ψ, Vat. Barb. 1. 2. Ms. Grævii, Junt. Muret. Faërn. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *gubernantur . . . referuntur.* Pro verbis *nostra dicta facta* edd. vett. cum Grut. exhibent *dicta factaque nostra.*—8 *Potior servitute* Lamb. et *Omnis est enim mis. serv.* Mss. Ferrarii cum Mannt.—9 *Et quæ nam principium putatis libertatis cap.* Vat. *et quodnam principium putatis libertatis cap.* Colon. et Franc. *et quidnam fuerit principium putatis libertatis cap.* Grævii Mss. *ecquodnam fuerit principium putatis libertatis cap.* Regii Mss. *ecquodnam principium P. C. datis libertatis cap.* Lamb. e conjectura Faërni, qui in ed. sua posuit asteriscum ante voc. *putatis.* Lall. e conjectura Grævii recepit *ecquodnam fuerit principium libertatis cap.* Paulo post, ψ *cum ipsum necess.*

NOTÆ

[1] *Ingenuo dolore*] Ingenuus dolor dicitur, qui libero homine dignus est.

[m] *Fatalem casum*] Intelligit casum, quo Pompeius victus est, et Cæsar rerum potitus est.

[n] *Hunc feremus*] Eum jam casum intelligit, qui eis ab Antonio imminet.

hunc vestitum[o] atque arma dedimus, quam ab eo flagitati sumus. X. 20. Magna nos quidem[10] spe, et prope explorata,[y] libertatis causam suscepimus. Sed, ut concedam incertos exitus esse belli, Martemque communem; tamen pro libertate vitæ periculo decertandum est.[1] Non enim in spiritu[z] vita est, sed ea nulla est omnino servienti. Omnes nationes servitutem ferre possunt: nostra civitas[2] non potest; nec ullam aliam ob causam, nisi quod illæ laborem doloremque fugiunt, quibus ut careant, omnia perpeti possunt; nos ita a majoribus instituti atque imbuti sumus, ut omnia consilia atque facta ad virtutem et ad dignitatem[3] referamus. Ita præclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Quodsi immortalitas consequeretur præsentis[4] periculi fugam; tamen eo magis ea fugienda videretur, quo diuturnior servitus esset. Cum vero dies et noctes omnia nos undique fata circumstent; non est viri, minimeque Romani,[5] dubitare, eum spiritum, quem naturæ debeat, patriæ reddere. 21. Concurritur[6] undique ad commune incendium restinguendum. Veterani primi,[7] Cæsaris auc-

[y] *Certa.* [z] *Respiratione.*

Cap. x. 10 Vat. Faërn. Lamb. *quidem nos.* In *v Magnam nos quidem spem et prope exploratam.*—1 Mss. pauci et edd. vett. *decernendum est.* Mox, Faërn. *sed * ea nulla:* Lamb. conjecit *sed ea vero nulla.* In Ms. Grævii et Barb. 1. deest *omnino.* Postea, *Omnes enim nationes v* ψ et edd. vett.—2 Grævii Ms. *nostra autem civ.* et postea *nec aliam ob causam.* Vat. *nec nullam aliam ob causam:* Lamb. e conjectura Faërni *nullam aliam ob causam.*—3 *Ad virt. atque dign.* edd. vett. *ad virt. et dign.* Mss. Ferrarii cum Grut. et al. *ad dign. et ad virt.* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Tum, *referremus* Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell.—4 Pro *præsentis* in *v penam.* Deinde, *fuga* edd. vett. in quibus legitur *tamen ea magis fug. esse videretur, quo diuturnior esset serv.* sic etiam Orell. qui pro *ea* cum Ven. 1483. Junt. dedit *eo*, et delevit *esse* auctoritate Ms. Vaticani, secutus Muret. in Varr. Lectt. xvi. 17.—5 Pal. 2. *non est viri nominisque Romani:* Mss. nonnulli et edd. vett. *non est vestri* (al. *nostri*) *nominisque Romani.* Tum, *quem naturæ quis debeat* edd. vett. cum Grut. Verba *non est viri . . . patriæ reddere* in *v* desunt.—6 *v Concurretur:* ψ *Concurrunt.*—7 *Veterani qui primi* ψ et Vat. *Veteranique primi* edd. vett. *Veterani quidem primi* Lamb. e conjectura Faërni. Deinde, *v Cæsaris auctori affluxerunt,* omissis vocibus *secuti co-*

NOTÆ

[o] *Hunc vestitum*] Significat per vestitum saga, vestitus nempe militares, quibus belli tempore utebantur.

Digitized by Google

toritatem secuti, conatum Antonii repulerunt: post ejusdem furorem Martia legio fregit; quarta afflixit. Sic a suis legionibus condemnatus,[a] irrupit in Galliam, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit; hunc A. Hirtii, C. Cæsaris exercitus insecuti sunt: [*p.* 229.] post Pansæ delectus urbem, totamque Italiam erexit. Unus omnium est [8] hostis. Quanquam habet secum L. fratrem, carissimum populo Romano civem;[p] cujus desiderium civitas ferre diutius non potest. 22. Quid illa tetrius bellua? quid immanius? qui ob eam[9] causam natus videtur, ne omnium mortalium turpissimus esset[q] M.[10] Antonius. Est una Trebellius,[r] qui jam cum tabulis novis[s] redit in gratiam; T. Plancus,[t] ceteri pares:[1] qui id pugnant, id agunt, ut contra rempublicam restituti esse videantur. Solicitant[2] homines imperitos Saxæ et Caphones,[u] ipsi rustici atque agrestes, qui hanc rempublicam nec viderunt unquam, nec videre constitutam[b] volunt: qui non Cæsaris, sed Antonii acta defendunt: quos avertit[x] agri Campani

[a] *Destitutus.* [b] *Stabilitam.*

natum . . . fregit ; quarta.—8 Al. *est omnium.* Tum, Faërn. et Lamb. *secum fratrem,* sine prænomine. Statim, ψ *cariss. populi Rom. civem:* edd. vett. *cariss. reip. civem.* Postea, Muret. *ferre diutius civ.*—9 *v qui si ob eam:* al. *quia si ob eam:* Pal. 2. Hittorp. et Mss. Ferrarii *quid si ob eam.*—10 In ψ deest prænomen.—1 Faërn. Lamb. *et ceteri pares.* Pro *ceteri* in ψ *cohereri.*—2 Vat. Faërn. *Et solicitant.* Mox, *v* ψ *Saxas.* In Vat. et ed. Junt. *Saxas et Cafones:* Ms. Scalæ cum Manut. et Car. Steph. *Saxa, Cafo:* Muret. Wernsd. in ed. min. et Orell. *Saxa et Cafo.* Pro vocibus *et Caphones v* habet *captant.*

NOTÆ

[p] *Fratrem, carissimum populo Romano* [*reipublicæ*] *civem*] Designat L. Antonium, quem ironice carissimum reipublicæ civem appellat.

[q] *Turpissimus esset*] L. Antoninm pejorem Marco ait.

[r] *Est una Trebellius*] De hoc dixit Philipp. VI.

[s] *Tabulis novis*] Ne tabulæ novæ fierent, intercessit Trebellius; nunc vero, ut fiant, auctor est.

[t] *T. Plancus*] Is est Plancus, qui omnium sententiis damnatus, conjecit se in turbam, ut rediret. Vide Philipp. VI. § 10. not.

[u] *Saxæ et Caphones*] Hos, pestes, quæ sequuntur Antoninm, Phil. VIII. nominavit.

[x] *Avertit*] Spes possidendi agri Campani eos abduxit a republica, ut Antonium sequerentur.

Digitized by Google

infinita possessio; cujus eos non pudere miror,[3] cum videant, se mimos et mimas habere vicinos. XI. 23. Ad has pestes opprimendas, quid est[4] cur moleste feramus, quod M. Bruti accessit exercitus? immoderati,[y] credo, hominis et turbulenti. Vide,[5] ne nimium pæne patientis: etsi in illius viri consiliis atque factis nihil[6] nec nimium, nec parum fuit unquam. Omnis voluntas M. Bruti, patres conscripti, omnis cogitatio, tota mens, auctoritatem senatus, libertatem populi Romani intuetur: hæc habet proposita; hæc tueri vult. Tentavit, quid[7] patientia proficere posset: nihil cum proficeret, vi contra vim experiendum[8] putavit. Cui quidem, patres conscripti, vos idem[9] tribuere hoc tempore debetis, quod a. d. XIII Kalend. Jan. D. Bruto et C. Cæsari, me auctore, tribuistis;[z] quorum privatum de republica consilium et factum auctoritate vestra est comprobatum atque laudatum. 24. Quod idem in[10] M. Bruto facere debetis, a quo insperatum et repentinum reipublicæ præsidium legionum, equitatus, auxiliorum magnæ et firmæ copiæ comparatæ sunt: adjungendusque est Q. Hortensius,[1] qui, cum Macedoniam obtineret, adjutorem se Bruto ad comparandum exercitum, fidelissimum[2] et constantissimum præbuit. Nam de M. Apuleio[a] separatim censeo refe-

—3 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *demiror*.

CAP. XI. 4 *v*, Vat. Jen. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. et Wernsd. in ed. maj. omittunt *quid est*. Tum, *v cur mol. feras*.—5 *Videte* Vat. et Mss. Regii, cum Muret. Faërn. Lamb. Græv. Lall. Wernsd. et Orell.—6 *Nihil* abest a Ms. ψ et edd. vett. Mox, al. *unquam fuit*.—7 Lamb. *ecquid*. Tum, Vat. Pal. 2. Guelf. Faërn. Grut. et al. *perficere*.—8 Edd. vett. *contra vim vi exp*. Nonnulli *vi* omittunt.—9 ψ *iidem*, et Vat. cum Faërno *hoc temp. trib*. Tum, nonnulli *quod ad XIII Kal*. Vat. et Faërn. non agnoscunt copulam ante C. *Cæsari*.—10 *v* caret præpositione.—1 *Adjungendus est que Hort*. Vat. *adjungendus est Q. Hort*. Mss. Ferrarii cum Muret. Faërn. et Orell. Deinde, *obtineat* edd. vett. cum Grut. Pro *adjutorem* in ψ *auctorem*.—2 Vat. Jen. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Wernsd. in ed. maj. *fidissimum*. Tum, *Nam D. Apuleio v*: *Nam de Apuleio* nonnullæ edd. vett. Porro, *v* ψ et Ms. Grævii *cense-*

NOTÆ

[y] *Immoderati*] Ironia.

[z] *Me auctore, tribuistis*] Cum tertiam Philippicam habuit in Antonium, persuasit Cicero, Bruto et Cæsari exercitus imperium esse concedendum.

[a] *De M. Apuleio*] Is est Apuleius, de quo Brutus scripsit ad Ciceronem

Digitized by Google

rendum; cui testis est per literas Brutus,[3] eum principem fuisse ad conatum exercitus comparandi. 25. Quæ cum ita sint; quod C. Pansa,[4] consul, verba fecit de literis, quæ a Q. Cæpione[b] Bruto,[5] proconsule, allatæ, et huic ordini recitatæ sunt, de ea re ita censeo: 'Cum Q. Cæpionis Bruti, proconsulis, opera, consilio, industria, virtute,[6] difficillimo reipublicæ tempore provincia Macedonia, Illyricum, cuncta Græcia, legiones, exercitus, equitatus, in consulum, senatus populique Romani potestate sint; id Q. Cæpionem Brutum,[7] proconsulem, bene, et e republica, et sua majorumque suorum dignitate, consuetudineque reipublicæ bene gerendæ fecisse; eamque rem[8] senatui populoque Romano gratam esse et fore: 26. utique Q. Cæpio Brutus, proconsul,[9] provinciam Macedoniam, Illyricum, totamque Græciam[10] tueatur, defendat, custodiat, incolumemque conservet, eique exercitui, quem ipse constituit, comparavit, præsit, pecuniaque[1] ad rem militarem, si qua opus sit, quæ publica sit, et exigi possit, utatur, exigat,[2][c] pecuniasque, a quibus videatur, ad rem militarem mutuas sumat, frumentum imperet, operamque det, ut cum

bo.—3 Vat. Faërn. *M. Brutus.*—4 Al. *quod Pansa.*—5 *v Brutum: ψ Bruti.* In edd. vett. *a Qu. Cæpione Qu. F. Bruto procons.* Deinde, *et in hoc ordine* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Manut. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. —6 Al. *et virtute.* Mox, *ψ provinciam Macedoniam.* Postea, Vat. et Ms. Grævii cum Faërn. Lamb. *et cuncta Græcia et leg.*—7 *v ψ idque Cæp. Bruti.* In Vat. *Brutum* omittitur. Tum, *pro sua maj.* Vat. Muret. Faërn. et Orell. *et pro sua maj.* Lamb. Græv. Oliv. *et ex sua maj.* Naug.—8 Vat. *eam rem.*—9 *v Utique Cæpio,* et *ψ Bruti proconsulis.*—10 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *cunctamque Græciam.* Tum, Grævii Ms. *tutatur.* Postea, *ψ,* Barb. 1. 2. Ms. Car. Steph. et edd. ante Manut. *servet.*—1 *v ψ,* Hittorp. Pall. Vat. Mss. Regii, Faërn. Lamb. Oliv. Lall. Wernsd. in ed. min. et Orell. *pecuniamque.*—2 *Exigat* non est in *v,* qui pro *videatur* habet *videtur.* Al. *utatur, exigatque a quibus videatur, ad rem mil. mutuam sumat.* Tum,

NOTÆ

his verbis, 'Apuleium tua auctoritate sustinere debes.'

[b] *A Q. Cæpione*] Proprio nomine dictus est Q. Cæpio Brutus e materno genere, nam a Serviliæ matris fratre fuerat adoptatus.

[c] *Pecunia . . . exigat*] M. Brutus, cum a Lyciis pecuniam petiisset, eos ad desperandum adegit; nam se omnes mutua cæde peremerunt: quod spectaculum horruit Brutus ipse.

Digitized by Google

suis copiis quam proxime[d] Italiam[3] sit. Cumque ex literis Q. Cæpionis Bruti, proconsulis, intellectum sit, Q. Hortensii proconsulis opera et virtute vehementer rempublicam adjutam, omniaque ejus consilia[4] cum consiliis Q. Cæpionis Bruti, proconsulis, conjuncta fuisse,[5] eamque rem magno usui reipublicæ fuisse; [*p.* 230.] Q. Hortensium proconsulem recte, et ordine, exque republica fecisse: senatuique placere, Q. Hortensium, proconsulem, cum quæstoribus, prove quæstoribus,[6] et legatis suis, provinciam Macedoniam obtinere, quoad ei[7] ex senatusconsulto successum sit.'

Vat. Faërn. Lamb. *imperet, frumentumque operamque dat.*—3 *v in Italiam:* Græv. et al. *in Italia.* Deinde, Mss. nonnulli et edd. vett. *cumque literis,* sine præpositione.—4 Muret. *ejus et cons.*—5 *Fuisse* non est in *v.*—6 Mss. pauci et edd. ante Muret. *cum Q. Cæpione procos.*—7 Pro *ei*, quod edd. vett. omittunt, in *v* legitur *eis*, *ψ ea*, Ms. Grævii *ad ei.* Statim, *v succ. fit.*

NOTÆ

[d] *Proxime*] Id est, maxime prope Italiam sit.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA UNDECIMA.

ORATIO LIII.

ARGUMENTUM.

Obtinente Asiam provinciam C. Trebonio, decretam a senatu post Cæsaris interitum, Dolabella in Syriam, Antonii sibi lege traditam, proficiscens, cum Trebonio familiarissime collocutus, eumque summæ benevolentiæ simulatione complexus, incautum Smyrnæ oppressit atque interfecit, et Asiam universam occupavit. Hoc nuntio Romam perlato, senatus hostem Dolabellam judicavit, belloque persequendum censuit: sed cum ejus belli cura, non satis constaret, cui mandanda videretur, cum alii aliter sentirent, Cicero, deplorata prius Trebonii morte, imperatorem omnino C. Cassium, qui Dolabellam terra marique persequeretur, esse deligendum censuit. In quam sententiam ut senatusconsultum esse factum existimemus, his Velleii verbis adduci possumus: 'Bruto Cassioque provinciæ, quas jam ipsi sine senatusconsulto occupaverant, decretæ.'

I. 1. MAGNO in dolore sum,[1] patres conscripti, vel mœrore[a] potius, quem ex crudeli et miserabili morte C. Tre-

CAP. I. 1 *v*, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj.

NOTÆ

[a] *In dolore, vel mœrore*] Cicero, Tusc. Quæst. lib. IV. sic utrumque definit: 'Dolor est ægritudo crucians, mœror est ægritudo flebilis.'

Digitized by Google

bonii,[b] optimi civis, moderatissimique hominis, accepimus; inest tamen aliquid, quod reipublicæ profuturum putem. Perspeximus[2] enim, quanta in iis, qui contra patriam scelerata arma ceperunt, inesset immanitas. Nam duo hæc capita nata sunt post homines natos teterrima et spurcissima,[a] Dolabella et Antonius; quorum alter[c] effecit, quod optabat;[3] de altero[d] patefactum est, quid cogitaret. L. Cinna[e] crudelis; C. Marius in iracundia perseverans; L. Sulla vehemens: neque ullius horum in ulciscendo acerbitas[b] progressa ultra mortem est: quæ tamen pœna in cives nimis crudelis putabatur. 2. Ecce tibi[f] geminum[4] in scelere par,[g] invisitatum, inauditum, ferum, barbarum. Itaque quorum summum quondam[5] inter ipsos odium[h] bellumque meministis, eosdem postea singulari inter se consensu et amore devinxit impurissimæ naturæ[6] et turpissimæ vitæ similitudo. Ergo id, quod fecit Dolabella,

[a] *Hi homines ab orbe condito nati sunt nocentissimi et fœdissimi.*
[b] *Crudelitas.*

et Orell. omittunt *sum.*—2 ψ *Prospeximus.* Tum, Faërn. et Lamb. *in his.* Postea, Ms. Langii *arma sumserunt.*—3 Muret. *optarat.*—4 Mss. nonnulli et edd. vett. *Ecce tergeminum.* Deinde, *invisitatum* e conjectura edidit Græv. quem Ern. Schutz. et Wernsd. secuti sunt. Ceteri *inusitatum.*—5 ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. *quoddam.*—6 Muret. *improbissimæ*

NOTÆ

[b] *Morte C. Trebonii*] Trebonius Asiæ præfectus, cum Dolabellam ad se venientem Pergamo Smyrnæ non admisisset, scripsit ad Ephesios, quoniam consul erat, ut ab eis admitteretur. Cum igitur illuc tendere se simularet Dolabella, Smyrnam contendit, quam incustoditam reperit, et occupat. Deprehensus Trebonius in lecto, occiditur. Dolabella caput ejus pro tribunali, ubi jus dicebat, reponi jussit: reliquum corpus ludibrio militum permissum est. Ita Appianus.

[c] *Quorum alter*] Dolabella Trebonium occidit, et Syriam, contra senatus auctoritatem, annitente Antonio, lege lata ad populum, obtinuit.

[d] *De altero*] Antonio videlicet, qui de Gallia invadenda cogitavit, ut facilius Romæ immineret, sibique eam subjiceret.

[e] *Cinna*] De hoc sæpius dictum, præsertim Phil. VIII. § 7. not. De Sulla ibidem.

[f] *Ecce tibi*] Ista vox 'tibi' redundat; quæque sæpius apud Virgilium usurpatur.

[g] *Geminum par*] Id est, Dolabella et Antonius, omni crudelitatis et scelerum genere pares.

[h] *Inter ipsos odium*] Summo se odio prosequebantur. Vide Phil. I.

Digitized by Google

in quo potuit,[i] multis idem minatur Antonius. Sed ille cum procul abesset[7 k] a consulibus exercitibusque nostris, neque dum, senatum cum populo Romano conspirasse,[c 8] sensisset, fretus Antonii copiis, ea scelera suscepit, quæ Romæ jam suscepta[d] arbitrabatur a socio furoris sui. 3. Quid ergo hunc aliud moliri, quid optare censetis, aut quam omnino causam esse belli? [p. 231.] Omnes,[9] qui libere de republica sensimus, qui dignas nobis sententias diximus, qui populum Romanum liberum[10] esse voluimus, statuit ille quidem non inimicos, sed hostes: majora tamen in nos, quam in hostem, supplicia meditatur:[1] mortem naturæ[l] pœnam putat esse, iracundiæ, tormenta atque cruciatum. Qualis igitur hostis habendus est is, a quo victore si cruciatus absit, mors in beneficii parte[e 2] numeretur? II. Quamobrem, patres conscripti, quanquam hortatore non egetis, (ipsi enim vestra sponte exarsistis ad libertatis recuperandæ cupiditatem) tamen eo majore animo studioque libertatem[3] defendite, quo majora proposita victis supplicia servitutis videtis. 4. In Galliam invasit Antonius,[m] in Asiam Dolabella; in alienam[4] uterque pro-

[c] *Consensisse.* [d] *Patrata.* [e] *Loco.*

naturæ. Mox, nonnulli *id* omittunt.—7 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Manut. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. *procul esset.* Statim, edd. vett. cum Grut. *nec dum sen.*—8 Ern. conj. *conspirare.*—9 *Omnes* abest a multis Mss.—10 *v qui remp. liberam.* Mox, *volumus v* ψ, et *statuit ille tamen non inim.* Mss. quidem, teste Græv. In *v* ψ et al. deest *tamen* post *majora.*—1 *Suppl. minitatur* Grævii Ms. Vocem *pœnam* deleverunt Lamb. et Schutz. de suspicione Faërni. Postea, Guelf. *iracundiam;* sic etiam Huyd. et Jen. qui cum ψ, Barbador. Barb. 1. 2. et edd. vett. habent quoque *tormentum.* Pro *cruciatum* in Jen. *supplicium.*—2 ψ, Barbador. Barb. 1. 2. et edd. ante Manut. *in beneficii partem.*

Cap. II. 3 Grævii Mss. et al. *majore omine studioque lib.* ψ et edd. vett.

NOTÆ

[i] *In quo potuit*] Id est, quod potuit Dolabella facere in Trebonio, idem minatur Antonius.

[k] *Procul abesset*] Erat in Syria Dolabella; consulum alter erat Romæ, alter in Italia Mutinam, ut Antonio adversaretur.

[l] *Mortem naturæ*] Putat Antonius mortem pœnam non esse, quia naturæ debita est, sed fieri pœnam tunc, cum per supplicia et cruciatus infligitur.

[m] *In Galliam invasit Antonius*] Post mortem Cæsaris D. Bruto Gallia de-

Digitized by Google

vinciam. Alteri[n] se Brutus objecit, impetumque[5] furentis, atque omnia divexare et diripere cupientis, vitæ suæ periculo colligavit,[f] progressu arcuit,[g] a reditu refrænavit: obsideri se passus[o] ex utraque parte constrinxit Antonium. Alter[p] in Asiam irrupit cursim,[h] cui in Syriam[6 q] patebat via certa,[r] neque longa. Quid opus fuit cum legione? præmisso[7] Marso nescio quo[s] Octavio, scelerato latrone atque egente, qui popularetur agros,[t] vexaret urbes,[8] non ad spem constituendæ[i] rei familiaris, quam tenere[k] eum posse, negant qui norunt, (mihi enim hic senator ignotus est) sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ.[u] 5. Consecutus est Dolabella, nulla suspicione belli:[9] quis enim id putaret? Secutæ collocutiones familiarissimæ cum Trebonio; complexusque summæ benevolentiæ falsi indices extite-

[f] *Retinuit.* [g] *Prohibuit progressum.*
[h] *Celerrime.* [i] *Stabiliendæ.* [k] *Tueri.*

majore studio lib.—4 ψ *in Asia Dolabellam, alienam, &c.*—5 Muret. *impetuque.* Mox, Vat. Faërn. Lamb. *div. ac dir.* Paulo post, Mss. plerique et edd. vett. *a progressu.* Denique, *v arguit.*—6 *Irrupit cursum ut in Syr. v*, Amster. et alii: *irrupit cursim ut in Syr.* Mss. plerique et edd. vett. *irrupit cursim uti Syr.* Ms. Langii: *irrupit cursim ut Syr.* Colon. *irrupsit cursu, cui in Syr.* al. *irrupit. Cur? Si ut in Syr.* Vat. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Schutz. Wernsd. et Orell. Tum, *petebat* Colon. Ms. Grævii et Langii: *pateat* Amster. Porro, *via et certa* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. maj. et Orell. In Franc. legitur, *irrupit cursim, uti via patebat in Syriam.* Vid. Nott. Varr.—7 Junt. Muret. Faërn. Lamb. Lall. et Orell. sic distinguunt, *Quid opus fuit cum legione præmisso, &c.* Vid. Nott. Varr. In *v* legitur, *præmisso Marioque Octavio:* al. *præmisso Mario Q. Octavio.* Mox, *egenti* Vat. Faërn. Wernsd. in ed. min. et Orell.—8 ψ *vex. urbem,* et paulo post, *quum tenere enim posse.*—9 *Cum secutus est Dol. v:* et *in nulla susp. belli* ψ ac edd. vett. Paulo post, Lamb. 1566. *complexus, summæ benev. falsi indices, exstiterunt, dexteræ, fidei*

NOTÆ

creta est, et Asia Trebonio.

[n] *Alteri*] Brutus se opposuit Antonio, cum Galliam invadere voluit.

[o] *Obsideri se passus*] Brutus obsideri se Mutinæ passus est ab Antonio, ut eum a reditu et progressu prohiberet.

[p] *Alter*] Dolabella.

[q] *Syriam*] Syria Asiæ provincia vastissima est, inter Ciliciam et Mare Syrium.

[r] *Patebat via certa*] Poterat Dolabella progredi in Syriam per alias vias, tam certas, et tam breves.

[s] *Marso nescio quo*] Cum Dolabella contra senatus auctoritatem Syriam obtinuisset, legatum hunc Marsum virum incognitum sibi sumsit.

[t] *Agros*] Asiaticos et Syriacos.

[u] *Præsentem pastum mendicitatis*

runt in amore simulato: dextræ, quæ fidei testes [x] esse solebant, perfidia sunt et scelere violatæ: nocturnus introitus Smyrnam,[y] quasi in hostium urbem, quæ est fidelissimorum antiquissimorumque sociorum: oppressus [l] Trebonius; si ut ab eo,[10] qui aperte hostis esset, incautus;[z] si ut ab eo, qui civis etiam tum speciem haberet, miser.[a] Ex quo nimirum documentum nos capere [m] fortuna voluit, quid esset victis extimescendum.[1] [b] Consularem hominem, consulari imperio provinciam Asiam obtinentem, Samiario [2] exuli [c] tradidit: interficere captum statim [d] noluit,[3] ne nimis, credo, in victoria liberalis videretur. Cum verborum contumeliis optimum virum incesto [n] ore lacerasset, tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit [e] pecuniæ publicæ, idque per biduum. Post, a cervicibus caput abscidit, idque fixum [4]

[l] *Circumventus.* [m] *Admonitionem dare.* [n] *Impuro.*

testes, perfidia sunt et scel. violatæ: Faërnus conjecit, *complexusque summæ benev. indices, exstiterunt in amore simulato: dextræque fidei testes, sunt perf. et scel. violatæ:* unde Schutz. *falsi* delevit. In Jen. desunt verba *in amore simulato.* Denique, edd. vett. *qui nocturni introitus in Smyrnam.* Mss. quidam *Zmyrnam:* alii *Zmurnam:* Ms. Grævii *Smirnam.*—10 *v* ψ *sicut ab eo;* et mox, ψ *sicut ab eo.* Paulo post, in *v* deest *miser.*—1 *v quid esset per vices ext.*—2 Mss. plerique et edd. ante Manut. *Samario:* al. *Samaro.*—3 ψ *voluit.* Mox, edd. vett. *in victoriis;* et ψ *cum in verborum cont.*—4 *Post autem cervicibus caput abscidit, idque fixum* Mss. nonnulli et edd. vett. *post cervicibus fractis,*

NOTÆ

suæ] Vir erat ille Marsus, qui in dies vivebat, et tantum ad præsentem necessitatem intendebat.

[x] *Fidei testes*] Porrectio et conjunctio manuum amicitiæ et fidei fuerunt indices a Numa consecrati.

[y] *Smyrnam*] Smyrna urbs Ioniæ fuit, Milete amne irrigata, aëre saluberrimo, et agro feracissimo.

[z] *Incautus*] Incautus habendus esset Trebonius, si circumventus fuisset ab hoste suo.

[a] *Miser*] Miser Trebonius habendus est, quod ab amico et a cive suo oppressus est.

[b] *Victis extimescendum*] Id est, nobis nostrisque civibus, si semel a Dolabella vel Antonio vincamur.

[c] *Samiario exuli*] Per Samiarium exulem, Samaritanum hominem intelligit, qui tum a Judæis, tum ab exteris gentibus omnium vilissimi habebantur. Hominem ejusmodi ad interficiendum Trebonium consularem hominem misit Dolabella.

[d] *Interficere captum statim*] Aliter Cicero quam Appianus mortis circumstantias describit.

[e] *Quæstionem habuit*] Dolabella quæsivit a Trebonio per tormenta, ubi collecta esset ex tributis et vectigalibus pecunia publica.

Digitized by Google

gestari jussit in pilo:[f] reliquum corpus, tractum atque laniatum,[5] abjecit in mare. 6. Cum hoc bellandum hoste est,[6] a cujus teterrima crudelitate omnis barbaria superata est. Quid loquar de cæde civium Romanorum? de direptione fanorum?[g] quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? et nunc tota Asia vagatur, volitat ut rex, nos alio bello distineri[7] putat; quasi vero non unum idemque bellum sit contra hoc jugum[i] [h] impiorum[8] nefarium. III. Imaginem M. Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis: ex hoc illa efficta[9] est: ab hoc illa Dolabellæ scelerum præcepta sunt tradita. Num leniorem,[10] quam in Asia Dolabella fuit, in Italia, si liceat, fore putatis Antonium? Mihi quidem et ille pervenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia, neque Antonius ullius supplicii adhibendi, si potestatem habeat,[1] ullam partem esse relicturus. 7. Ponite igitur ante oculos, patres conscripti, miseram illam quidem et flebilem[2] speciem, sed ad incitandos animos vestros necessariam: nocturnum

[i] *Servitutem.*

idque affixum Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. sic etiam Schutz. nisi quod *fixum* dedit.—5 Mss. pauci et edd. vett. *laceratum.*—6 *Cum hoste hoc bellandum est* edd. vett. *Cum hoc hoste bellandum est* Barb. 1. 2. Vat. et Mss. Ferrarii cum Muret. Faërn. Lamb. Manut. Græv. Wernsd. et Orell. *Cum hoste bellandum est* ψ et Jen. Nonnulli omittunt præpositionem ante *cujus.* Postea, in *v* omittitur *est.*—7 *v* ψ, Mss. Regii et Mss. Grævii cum Rom. Ven. 1483. Naug. Manut. Græv. Lall. *detineri.*—8 *v* et edd. vett. *jugum impium.*

CAP. III. 9 *v conficta:* ψ, Jen. Vat. et edd. vett. *effecta.* Deinde, *ab hoc Dol.* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. In Ms. Grævii non legitur *scelerum.*—10 ψ *Nunc leviorem.*—1 *v in ullius supplicii adhibenda pot. hab.* Tum, *ullam partem est* ψ, Guelf. et edd. vett. *ullam est partem* Jen. et Faërn. *ullam esse partem* Vat. Muret. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell.—2 *v illam quidem fleb.* al. *quidem illam et fleb.* Mox, *animos nostros v,*

NOTÆ

[f] *In pilo*] Pilum Romanorum telum fuit.

[g] *Fanorum*] Fanum, a fando dictum est, quod in ejus consecratione pontifex certa quædam verba præfaretur. Volunt alii, fanum a Fauno dictum esse, qui primus oraculorum conditor dicitur.

[h] *Jugum*] Translatio a bobus, qui ut sub eodem jugo sunt, sic Romani sub eadem Antonii et Dolabellæ servitute futuri sunt.

Digitized by Google

impetum in urbem[i] Asiæ clarissimam, irruptionem armatorum in Trebonii domum, cum miser ille prius latronum gladios videret, quam, quæ res esset, audisset;[3] [p. 232.] furentis introitum Dolabellæ, vocem impuram, atque os illud infame, vincula, verbera, equuleum,[k] carnificem tortoremque[4] Samiarium. Quæ tulisse illum fortiter et patienter ferunt. Magna laus, meoque judicio omnium maxima. Est enim sapientis, quicquid homini accidere possit, id, præmeditari, ferendum modice[k] esse, [si evenerit.][5] Majoris omnino est consilii, providere, ne quid tale accidat; sed[6] animi non minoris, fortiter ferre, si evenerit. 8. Ac Dolabella[7] quidem tam fuit immemor humanitatis, quanquam ejus nunquam particeps fuit,[8] ut suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solum in vivo, sed etiam in mortuo; atque[9] in ejus corpore lacerando atque vexando, cum animum satiare non posset, oculos paverit[10] suos. IV. O multo miserior Dolabella, quam ille, quem tu miserrimum esse voluisti! Dolores Trebonius pertulit magnos: multi, ex morbi gravitate majores;[l] quos tamen non miseros, sed laboriosos[m] dicere solemus.[1] Longus fuit dolor bidui; at compluribus,[n] annorum sæpe multo-

[k] *Moderate.*

Barb. 1. 2. Vat. cum Faërn. Ald. et Lamb.—3 ψ *quam quærens, quæ res esset, aud.*—4 *Tortorem carnificemque* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. et Orell.—5 Edd. vett. pleræque *modice si advenerit esse:* Barb. 1. 2. Barbador. Jen. *modice si evenerit esse.* Schutzius de suspicione Ernesti delevit verba *si evenerit*, quæ Orell. uncis inclusit.—6 Vat. *sed* omittit: unde Orell. uncis inclusit.—7 *v si venerit.* Tum, Mss. nonnulli et edd. vett. *At Dolabella.*—8 Vat. Jen. Junt. Muret. Faërn. Græv. et Wernsd. in ed. maj. *fuerit.* Mox, *crudel. exacuerit* Jen. Ms. Grævii, et Mss. Ferrarii.—9 *At v* ψ, et edd. vett. *atqui* Naug. Cam. Gryph. *ac* Grut. e conjectura Ferrarii.—10 *v* ψ, Barb. 1. 2. et edd. ante Manut. *pavit.*

CAP. IV. 1 Al. *solemus dicere.* Post *v* addit *honoribus;* ψ et edd. vett. *hominibus.* Mox, *nec graviora vere sunt* edd. vett. et *carnificum cruciamenta,*

NOTÆ

[i] *In urbem*] Smyrnam.

[k] *Equuleum*] Equuleus tormenti genus est, ab equo dictus, quia equi formam exhibebat.

[l] *Majores*] Subauditur, 'perferunt.'

[m] *Laboriosos*] Laboriosi dicuntur, qui labores et dolores corporis perferunt; qui tamen miseri non censentur, quia fortiter eos perferunt.

[n] *Compluribus* [*compl. hominibus*] Id

Digitized by Google

rum: nec vero graviora sunt carnificum tormenta, quam interdum cruciamenta morborum. 9. Alia sunt, alia, inquam, o perditissimi homines et amentissimi, multo miseriora: nam, quo major vis est animi, quam corporis, hoc sunt graviora ea, quæ concipiuntur animo, quam illa, quæ corpore.[2] Miserior igitur, qui suscipit[l] in se scelus, quam is, qui alterius facinus subire cogitur. Cruciatus est a Dolabella Trebonius; et quidem et[3] a Carthaginiensibus Regulus.[o] In qua re cum crudelissimi Pœni judicati sint in hoste; quid in cive Dolabella[4] judicandus est? An vero hoc conferendum est? aut dubitandum, uter miserior? isne, cujus mortem senatus populusque Romanus ulciscitur;[5] an is, qui cunctis senatus sententiis hostis est judicatus? nam ceteris quidem vitæ partibus, quis est, qui possit sine Trebonii[6] maxima contumelia conferre vitam Trebonii cum Dolabellæ? Alterius consilium, ingenium, humanitatem, innocentiam, magnitudinem animi in patria liberanda, quis ignorat? Alteri a puero pro deliciis crudelitas fuit:[7] deinde ea libidinum turpitudo, ut in hoc sit

[l] *Admittit.*

quam int. tormenta morb. Vat. et Muret.—2 *v quæ in corp.* Tum, Vat. *Miserior ig., qui suscepit in se scelus, quam si vi alterius facinus, &c.*—3 Ern. ex Huyd. recepit *et quidem et:* ceteri *et quidem* sine altero *et.* Mox, *Quare cum crud.* Vat. Faërn. Lamb. *Qua re* Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Pro *Pœni v* et Ms. Grævii exhibent *p. c.*—4 *De Dolabella* Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Manut. cum Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Tum, Vat. Ms. Grævii, Barb. 1. Barbador. Mss. Ferrarii et edd. vett. *judicandum est.* Ed. vet. cum Lamb. Wernsd. in ed. min. et Schutz. omittunt *est.* Vid. Nott. Varr. Paulo post, *an dubitandum* edd. vett. cum Grut. et *uter miserior sit* Muret.—5 *Ulciscetur* Naug. *ulcis cupit* a m. pr. et *ulciscupitur* a m. sec. *ulcisci cupit* Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. Schutz. et Orell. Deinde, *cuncti senatus sententia* Mss. plerique et edd. vett. cum Grut.—6 Muretus *Trebonii* omittit. Mox, *cum Dolabella* Mss. plerique et edd. vett. cum Grut.—7 ' Pal. 2. *alteri pro dilectis crudel. fuit:* Franc. et Grævii Ms. *quis ignorat alterius pro delictis crudel. fuit,* nisi quod in Franc. *quis ignorat* ad

NOTÆ

est, reperti sunt homines, qui per multos annos magnos dolores pertulerunt.

[o] *Regulus*] Attilius Regulus consul Romanus sæpius vicit Carthaginienses; sed insidiose ab iis captus, Romam missus est, ut de captivis permutandis ageret: at cum id dissuasisset, crudeliter ab iis post Carthaginem reditum enecatus est.

Digitized by Google

semper[8] lætatus, quod ea faceret, quæ sibi objici ne ab inimico quidem possent verecundo. 10. Et hic, Dii immortales! aliquando fuit meus:[9 p] occulta enim erant vitia non inquirenti. Neque nunc fortasse alienus ab eo essem, nisi ille vobis, nisi mœnibus patriæ, nisi huic urbi, nisi Diis penatibus, nisi aris et focis omnium nostrum,[10] nisi denique naturæ et humanitati inventus esset inimicus. A quo admoniti, diligentius et vigilantius caveamus Antonium.

V. Etenim Dolabella non ita multos secum habuit notos et insignes[1] latrones: at videtis, quos et quam multos habeat Antonius. Primum L. fratrem: quam facem! (Dii immortales![2]) quod facinus! quod scelus! quem gurgitem! quam voraginem! quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione,[3] cujus sanguinem non bibere censetis? in cujus possessiones atque fortunas[4] non impudentissimos oculos spe et mente defigere? 11. Quid Censorinum?[q] qui se verbo prætorem esse urbanum cupere dicebat, re certe noluit. Quid Bestiam?[5 r] qui se consulatum in Bruti locum petere profitetur: atque hoc quidem detestabile omen avertat Jupiter! Quam absurdum autem, qui

præcedentia verba recte referatur. Colon. et Hittorp. *alteri apuero pro deliciis*: sed in utroque *a puero* addidit longe recentior manus, *que et pro deliciis* substituit pro alio, quod ibi lectum fuit, sed post erasum.' *Græv.* in Varr. Lectt. Pro verbis *alteri a puero pro deliciis* in *v* quoque legitur *alterius pro delictis.* Paulo post, in *v* deest *ea.*—8 Post *semper* Barb. 1. 2. Vat. Ms. Car. Steph. et edd. Rom. Ven. 1483. Junt. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. min. et Orell. addunt *ipse.*—9 Post *meus* in *v ψ*, Ms. Grævii et edd. ante Mannt. inseritur vox *amicus.*—10 *ψ nostrorum.*

Cap. v. 1 *Notos at insign. v* et Guelf. *notos ac insign. ψ*, Barb. 2. et edd. ante Muret. cum Grut. et Oliv. *notos atque insign.* Vat. Muret. Faërn. Græv. Wernsd. et Orell. Mox, edd. vett. *quot et quam multos.*—2 *v Primum fratrem. Quam facere, Dii imm.* In *ψ* omittitur *L. fratrem.*—3 *v cogitationem.*—4 Idem *fortunis.*—5 *ψ Bestia.* Deinde, Vat. Muret. Faërn. Græv. et Orell. *qui cons.*

NOTÆ

p *Hic aliquando fuit meus*] Id est, Dolabella aliquando meus fuit amicus.

q *Censorinum*] Hic prætorem se fieri velle dicebat; sed revera esse noluit: nam maluit Antonium sequi.

r *Quid Bestiam*] Is Bestia a Cicerone in judicio ambitus apud Domitium defensus est, sed damnatus.

Digitized by Google

prætor fieri non potuerit,[s] eum petere consulatum![6] nisi forte damnationem pro prætura putat. Alter Cæsar, Vopiscus[t] ille,[7] homo summo ingenio, summa potentia, qui ex ædilitate consulatum petit, solvatur[m] legibus: quanquam leges eum non tenent, propter eximiam, credo, dignitatem.[8] [u] At hic, me defendente, quinquies absolutus est. Sexta palma[x] urbana, etiam in gladiatore, difficilis. [p. 233.] Sed hæc judicum culpa, non mea est. Ego defendi fide optima: illi debuerunt clarissimum et præstantissimum senatorem in civitate retinere.[y] Qui tamen nunc nihil aliud agere videtur, nisi ut intelligamus, illos,[9] [z] quorum res judicatas irritas fecimus, bene et e republica judicavisse. 12. Neque hoc in hoc uno est:[a] sunt alii in eisdem castris[b] honeste condemnati, turpiter restituti. Quod horum consilium, qui omnibus bonis hostes sunt, nisi crudelissimum, putatis fore? Accedit Saxa, nescio quis, quem nobis Cæsar ex ultima Celtiberia[c] tribunum plebis dedit,

[m] *Liberetur.*

in Bruti locum se petere prof.—6 *Petere eum cons.* edd. vett. Pro *damnationem* v habet *damnatus a vobis.*—7 Verba *Alter Cæsar, Vopiscus ille* in v desunt. Mss. Ferrarii tantum *ille* omittunt. Muret. delevit *homo.* Mox, *qui ex ædil. ad consulatum: solv.* Mss. Ferrarii, Barb. I. 2. cum Manut. Car. Steph. et Grut. Pro *solvatur* in ψ *servatur.*—8 Nonnullæ edd. vett. cum Grut. *tenent, credo dignitate.* In v ψ omittuntur voces *propter eximiam.*—9 Post *illos* v ψ, et

NOTÆ

[s] *Prætor fieri non potuerit*] Cum idem Bestia præturam peteret, repulsam passus est.

[t] *Cæsar, Vopiscus*] Vopiscus dictus est ille, qui ex duobus conceptis, uno abortu excluso, ad partum legitimum adducitur. Is porro Vopiscus, licet fuisset tantum ædilis, consulatum ausus est petere, ad quem nemo nisi prætorius poterat aspirare.

[u] *Propter eximiam dignitatem*] Ironia.

[x] *Sexta palma*] Si iterum accusaretur, non facile esset defendere, et defendendo victoriam consequi; quia nempe ad Antonium transiverat, et gladiator factus erat.

[y] *In civitate retinere*] Ironia.

[z] *Illos*] Loquitur de illis judicibus, quorum tertiam decuriam lege judiciaria instituerat Antonius.

[a] *Neque hoc in hoc uno est*] Id est, neque in uno solo Vopisco res judicatas irritas fecimus.

[b] *Eisdem castris*] Intelligit Antonii castra.

[c] *Celtiberia*] Pars est Hispaniæ, per quam Tagus et Anas fluvii decurrunt.

Digitized by Google

castrorum antea metator,[d] nunc, ut sperat, urbis:[10] a qua cum sit alienus,[e] suo capiti,[f] salvis nobis, ominetur. Cum hoc veteranus Capho,[g] quo neminem veterani pejus oderunt. His, quasi præter dotem,[h] quam in civilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius, ut haberent reliquorum[1] nutriculas prædiorum:[i] quibus utinam contenti essent![2] Ferremus: etsi tolerabile non erat: sed quidvis patiendum fuit, ut hoc teterrimum bellum non haberemus. VI. 13. Quid? illa castrorum M. Antonii lumina[k] nonne ante oculos proponitis?[3] Primum duos collegas Antonii[4] et Dolabellæ, Nuculam et Lentonem, Italiæ divisores[l] lege[m] ea, quam senatus per vim latam judicavit: quorum alter commentatus est mimos,[n] alter egit tragœ-

edd. vett. addunt *judices.*—10 *v* et Ms. Grævii *nunc ut sperat urbem:* Franc. *nunc inspectat urbem.* Tum, *alienissimus v*, Franc. Ms. Grævii, Amster. Schutz. et Wernsd. in ed. min. Pro verbis *suo capiti, salvis nobis* in Barb. 1. 2. Jen. Franc. Grævii Ms. et Amster. legitur *captis aliis nobis.* A Colon. absunt voces *alienus, suo capiti, salvis nobis.* Denique, *dominetur* ψ, Franc. Colon. Amster. Ms. Grævii, Barb. 1. 2. et edd. ante Ferrar.—1 ψ, Barb. 1. 2. et edd. ante Mannt. *aliquorum.*—2 *v*, Barb. 1. 2. Mss. Ferrarii et Grævii cum Muret. *contenti esse possent.* Deinde, *v Ferrem.*

CAP. VI. 3 Lamb. *ponitis.*—4 Edd. vett. paucæ, cum Græv. Oliv. Wernsd.

NOTÆ

[d] *Metator*] Metator castrorum dicitur, qui loca parat ponendis castris.

[e] *Cum sit alienus* [*alienissimus*] Alienissimus sive natione, sive voluntate; quia videlicet et Hispanus erat, et Romanis inimicus.

[f] *Suo capiti*] Id est, malum quod nobis apprecatur, in illius duntaxat caput recidat.

[g] *Capho*] Sceleratus vir, Antonii assecla, de quo sæpe in superioribus orationibus.

[h] *Quasi præter dotem*] Id est, præter prædam, quam veluti dotem in bellis civilibus acceperant, diviserat Antonius Campanum agrum.

[i] *Nutriculas prædiorum*] Intelligit fructus agri Campani, cujus fertilitate reliqua prædia alebantur, quæ civilibus in malis acceperant. Utitur autem translatione sumtâ a pueris, qui primum a nutricibus aluntur, donec firmiore alimento nutriantur.

[k] *Lumina*] Ironia.

[l] *Italiæ divisores*] Divisores vocat, quia Italiam inter se partiti fuerant quasi prædam.

[m] *Lege*] Agrariam legem tulerat Antonius, quam senatus sustulit. Vide Philipp. II.

[n] *Alter commentatus est mimos*] Nucula scripsit fabulas, quas ab imitatione 'mimos' appellabant; nos Gallice *des farces.*

Digitized by Google

diam.[o] Quid dicam de Apulo Domitio? cujus bona modo[5] proscripta vidimus: tanta procuratorum est negligentia.[p] At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit. Sed non possunt non prodige vivere, qui nostra bona sperant, cum effundunt[6] sua. Videte etiam P. Decii auctionem,[q] clarissimi viri;[7] qui majorum suorum[8] exempla persequens, pro alieno se ære devovit. Emtor tamen in ea auctione inventus est nemo. Hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putet posse, cum vendat[9] aliena.[r] 14. Nam quid ego de Trebellio dicam? quem ultæ[10] videntur furiæ creditorum:[s] vindicem enim tabularum[t] novarum novam

et Orell. *Antoniorum.*—5 Vat. et Muret. *modo bona.* Tum, *vidi* Vat. Faërn. Lamb. Manut. Græv. Oliv. et Wernsd. in ed. maj. Paulo post, in *v est* omittitur.—6 Vat. Muret. Faërn. *effundant.* Deinde, *Vidi* Vat. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. min. et Orell. *Vide* Ms. Grævii, Jen. Guelf. et Wernsd. in ed. maj. *Vidimus* Schutzius e conjectura Ernesti.—7 Orell. e Vat. recepit *clari viri.*—8 Vat. Faërn. Lamb. Græv. et Oliv. omittunt *suorum.* Pro *persequens* in ψ *prosequens.* Porro, *v pro alieno se ære devovit emptorem o hominem:* alii *pro alieno se ære devovit emtori; hominem:* Ms. Grævii *pro alieno se auro devovit emtori: a a hominem:* (e e written above) Colon. *pro alieno se ære devovit emptori: ·ᛉ· hominem;* sed in margine ascriptum erat recentiore manu, *·ᛉ· tamen in ea auctione inventus est nemo. O hominem.*—9 Mss. nonnulli et edd. vett. *putaret posse, cum venderet.*—10 *v* ψ, et al. ac etiam edd. vett. *quem multæ.* Pro vulg. *debitorum* Ern. e conj. cum Schutz. dedit *creditorum.*

NOTÆ

[o] *Alter egit tragœdiam*] Lento personatus histrio egit partes in tragœdia.

[p] *Tanta procuratorum est negligentia*] Ironia; quasi bona non sua Apulus, sed procuratorum culpa perdidisset. Procurator autem dicitur, qui bona et res absentis curat.

[q] *P. Decii auctionem*] P. ille Decius, qui originem ab iis Deciis celeberrimis, qui se pro patria devoverant, genus trahebat. Cum autem in tanto ære alieno esset, ut solvendo non esset, se venalem fecit, et quasi se devovit; sed nullus est inventus, a quo emeretur. Clarissimum autem ironice vocat.

[r] *Cum vendat aliena*] In tanto erat ære alieno, ut suus non esset; quare non sua, sed aliena vendebat, se vendendo.

[s] *Quem ultæ videntur furiæ creditorum* [*debitorum*] Quibus debebat Trebellius, eum furiarum instar persecuti sunt.

[t] *Vindicem enim tabularum, &c.*] Cum Dolabella, Antonio suadente, legem novarum tabularum ferret, ei restiterat Trebellius, et creditores defenderat. Postea vero sic se ære alieno ipse obruit, ut eo liberari non potuerit, nisi novis tabulis, quibus veteres creditorum abolerentur. Vide Philipp. VI. § 11.

Digitized by Google

tabulam vidimus. Quid de L. Planco?[1] quem præstantissimus civis, Aquila,[u] Pollentia[2] expulit,[x] et quidem crure fracto: quod utinam ante illi[3] accidisset, ne huc redire potuisset! Lumen et decus[y] illius exercitus pæne præterii, C. Annium[4] Cimbrum, Lysidici filium, Lysidicum ipsum[z] [Græco verbo], quoniam omnia jura dissolvit; nisi forte jure Germanum Cimber occidit.[a] Cum hanc, et hujus generis[5] copiam tantam habeat Antonius, quod scelus omittet, cum Dolabella tantis se obstrinxerit parricidiis, nequaquam pari[6] latronum manu et copia? 15. Quapropter, ut invitus sæpe dissensi a Q. Fufio, ita sum ejus sententiæ libenter assensus. Ex quo judicare debetis, me non cum homine solere, sed cum causa dissidere. Itaque non assentior solum, sed etiam gratias ago Q. Fufio. Dixit enim severam, gravem, republica dignam sententiam: judicavit hostem Dolabellam: bona ejus[7] censuit publice possidenda.

Præterea, *vindicem is* Vat. *vindices* ψ et edd. vett.—1 Oliv. *de T. Planco.* *v* ψ et edd. vett. cum Orell. prænomen omittunt. Vid. Ern. in Ind. Histor. —2 Mss. plerique *Potentia:* Rom. et Ven. 1483. *Pollertia:* Junt. *Polleritia.* In *v* ψ et edd. vett. paucis legitur, *qui præstantissimos cives Aquila, &c.* Ms. Langii et al. *qui potentissimos cives cum Aquilæ potentia expulit.*—3 Vat. Muret. Faërn. et Orell. *illi ante.*—4 Huyd. C. *Anninium:* edd. ante Muret. *Caninium:* Guelf. Muret. Faërn. Lamb. *T. Annium:* al. *Caninum.* Mox, edd. vett. *in Græco verbo.* Voces *Græco verbo* delevit Schutz. e suspicione Manutii. Pro *quoniam* ψ et edd. vett. habent *qui.*—5 *v et ejus gen.*—6 Idem *parati.*

NOTÆ

[u] *Aquila*] Is Aquila fuit unus ex Cæsaris percussoribus qui in Mutinensi prælio occidit.

[x] *Pollentia expulit*] Pollentia urbs est Transalpina. Altera ejusdem nominis fuit in Liguria: censent tamen aliqui *Potentia* reponendum esse; idque freti Dionis auctoritate, qui lib. XLVI. scribit, Pontium Aquilam, D. Bruti legatum, prælio cum Planco decertasse.

[y] *Lumen et decus*] Ironia.

[z] *Lysidicum ipsum*] Id est, qui revera in sui nominis significatione Lysidicus est, quia jus nullum agnoscit. Græce enim λύσις *dissolutio* dicitur; δίκη vero *jus* sive *justitia:* unde Lysidicus dicitur, quasi qui juris et justitiæ prævaricator est, et qui jura omnia dissolvit. Quare hic Cicero ludit in ejus nomine.

[a] *Germanum Cimber occidit*] Pergit in eodem lusu, in Caninium Cimbrum, qui fratrem occiderat: nam Cimbri et Germani populi vicini sunt, qui sæpe sibi bellum inferunt. Cimber autem est proprium nomen, et Germanus fratrem significat. Ludit igitur, tanquam Cimber aliqui sjure Germanum occiderit. De hoc joco loquitur Quintil. lib. VIII.

Digitized by Google

Quo cum addi[8] nihil posset, (quid enim atrocius potuit, quid severius decernere?) dixit tamen, si quis eorum, qui post se rogati essent, graviorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Quam severitatem quis potest non laudare?

VII. 16. Nunc quoniam hostis est judicatus Dolabella, bello est persequendus. Neque enim quiescet:[9] habet legionem, habet fugitivos, habet sceleratam impiorum manum: est ipse confidens,[a] impotens, gladiatorio generi mortis[10] addictus. Quamobrem, quoniam cum Dolabella[1] [hesterno die hoste decreto] bellum gerendum est, imperator est deligendus. [*p.* 234.] Duæ dictæ sunt sententiæ; quarum neutram probo; alteram, quia semper, nisi cum est necesse, periculosam arbitror; alteram, quia alienam[a] his temporibus existimo. 17. Nam, extraordinarium imperium[2][b] populare atque ventosum[c] est, minime nostræ gravitatis, minime hujus ordinis. Bello Antiochi[3] magno[d]

[a] *Temerarius.* [a] *Inutilem.*

—7 *v*, Vat. Mss. Ferrarii et edd. vett. non agnoscunt *ejus.*—8 In *v* deest *addi.* Tum, *potuisset* ψ, Vat. et Wernsd. in ed. min. Pro *enim* ψ habet *ei;* et paulo post, pro *decernere*, Vat. *de genere;* unde Muretus conjecit *de genero*, quod recepit Wernsd. in ed. min. Denique, *v dicit tamen.*

CAP. VII. 9 Vat. Guelf. Faërn. Lamb. Manut. Græv. Oliv. *quiescit.*—10 *v morti.*—1 Vat. Muret. et Orell. *quoniam Dolabella.* Schutzius e suspicione Ernesti delevit verba *hesterno die hoste decreto.* In *v* omittitur *est* ante *deligendus.*—2 Edd. vett. cum Grut. *extr. semper imp.* Tum, *v ventosum*, omisso *est.*—3 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. *Bello Antiochino.* Deinde, *cum L. Scipioni, Publii fratri obvenisset Asia* Mss. pauci et edd. vett. *cum L. Scipioni Publii filio Asia obv.* Mss. Ferrarii: *cum L. Scipioni P. cia obvenisset* Vat. unde Faërn. Lamb. Wernsd. in ed. min. et Orell.

NOTÆ

[b] *Extraordinarium imperium*] Extraordinarium imperium dicitur, quod privato homini, non vero in aliqua dignitate constituto defertur, ut consuli, prætori, &c.

[c] *Ventosum*] Ventosum dicitur quod ex populi libidine dependet; qui cum levis sit et inconstans, ac vento similis, non semper quæ æqua sunt et justa decernit.

[d] *Bello Antiochi* [*Antiocheno*] *magno*] Statim a bello Macedonico bellum illud gestum est. Antiochus autem, rex Syriæ, Magnus, Lysimachiam repetens Romanis bellum intulit. Itaque littora Græciæ, et insulas occupavit; sed in Eubœa repente fractus est, nuntiatoque Glabrionis adventu,

Digitized by Google

et gravi, cum L. Scipioni, Publii filio, obvenisset Asia, parumque in eo putaretur esse animi, parum roboris, senatusque ad collegam ejus, C. Lælium, hujus Sapientis[4] patrem, negotium deferret; surrexit P. Africanus, frater major L. Scipionis, et illam ignominiam a familia[5] deprecatus est:[p] dixitque, et in fratre suo summam virtutem esse, summumque consilium, neque se ei legatum,[6] id ætatis, iisque rebus gestis, defuturum. Quod cum ab eo esset dictum, nihil est de Scipionis provincia commutatum: nec plus extraordinarium imperium ad id bellum[7] quæsitum, quam duobus antea maximis Punicis bellis,[e] quæ a consulibus aut a dictatoribus gesta et confecta sunt;[8] aut quam Pyrrhi,[f] quam Philippi,[g] quam post Achaico bello,[h] quam Punico tertio:[i] ad quod populus Romanus ita sibi ipse[9]

[p] *Avertit precibus.*

dederunt *cum L. Scipioni provincia Asia obvenisset;* et sic recepit Lallem. e Mss. Regiis.—4 Schutz. et Wernsd. in ed. min. dederunt *illius Sapientis* e conjectura Ernesti. Tum, *v negotium defert.*—5 Edd. vett. *ignom. familiæ.* In Barb. 1. *et illam ignom. deprecatus est.*—6 *v neque esse in leg.*—7 *ψ imp. idem bellum.*—8 *v ψ* et edd. vett. *gesta et consummata sunt.* Nonnulli omittunt voces *et confecta.* Tum, Vat. Muret. Lamb. et Orell. non agnoscunt *aut.*—9 Edd. vett. *ipse sibi.*

NOTÆ

fugit in Syriam, ubi se recepit. Cum autem provincias consules sortirentur, et Syria, bellumque contra Antiochum L. Cornelio Scipioni obvenisset, &c. L. ille Cornelius Scipio, fratris usus consiliis, apud Sipylum montem Antiochum superavit, et ultra Taurum montem regnare jussit. Hinc Scipio Asiatici, sicut frater Publius Scipio, devicta Africa, Africani nomen reportavit.

[e] *Duobus antea maximis Punicis bellis*] Tria maxima bella cum Pœnis gessit populus Romanus: primo tempore commissum est bellum, secundo profligatum, et tertio confectum est deleta Carthagine.

[f] *Quam Pyrrhi*] Pyrrhus rex Epirotarum fuit, qui a Tarentinis advocatus, varia cum Romanis fortuna, at summa semper moderatione contendit.

[g] *Philippi*] Tria bella Macedonica gesta sunt a Romanis, et primum quidem contra Philippum. Causa hinc extitit, quod fœdus cum Hannibale dominante in Italia iniisset.

[h] *Achaico bello*] Achaicum bellum post tertium Punicum et deletam Carthaginem gestum est contra Corinthios et Critolaum, qui contra Romanos libertate, quam ab ipsis acceperat, usus est: legatos enim eorum violavit. De iis Mummius triumphavit, qui Achaicus dictus est.

[i] *Punico tertio*] Hoc bello deleta

delegit idoneum ducem, P. Scipionem, ut eum tamen bellum gerere consulem vellet. VIII. 18. Cum Aristonico[k] bellum gerendum fuit, L. Valerio, P. Licinio consulibus.[10] Rogatus est populus, quem id bellum gerere placeret: Crassus consul, et[1] pontifex maximus, Flacco collegæ, flamini Martiali, mulctam dixit, si a sacris discessisset: quam mulctam populus remisit:[2] pontifici tamen flaminem parere jussit. Sed ne tum quidem populus Romanus ad privatum detulit bellum: quanquam erat Africanus, qui anno ante de Numantinis triumphaverat; qui cum longe omnes belli gloria et virtute superaret, duas tantum tribus tulit.[9][3] Ita populus Romanus consuli potius Crasso,[l] quam privato Africano bellum gerendum dedit. De Cn. Pompeii imperiis,[m] summi viri, atque omnium principis, tribuni ple-

[9] *Habuit suffragia duarum tribuum.*

CAP. VIII. 10 Vat. Muret. et Orell. *P. Licinio, L. Valerio coss.* Junt. *L. Valerio, P. Licinio Crasso coss.* Tum, edd. vett. cum Grut. *Rogatus populus,* omisso *est.*—1 Vat. Junt. Muret. Faërn. et Orell. omittunt copulam.—2 Mss. nonnulli et edd. vett. cum Wernsd. in ed. maj. *populus Romanus remisit.*—3 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *duas tamen*

NOTÆ

est Carthago: cui bello gerendo cum L. Martius et M. Manlius dati essent imperatores, consul a populo ante legitimam ætatem Pub. Scipio factus est, ut bellum illud conficeret.

[k] *Cum Aristonico*] Post deletam Numantiam, cum Aristonico, Eumenis filio, bellum gestum est, cum ille Asiam, quæ testamento Attali libera erat, occupasset. Tunc erant consules L. Valerius Flaccus et Pub. Licinius Crassus pontifex maximus. Populus Flaccum bello præfecit. Tum Crassus intercessit, mulcta proposita, quia Flaccus flamen Martialis erat, ideoque sibi subditus pontifici maximo. Pœnam quidem remisit populus, sed paruit pontifici. Quare Crassus missus est, etsi pontifici maximo nefas esset esse extra Italiam: victus est ille, et interfectus, et in ejus locum Perperna suffectus Aristonicum vicit.

[l] *Consuli potius Crasso*] Populus maluit imperium belli Crasso deferre, qui tum erat consul, etsi non tot res gesserat, quam Africano concedere, quia privatus tunc erat, licet tot rebus præclare gestis se commendasset; ne videlicet extraordinarium imperium daretur.

[m] *De Cn. Pompeii imperiis*] Occurrit objectioni quæ de Pompeio fieri potest, qui præfectus est bello privatus, refunditque vitium in tribunos plebis viros turbulentos, quorum alter Manilius, alter Gabinius, lege lata, belli piratici et Mithridatici imperium ipsi detulerunt.

Digitized by Google

bis turbulenti tulerunt. Nam Sertorianum[n] bellum a senatu privato datum est,[4] quia consules recusabant; cum L. Philippus pro consulibus eum se[5] mittere dixit, non pro consule. 19. Quæ igitur hæc comitia?[r] aut quam ambitionem[o] constantissimus et gravissimus civis, L. Cæsar, in senatum introduxit? Clarissimo viro atque innocentissimo decrevit imperium, privato tamen. In quo maximum nobis onus imposuit. Assensero?[6] [p] ambitionem induxero in curiam. Negaro?[q] videbor[7] suffragio meo, tanquam comitiis, honorem homini amicissimo denegasse. Quodsi comitia placet in senatu habere;[8] petamus, ambiamus:[r] tabella modo detur nobis, sicut populo data est.[s] Cur com-

[r] *Cur igitur istæ deliberationes?*

tribus solas tulit. Tum, *Itaque* Mss. nonnulli et edd. vett.—4 Nonnulli *delatum est:* alii *mandatum est.*—5 Edd. vett. cum Grut. *se eum.*—6 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *Assensus ero.*—7 In ψ et edd. vett. deest *videbor*. Mox, ψ *denegavero.*—8 Vat. Muret. Faërn. et

NOTÆ

[n] *Sertorianum*] Cum multos duces Sertorius in Hispania superasset, senatus addidit Metello Pio Pompeium. Timebat videlicet, ne vir jam ætate confectus bellum in Italiam adduceret: cum autem imperium recusarent consules, visum est totum belli imperium Pompeio committere; quod cum quis inter senatores miraretur, respondit Philippus eum non pro consule, sed pro consulibus mitti. Plutarch. in Pomp.

[o] *Aut quam ambitionem*] Censuerat C. Cæsar, ut privato homini belli istius in Dolabellam imperium deferretur. Negat Cicero, quia si illud ei concedatur, offendentur viri constituti in dignitate, quasi ea indigni sint; si ille repulsam ferat, contumelia notabitur.

[p] *Assensero* [*assensus ero*] Si quis assentiatur huic L. Cæsaris sententiæ, inter senatores ambitus fovebitur. Quidni enim sperent, se ambiendo ad talem dignitatem posse pervenire?

[q] *Negaro*] Si quis negaverit, se amicorum invidiæ exponet, ut fit in Campo Martio in suffragatione magistratuum: quam sæpe enim offenduntur, cum se suffragiis eorum privatos intelligunt, quos dignitatis suæ fautores arbitrabantur!

[r] *Petamus, ambiamus*] Jam contendit Cicero, fore ut, si hæc suffragiorum ratio in senatum inducatur, futuræ jam sint hæ largitiones pecuniarum, quæ a candidatis fiunt populo, ut suffragationes consequantur.

[s] *Tabella modo detur nobis, sicut populo data est*] Suffragia olim populi voce ferebantur, at postea placuit per tabellas ferri, in quibus nomen scribebatur ejus cui suffragium dabant.

Digitized by Google

mittis,[9] Cæsar, ut aut præstantissimus vir, si tibi non sit assensum,[10] repulsam tulisse videatur; aut unusquisque nostrum præteritus, si, cum pari dignitate simus, eodem honore digni non putemur? 20. At enim[t] (nam id exaudio) C. Cæsari adolescentulo[1] imperium extraordinarium mea sententia dedi. Ille enim mihi præsidium extraordinarium dederat: cum dico mihi, senatui dico, populoque Romano. A quo respublica præsidium, ne cogitatum quidem, tantum haberet, ut sine eo salva esse non posset, huic extraordinarium imperium non darem? aut exercitus adimendus, aut imperium dandum[u] fuit. Quæ est enim ratio, aut qui potest fieri, ut sine imperio teneatur exercitus? Non igitur, quod ereptum non est, est id existimandum datum.[2] Eripuissetis C. Cæsari, patres conscripti, imperium, nisi dedissetis. Milites veterani, qui illius auctoritatem, imperium, nomen secuti, pro republica arma ceperant, volebant sibi ab illo imperari: [p. 235.] legio Martia,[3] et quarta, ita se contulerant ad auctoritatem senatus populique Romani dignitatem, ut eum deposcerent imperatorem et ducem. Cæsari bellum necessitas, fasces senatus dedit. Otioso vero, nihil[4] agenti privato, obsecro te, L. Cæsar,

Orell. *haberi*. Mox, Mss. nonnulli et edd. vett. *tabula modo nova detur*.—9 *v ψ comitus:* edd. vett. *comitiis*.—10 *v ψ assensus*. Mox, *ψ an unusq*.—1 *v*, Ms. Grævii et Mss. Ferrarii cum Mureto *adolescenti*.—2 *Est id exist. esse datum* edd. vett. *id exist. est datum* ceteri, præter Ern. qui e conj. dedit *est id exist. datum*. Mox, in *ψ* omittitur *patres conscripti*.—3 In *v* desunt voces *legio Martia*. Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. *legio Martia et legio quarta*. Tum, *contulerat* Mss. pauci et edd. vett. cum Grut. Porro, *senatus et reipublicæ dignitatem, ut deposc. imp. et ducem C. Cæsarem. Imperium C. Cæsari belli necessitas, &c.* Orell. In edd. vett. legitur, *ut eum deposc. imp. et ducem. Imperium Cæsari belli necessitas*.—4 Ante *nihil* Vat.

NOTÆ

[t] *At enim*] Objectioni occurrit de Octavio: nam ipse Cicero imperium ei extraordinarium dedit: quidni igitur et Servilio? At id refutat, 1. quia malis reipublicæ extraordinarium remedium attulit; 2. quia tulit reipublicæ præsidium, quod non expectabat.

[u] *Aut exercitus adimendus, aut imperium dandum*] Indignum fuisset senatu, ei exercitum adimere, a quo tam inexpectatum præsidium accepit: cum ei itaque relictus sit, necessarium fuit omnino ei illius imperium concedere, siquidem sine duce stare non potest exercitus.

Digitized by Google

(cum peritissimo homine mihi res est) quando imperium senatus dedit? IX. Sed de hoc quidem hactenus, ne refragari homini amicissimo, ac de me optime merito, videar. Etsi quis[5] potest refragari non modo non petenti, verum etiam recusanti? 21. Illa vero, patres conscripti, aliena consulum dignitate, aliena temporum gravitate[6] sententia est, ut consules, Dolabellæ persequendi causa, Asiam et Syriam sortiantur. Dicam, cur inutile reipublicæ: sed prius, quam turpe consulibus[7] sit, videte. Cum consul designatus[x] obsideatur, in eoque liberando[8] salus sit posita reipublicæ; cumque a populo Romano pestiferi cives parricidæque desciverint; cumque id bellum geramus, quo bello de dignitate, de libertate, de vita decernamus; et,[9] si in potestatem quis Antonii venerit, proposita sint tormenta atque cruciatus; cumque harum rerum[10] omnium decertatio consulibus optimis et fortissimis commissa et commendata sit; Asiæ et Syriæ mentio fiet,[1][y] ut aut suspicioni crimen, aut invidiæ materiam dedisse videamur? 22. At vero ita decernunt,[z] ut,[2] 'liberato Bruto:' id enim restabat, ut 'relicto, deserto, prodito.' Ego vero[a] mentionem omnino[3] provinciarum factam dico alienissimo tempore.

Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. addunt copulam *et*.

CAP. IX. 5 *v* et Muret. *Si quis*.—6 Muret. et al. *aliena a cons. dign., aliena a temp. grav.*—7 In *v*, Barb. 1. 2. et Ms. Car. Steph. *consulibus* deest.—8 *Obsideatur, in eo lib.* Græv. *obsideatur, cum in eo lib.* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell. Mox, *cum a populo Rom. pestif. cives* Vat. Faërn. Lamb. Wernsd. et Orell. *cum a rep. pestiferi cives* edd. vett. cum Muret. —9 Muretus auctoritate Vat. delevit copulam.—10 In edd. vett. *earum rerum*.—1 *v asye et asyrie mentio fit*.—2 *v* caret *ut*.—3 Muretus *omnino* omisit.

NOTÆ

[x] *Consul designatus*] Brutus obsidebatur Mutinæ ab Antonio.

[y] *Asiæ et Syriæ mentio fiet*] Non possunt sortiri consules Asiam et Syriam, quin suspicio nascatur a republica et a senatu Brutum deseri et prodi.

[z] *At vero ita decernunt*] Occupat excusationem quæ afferri potest: quasi dicerent illi, se ita consulibus provincias decernere, ut antequam ad eas proficiscantur, Brutum liberent.

[a] *Ego vero*] Ostendit nullum esse tempus jam commodum illas provincias sortiendi.

Digitized by Google

Quamvis enim intentus[s] animus tuus sit, C. Pansa, sicut est, ad virum fortissimum[4] et omnium clarissimum liberandum; tamen rerum natura cogit [te[5] necessario] referre animum aliquando ad Dolabellam persequendum, et partem aliquam in Asiam et Syriam derivare[t] curæ et cogitationis tuæ. Si autem fieri posset, vel plures te animos habere vellem, quos omnes ad Mutinam intenderes. Quod quoniam fieri non potest, istoc animo,[6] quem habes præstantissimum atque optimum, nihil te[7] volumus, nisi de Bruto cogitare. 23. Facis tu id quidem, et eo maxime incumbis: duas tamen res, magnas præsertim, non modo agere uno tempore, sed ne cogitando[8] quidem explicare quisquam potest. Incitare et inflammare[9] tuum istud præstantissimum studium, non ad aliam ulla ex parte curam transferre debemus. X. Adde istuc sermones hominum, adde suspiciones, adde invidiam. Imitare me, quem tu semper laudasti; qui instructam ornatamque a senatu provinciam deposui,[b] ut incendium patriæ, omissa omni cogitatione, restinguerem. Nemo erit, præter unum me, quicum profecto, si quid interesse tua putasses,[10] pro summa familiaritate nostra communicasses, qui credat, te invito, provinciam tibi esse decretam. Hanc, quæso, pro tua singulari sapientia, reprime famam; atque effice, ne id, quod non curas, cupere videare.[c] 24. Quod quidem

[s] *Occupatus.* [t] *Transferre.*

—4 Edd. vett. *ad fortiss. virum.* A verbo *virum* hujus orationis reliquum, item magna pars sequentis in Vaticano desideratur.—5 *Te* non est in Huyd. Verba *te necessario* Ernesto suspecta sunt.—6 *v* et al. *isto animo.*—7 Mss. pauci et edd. vett. non habent *te.*—8 Muret. *sed nec cog.*—9 *v flammare.* Mox, *ψ debeamus.*

NOTÆ

[b] *Provinciam deposui*] Prætor missus in Ciliciam Cicero, hanc post annum reliquit, cum plures eam annos occupare posset: quin etiam Galliam in concione deposuit.

[c] *Cupere videare*] Si Syriam illo tempore sortitus fuisset Pansa, nemo non credidisset, eam summopere optavisse, cum patriam jam oppressam relinqueret, cujus periculo prospicere consul debebat.

Digitized by Google

eo vehementius[1] tibi laborandum est, quia in eandem cadere suspicionem collega,[d] vir clarissimus, non potest. Nihil horum scit, nihil suspicatur. Bellum gerit: in acie stat: de sanguine et de spiritu[w][2] decertat: ante provinciam sibi decretam audiet, quam potuerit tempus ei rei[e] datum[3] suspicari. Vereor, ne exercitus quoque nostri, qui non delectus necessitate,[f] sed voluntariis studiis se ad rempublicam contulerunt, tardentur animis,[x] si quicquam aliud a nobis,[4] nisi de instanti bello cogitatum putabunt. [*p*. 236.] Quodsi provinciæ[g] consulibus expetendæ videntur (sicut sæpe multis clarissimis viris expetitæ sunt), reddite prius nobis Brutum, lumen et decus civitatis; qui ita conservandus est, ut id[5] signum,[h] quod de cœlo delapsum, Vestæ custodiis continetur; quo salvo, salvi sumus futuri. Tunc vel in cœlum[6] vos, si fieri poterit, humeris nostris tollemus: provincias certe dignissimas vobis[7] deligemus.

[w] *De vita et salute.* [x] *Languescant.*

Cap. x. 10 Al. *putasses tua.*—1 Al. *vehementius eo.* Mox, in *v* deest *cadere.*—2 Mss. nonnulli et Muret. *de sang. et spir.*—3 ψ *dictum.*—4 *v quicquam a nobis:* al. *quicquam aliud nobis.*—4 *v* non habet *sunt.*—5 Ern. suspic. *id* delend. vel *illud* legend. Tum, *v* ψ et al. *quod cœlo*, sine præpositione.—6 *Hanc in cœlum v*: *Hunc in cœlum* ψ et Ms. Langii: *Hunc vel in cœlum* Mss. pauci et edd. vett. *Tunc in cœlum* Faërn. Manut. Lamb. In *v* ψ, Barb. 1. 2. et edd. vett. deest *vos*, quod Muretus collocavit ante voc. *humeris*. Deinde,

NOTÆ

[d] *Collega*] Hirtius, Pansæ collega, Bruto præsto aderat, ut eum liberaret.

[e] *Ei rei*] Id est, provinciæ decernendæ.

[f] *Delectus necessitate*] Cum fiebat delectus militum, nomina consulibus dare cogebantur, ut in bellis accidebat: in tumultu vero voluntariis studiis quisque saga sumebat, et ad bellum proficiscebatur.

[g] *Quodsi provinciæ*] Iterum occupat objectionem, quæ fieri posset, nempe provincias sæpe fuisse expetitas a claris hominibus. Fatetur id quidem, at nunc alieno id tempore accidere; expectandum esse donec Brutus liberetur.

[h] *Ut id signum*] Palladium intelligit, Palladis simulacrum in arce Trojana, quod cecidisse de cœlo dicitur, cum illa conderetur. In eo civitatis Trojanæ fata continebantur: responsum enim fuerat ab oraculo tamdiu urbem incolumem fore, quamdiu illud simulacrum in urbe servaretur. Vide Ovid. Fast. lib. vi. Postea autem Romam delatum est, et in templo Vestæ asservatum.

Digitized by Google

Nunc quod agitur, agamus. Agitur autem,[8] liberine vivamus, an mortem obeamus; quæ certe servituti anteponenda est. 25. Quid, si etiam affert tarditatem ista sententia[9] [i] ad Dolabellam persequendum? Quando enim veniet consul? an id expectamus, quo[y] ne vestigium quidem Asiæ civitatum atque urbium relinquatur? At mittent aliquem de suo numero.[k] Valde mihi probari potest, qui paulo ante clarissimo viro[l] privato imperium[10] extra ordinem non dedi. At hominem dignum mittent. Num P. Servilio digniorem? at eum quidem civitas non habet. Quod ergo ipse nemini putat dandum, ne a senatu quidem; id ego unius judicio delatum comprobem? 26. Expedito nobis homine et parato, patres conscripti, opus est, et eo, qui imperium legitimum[m] habeat; qui præterea auctoritatem, nomen, exercitum, perspectum animum in republica liberanda.

XI. Quis igitur is est?[n] Aut M. Brutus, aut C. Cassius, aut uterque.[1] Decernerem plane, sicut multa,[o] con-

y *Ut.*

Ms. Grævii *si fieri potuerit.*—7 ψ *nobis.*—8 υ *Agatur autem.*—9 ψ *illa sent.* Mox, υ *venit consul.* Paulo post, υ *quo vestig.* ψ *ne quod vestig.* Lambinus suspicabatur legend. *an id tempus expectamus, quo ne vestig.*, non improb. Garaton.—10 ψ *extra imperium.*

Cap. xi. 1 υ ψ *Quis igitur is est? M. Brutus, aut* (pro quo vocab. in υ legitur *nomen exercitus*) *C. Cassius, aut uterque.* Ante verba *aut M. Brutus* Muretus stellulam posuit. Ferrarius conjecit legend. *Quis igitur is est? Aut C. Cassium, aut M. Brutum, aut utrumque decernerem plane: sicut multi consulem alterum ambosve:* unde Lamb. in ed. 1566. dedit *Quis igitur is est? plane*

NOTÆ

[i] *Ista sententia*] Sententia illa de decernendis consulibus provinciis populum Romanum retardabit a Dolabella persequendo.

[k] *De suo numero*] Alia occupatio, qua ostenditur non facile posse mitti aliquem ex optimatibus ad Dolabellam armis persequendum.

[l] *Clarissimo viro*] Respondet hanc sibi probari sententiam non posse, cum dissuaserit Pub. Servilium mittendum esse, quia privatus est.

[m] *Imperium legitimum*] Legitimum imperium dicitur, quod legibus stabilitum est, quale illud est quod consuli vel prætori ad bellum gerendum mandatur.

[n] *Quis igitur is est*] Interroganti sibi respondet, mittendum aut Brutum aut Cassium, vel utrumque simul.

[o] *Decernerem plane, sicut multa*] i. e.,

Digitized by Google

sulem alterum, ambove, ni Brutum colligassemus in Græcia,[2] et ejus auxilium ad Italiam vergere,[z] quam ad Asiam maluissemus: non ut ex ea acie respectum haberemus,[3 p] sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. Præterea, patres conscripti, M. Brutum retinet[q] etiam nunc C. Antonius, qui tenet Apolloniam, magnam urbem et gravem: tenet, opinor, Byllidem:[4 r] tenet Amantiam:[s] instat[a] Epiro:[t] urget Illyricum:[5] habet aliquot cohortes, habet equitatum. Hinc, si Brutus erit traductus ad aliud bellum, Græciam certe amiserimus. Est autem etiam de

[z] *Respicere.* [a] *Minatur.*

aut M. Brutum, aut C. Cassium, aut utrumque decernerem, sicut multi consulem alterum ambosve. Pro *multa* Schutz. et Wernsd. ediderunt *multi.* Vid. Nott. Varr.—2 Mss. nonnulli et edd. vett. *in Græciam.*—3 Mss. pauci et edd. vett. *non ut ex ea acie auxilium hab.* Muretus e conjectura Fertarii recepit *non ut eo ex acie resp. hab.* Lamb. et Manut. *non ut ex acie eo resp. hab.* Schutz. conjecit legend. *non modo ut ex ea* (scil. Italia) *ad id* (auxilium) *resp. hab., sed ut ipsa Italia subsidium, &c.*—4 *Helidem* ψ: *Hellidem* al. *Hillidem* Ms. Langii: *Elidem* Barb. 2. *Belidem* Barb. 1. *Bellidem* Rom. et Ven. 1488. *Billidem* al.—5 Mss. pauci et edd. vett. *urget Oricum:* al. *urget Oreum.*—

NOTÆ

decernerem sicut jam multi decreverunt, ut vel unus, vel alter consulum mitteretur, si fieri posset, vel eorum uterque. Neque enim videtur quod Brutus revocari debeat, aut ei exercitus adimi, quem nos in Græcia esse voluimus, et ei addiximus, ut Italiæ potius, quam ipsi Græciæ consuleret.

Multa] Ista vox *multa* obscuritatem affert orationi, et adimit sensum: quapropter censerem cum multis loco illius reponendum esse *multi:* tunc enim planus est sensus, ut videre est in nota superiori.

p *Non ut ex ea acie respectum haberemus*] Non censet quidem eos ex Bruti exercitu turmas assumere debere, ut alio mittantur, sed integrum exercitum in Græcia sub imperio Bruti relinquendum esse, ut respublica semper præsidium habeat in illis provinciis, quæ ab Italia toto mari dividuntur.

q *Brutum retinet*] Cum Caius Antonius, Marci frater, adhuc sit in Græcia, non hinc M. Brutus revocandus est.

r *Byllidem*] Byllis urbs Illyriæ maritima, a Myrmidonibus condita.

s *Amantiam*] Amantia alia urbs est Pannoniæ inferioris, alia urbs Bruttiorum.

t *Epiro*] Epirus, regio Græciæ finitima ad orientem, Acheloo fluvio distincta, ad occasum Acroceranniis montibus, ad septemtrionem Macedoniæ parte, ad meridiem Ionio Mari terminata.

Digitized by Google

Brundisio[u] atque illa ora Italiæ providendum. Quanquam miror tamdiu morari Antonium: solet enim accipere ipse[6] manicas,[x] nec diutius obsidionis metum[y] sustinere. Quod si confecerit Brutus,[7][z] et intellexerit, plus se reipublicæ profuturum, si Dolabellam persequatur, quam si in Græcia maneat; aget ipse per sese, ut adhuc quoque fecit; neque in tot incendiis,[8] quibus confestim succurrendum est, expectabit senatum. 27. Nam et Brutus et Cassius multis jam in rebus ipse sibi senatus fuit.[a] Necesse est enim, in tanta conversione et perturbatione rerum,[9] temporibus[e] potius parere, quam moribus. Nec enim nunc primum aut Brutus aut Cassius salutem libertatemque patriæ, legem sanctissimam,[b] et morem optimum judicavit. Itaque si ad nos nihil referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarem, cum essent tales[10] virtute, auctoritate, nobilitate summi viri; quorum alterius jam

[e] *Opportunitatibus.*

6 In Barb. 1. omittitur *ipse*, prob. Garatono. Orellius suspicatur *iste* legend.—7 Lamb. conjecit *Quod si conf. bellum Brutus.*—8 ψ *ne quod in tot incend.* In eodem Ms. et Barb. 2. deest *quibus*, pro quo Barb. 1. et edd. ante Manut. habent *cum.*—9 Mss. plerique et edd. ante Manut. *in tanta concursione* (vel *concursatione*) *perturbationum rerum.* Ante *rerum* Muret. Faërn. Lamb. Manut. Oliv. et Orell. addunt *omnium.*—10 Lamb. e conjectura Ferrarii edidit *tali.* Mox, ψ *nob. summæ viri:* Orell. de sententia Ferrarii recepit *nob. summa viri.* Schutzius ex altera conjectura Ferrarii delevit *summi.* Tum, ψ *quorum alt. jam nobis totus esset exerc.*

NOTÆ

[u] *Brundisio*] Brundisium urbs Calabriæ ad Mare Adriaticum, sita Via Appia, eo usque perducta, et portu insigni nobilis, ex quo Romanis consuetus fuit in Græciam transitus.

[x] *Manicas*] Manicæ vincula sunt, quibus colligantur manus.

[y] *Obsidionis metum*] Deprimit Antonii illius animum, quia statim sibi ab obsidione cavet. Subito enim metu obsidionis Apolloniam reliquit, et Buthrotum fugit.

[z] *Quod si confecerit Brutus*] Si Brutus intercipere Antonium possit, et captivum facere, sua sponte aget, et ut sibi videbitur.

[a] *Sibi senatus fuit*] Cum res urgeret, non expectavit senatus imperium, sed arbitrio suo egit.

[b] *Legem sanctissimam*] Jam antea Brutus et Cassius ostenderunt, cum videlicet Cæsarem interfecere, sanctissimam esse legem, et morem optimum reipublicæ libertati publicæ studere. Quare sine ullo senatus decreto possunt Dolabellam armis persequi.

Digitized by Google

notus nobis est exercitus, alterius auditus. XII. Non igitur[1] Brutus expectavit decreta nostra, cum studia[d] nosset. Neque enim est in provinciam suam Cretam profectus:[2] in Macedoniam alienam[c] advolavit: omnia sua putavit, quæ vos vestra esse velletis:[3] legiones conscripsit novas, excepit veteres: equitatum ad se abduxit[4] Dolabellæ, atque eum, nondum tanto parricidio[d] oblitum,[e] hostem sua sententia judicavit. Nam ni ita esset, quo jure equitatum a consule abduceret? 28. Quid? C. Cassius, pari magnitudine animi et consilii præditus, nonne eo ex Italia consilio profectus est, ut prohiberet Syria Dolabellam? Qua lege? quo jure? eo, quod Jupiter ipse sanxit, ut omnia, quæ reipublicæ salutaria essent, legitima et justa haberentur. [*p.* 237.] Est enim lex nihil aliud, nisi recta et a numine Deorum tracta[f] ratio, imperans honesta, prohibens contraria. Huic igitur legi paruit Cassius, cum est in Syriam profectus, alienam provinciam, si homines legibus scriptis uterentur; his vero oppressis, suam,[e] lege naturæ.[5] 29. Sed ut ea vestra quoque auctoritate firmetur, censeo: 'Cum P. Dolabella, quique ejus crudelissimi et teterrimi facinoris ministri, socii, adjutores fuerunt,[6] hostes populi Romani a senatu judicati sint; cumque senatus P. Dolabellam bello persequendum censuerit, ut is, qui omnia Deorum hominumque jura novo, inaudito, inexpiabili sce-

[d] *Voluntates.* [e] *Contaminatum.* [f] *Ducta.*

CAP. XII. 1 *v Num igitur.* Deinde, Ms. Ursini *expectabit ... noscet.*—2 *v provectus.*—3 Ms. Car. Steph. et ed. Junt. *esse velitis: v essent. Velitis.*—4 *ψ adduxit.* Mox, *v ψ* et Huyd. omittunt *tanto*, prob. Ern. Pro *oblitum* quidam ap. Orell. conjecit *obstrictum.* Postea, *v suam sententiam judicavit.*—5 *v ψ sua lege nat.* Tum, *Sed ut ex vestra quoque auct.* Mss. pauci et edd.

NOTÆ

[c] *Macedoniam alienam*] Macedonia decreta fuerat M. Antonio, in quam profectus est.

[d] *Parricidio*] Mortem illatam a Dolabella Trebonio parricidium vocat; quia nempe populi Romani magistratum, seu proconsulem interfecerat.

[e] *Suam*] Hæc a Deo Cassio lex imperata fuit, et a natura, ut in Syriam Dolabellæ provinciam intraret, ut eam liberaret, quia a tyranno illo Dolabella opprimebatur.

Digitized by Google

lere[7] polluerit, nefarioque patriæ se parricidio obstrinxerit, pœnas Diis hominibusque meritas debitasque persolvat; 30. senatui placere, C. Cassium, proconsulem, provinciam Syriam obtinere,[f] uti qui[8] eam optimo jure provinciam obtinuerit; eumque[9] a Q. Marcio[g] Crispo, proconsule, L. Statio Murco, proconsule, A. Allieno legato, exercitus accipere, eosque[10] ei tradere: cumque his copiis, et si quas præterea paraverit, bello P. Dolabellam terra marique persequi: ejus belli gerendi causa, quibus ei videatur, naves, nautas, pecuniam,[1] cetera, quæ ad id bellum gerendum pertineant, ut imperandi in Syria, Asia,[h] Bithynia, Ponto,[i] jus potestatemque habeat: utque, quamcumque in provinciam ejus belli gerendi causa advenerit, ibi majus imperium C. Cassii, proconsulis, sit, quam ejus erit, qui eam provinciam tum[2] obtinebit, cum C. Cassius, proconsul, in eam provinciam venerit: 31. regem Deiotarum[k] patrem, et regem Deiotarum filium, si, ut multis bellis sæpenumero imperium populi Romani juverint, item C. Cassium pro-

ante Manut. cum Grut. In *v* deest *ea*.—6 *v fuerint*.—7 Grævii Ms. *inexplicabili scelere*. In ψ *inexpiabili genere polluerat, nefarioque patrias se patricidio obstrinxerat*.—8 *Ut qui* Naug. *utique qui* ψ et Colon. *utqui que* Ms. Grævii, Barb. 1. 2. Rom. Ven. 1483. *ut quique* alii.—9 Junt. et Muret. *eum*. In *v* deest prænomen Q. Ms. Langii habet *eum atque M. Crispo procō L. statum murco procōs ab alieno legato*. Pro *Statio Murco* ψ et al. exhibent *Scauro*; Grævii Ms. et al. *Statu Murco*; al. *Statū Murco*. Pro verbis *A. Allieno* Ms. Grævii habet *at pro alieno*; al. *A. Prolectio*; al. *A. Plotio*.—10 Schutzius e conjectura Ernesti *hosque*.—1 Edd. vett. *pecunias*. Tum, *ceteraque quæ* Mss. plerique et edd. vett. cum Orell. *ceteraque omnia quæ* Car. Steph. Lamb. et Oliv. In edd. vett. omittitur pronomen *id*.—2 ψ et edd. vett. *tum* omit-

NOTÆ

[f] *Obtinere*] Supple, 'censeo.'

[g] *Q. Marcio*] Q. ille Marcius et L. Statius Murcus proconsules fuerant ante Dolabellam in Syria.

[h] *Asia*] Ea intelligitur a Cicerone Asia, quam ab oriente Lycia includit et Phrygia, ab occidente Ægæa littora, a meridie Mare Ægyptiacum et Paphlagonia, a septemtrione Bithynia, quæ olim Bebrycia et Mygdonia dicta est, deinde a Bithyno rege sic vocata est.

[i] *Ponto*] Pontus ea ora est, quam ab oriente fluvius Parthenius et Galatia terminant, a meridie Bithynia, ab occasu Bosphorus Thracius, a septemtrione Pontus Euxinus.

[k] *Regem Deiotarum*] Gallogræciæ rex fuit Deiotarus; pro quo extat ejus oratio apud Cæsarem.

Digitized by Google

consulem copiis suis, opibusque juvissent, senatui populoque Romano gratum esse facturos:[3] itemque si ceteri reges, tetrarchæ,[1] dynastæque[m] fecissent, senatum populumque Romanum eorum officii non immemorem futurum: utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter ambove, si eis videbitur,[4] republica recuperata, de provinciis consularibus, prætoriis,[5] ad hunc ordinem primo quoque tempore referant: interea provinciæ ab iis, a quibus obtinentur, obtineantur quoad cuique ex senatusconsulto successum sit.'

XIII. 32. Hoc senatusconsulto ardentem[g] inflammabitis, et armatum armabitis Cassium. Nec enim animum ejus potestis ignorare, nec copias. Animus is est,[6] quem videtis; copiæ, quas audistis, fortis et constantis viri, qui, ne vivo quidem Trebonio, Dolabellæ latrocinium in Syriam[7] penetrare sivisset.[h] Allienus, familiaris et necessarius meus, post interitum Trebonii profectus, ne dici quidem se legatum Dolabellæ volet. Est Q. Cæcilii Bassi,[8] privati illius quidem, sed fortis et præclari viri, robustus et victor exercitus. 33. Deiotari regis, et patris et filii, et magnus et nostro more instructus[9] exercitus: summa in filio spes, summa ingenii indoles, summaque virtus.[10] Quid de patre dicam? cujus benevolentia in populum Romanum

[g] *Currentem.* [h] *Permisisset.*

tunt.—3 *v gratum esse futurum.* Deinde nonnulli *idemque:* alii *item.*—4 *Videbitur* ex Huyd. recepit Ern. quem Schutz. et Wernsd. secuti sunt. Ceteri *videretur.*—5 Muret. *cons. et præt.* Mox, *v ψ tempore ferant.* Postea, *ab iis quibus obt.* edd. vett. *ab his quibus obt.* Faërn. In *v ab iis a quibus obt., quo obtineantur ad cuique, &c.*

CAP. XIII. 6 Pro *is est v ψ* et edd. ante Naug. *ipse.* Tum, Lamb. e conjectura Ferrarii dedit *quem vidistis*, prob. Faërno. Porro, *copiæ quas vidistis* Mss. plerique et edd. ante Ald. *copiæ quas videtis v ψ.* Denique, *fortes et constantes viri v*, Ms. Grævii, Barb. 1. 2. et edd. vett.—7 Verba *in Syriam ψ* omittit. Pro *sivisset v* habet *passi fuissent;* Colon. Barb. 1. 2. Ms. Grævii et edd. vett. *sivissent.*—8 *ψ* et al. *Estque Cæcilii Bassi.*—9 *ψ institutus.*—

NOTÆ

[1] *Tetrarchæ*] Ii dicuntur tetrarchæ, qui quartam regni partem obtinent.

[m] *Dynastæ*] Ii dynastæ in Asia dicebantur, qui opibus et auctoritate plurimum poterant.

Digitized by Google

est ipsius æqualis ætati;[1] qui non solum socius imperatorum nostrorum fuit in bellis, verum etiam[2] dux copiarum suarum. Quæ de illo viro Sulla,[n] quæ Murena,[o] quæ Servilius, quæ Lucullus, quam ornate,[3] quam honorifice, quam graviter sæpe in senatu prædicaverunt! 34. Quid de Cn. Pompeio loquar? qui unum Deiotarum in toto orbe[4] terrarum ex animo amicum, vereque benevolum, unum fidelem populo Romano judicavit. Fuimus imperatores,[p] ego et M. Bibulus, in propinquis finitimisque provinciis. Ab eodem rege adjuti sumus et equitatu et pedestribus copiis. Secutum est hoc acerbissimum et calamitosissimum civile bellum;[q] in quo, quid faciendum Deiotaro,[r] quid omnino rectius fuerit, dicere non est necesse; præsertim, cum contra, ac Deiotarus sensit, victoria belli judicarit.[s] [*p.* 238.] Quo in bello si fuit error, communis ei fuit cum senatu: sin recta sententia, ne victa[5] quidem causa vituperanda est. Ad has copias accedent alii reges, etiam delectus accedent. 35. Neque vero classes deerunt: tanti[6] Tyrii[t] Cassium facient, tanti ejus in Syria nomen atque Phœnice[u] est. XIV. Paratum habet imperatorem, C. Cas-

10 Alii *summa virtus*.—1 *v benevolentiam pop. Rom. est expertus ipsius æq. æt.* In ψ quoque *pop. Rom.* sine præpositione.—2 Mss. nonnulli et edd. vett. *sed etiam*.—3 Edd. vett. *honorate*.—4 *v* omittit *orbe*. Mox, ψ *populi Romani*. Paulo post, pro *imperatores* Barb. 1. habet *nup.* edd. vett. *nuper*. In *v* legitur *Fuimus imperatores, patres conscripti, ego et M. Bibulus*.—5 *v* ψ *cum sen.: in recta sent., nec victa, &c.*—6 *Tantum* e conjectura Ferrarii dederunt Car. Steph. Faërn. Lamb. et Orell. Mox, *Phœnicia* Mss. nonnulli et edd. vett.

NOTÆ

[n] *Sulla*] Sulla dictator.

[o] *Murena*] Murena, pro quo dixit.

[p] *Fuimus imperatores*] In Cilicia nomen imperatoris obtinuit Cicero; M. Bibulus in Syria.

[q] *Acerbissimum bellum*] Bellum civile, videlicet Pompeium inter et Cæsarem.

[r] *Quid faciendum Deiotaro*] Deiotarus in illo bello Pompeii partes secutus fuerat, quem reipublicæ partes tenere non dubitavit.

[s] *Victoria belli judicarit*] Victoria stetit a Cæsare, cujus partes æquas Deiotarus non judicaverat.

[t] *Tyrii*] Tyrii populi sunt in Tyro, Phœniciæ insula. Tyrus eorum urbs olim fuit, celeberrima mercibus, in saxo undique prærupto, cum portu capaci.

[u] *Phœnice*] Phœnice, seu Phœnicia, regio Syriæ maritima fuit, inter reli-

Digitized by Google

sium,[x] patres conscripti, respublica contra Dolabellam, nec paratum solum, sed peritum atque fortem. Magnas ille res gessit ante Bibuli, summi viri, adventum, cum Pacori nobilissimos duces[7] maximasque copias fudit, Syriamque immani Parthorum impetu liberavit. Maximam ejus et singularem laudem prætermitto. Cujus enim prædicatio nondum omnibus grata est, hanc memoriæ potius, quam vocis testimonio conservemus. 36. Animadverti, patres conscripti, dici jam a quibusdam,[8] exornari etiam nimium a me Brutum, nimium Cassium ornari: Cassio[9] vero sententia mea dominatum et principatum dari. Quos ego orno? nempe eos, qui ipsi sunt ornamenta reipublicæ. Quid? D. Brutum nonne omnibus sententiis semper ornavi? num igitur reprehenditis?[10] An Antonios potius ornarem, non modo suarum familiarum, sed Romani nominis,[1] probra atque dedecora? an Censorinum ornem, in bello hostem, in pace sectorem?[y] an cetera ex eodem latrocinio[z] naufragia colligam? Ego vero istos, otii,[2] concordiæ, legum, judiciorum, libertatis inimicos, tantum abest ut ornem, ut effici non possit, quin eos tam oderim, quam rempublicam diligo. 37. Vide, inquit, ne veteranos offendas: hoc enim vel maxime exaudio. Ego vero veteranos[3] tueri debeo; sed hos, quibus sanitas est: certe

Cap. xiv. 7 Mss. et edd. ante Grut. cum Orell. *Parthorum nobilissimos duces:* Ms. Ursini *Pacori nobilissimi ducis,* ut Ferrarius volebat. 'Si quid mutandum, vel h. l. leg. *Parthorum regis nobilissimos duces*, vel mox, quæ Garaton. dubia erat sententia, vocabulo *Parthorum, eorum*, vel *hostium* substituendum.' *Orell.* Deinde, *maximas copias v*: *magnas copias* Mss. nonnulli et edd. ante Manut.—8 Verba *dici jam a quibusdam* absunt ab *v* ψ, Barb. 1. 2. Mss. Ferrarii et edd. ante Naug.—9 Garaton. conjecit *Cæsari*, prob. Orell. —10 Ern. legi maluit *reprehendistis.*—1 Edd. vett. *sed populi Romani nominis.* Mox, ψ *an Cenosorium ornem.*—2 *v Ego vero ista socii.*—3 *v* ψ et edd. vett.

NOTÆ

quam Syriam, quæ ab Eleuthero fluvio Pelusium usque se extendebat.

[x] *Cassium*] Cum præfuit Syriæ Cassius ab Antiochia hostem removit.

[y] *In pace sectorem*] Sector dicitur ille, qui bona sub hasta vendita in auctionibus emit.

[z] *Latrocinio*] Intelligit latronum cœtum sive Antonianos, qui in causa sunt, cur multi periclitentur, et fortunis evertantur.

Digitized by Google

timére non debeo. Eos veteranos,[4] qui pro republica arma ceperunt, secutique sunt C. Cæsarem, auctoritate[5] beneficiorum paternorum, hodieque rempublicam defendunt cum magno periculo, non tueri solum, sed etiam commodis augere[6] debeo. Qui autem quiescunt, ut sexta et octava legio,[7] in magna gloria et laude ponendos puto. Comites vero Antonii, qui, postquam beneficia Cæsaris comederunt, consulem designatum obsident,[8] huic urbi ferro ignique minitantur, Saxæ se et Caphoni tradiderunt, ad facinus prædamque natis, num quis est, qui tuendos putet? Ergo aut boni sunt, quos etiam ornare, aut quieti, quos conservare debemus; aut impii, quorum[9] contra furorem, et bellum et justa arma suscepimus. XV. 38. Quorum igitur veteranorum animos ne offendamus, veremur? Eorumne, qui D.[10] Brutum obsidione cupiunt liberare? quibus cum Bruti salus cara sit, qui possunt Cassii nomen odisse? an eorum, qui utrisque armis vacant? Non vereor, ne acerbus civis quisquam istorum sit, qui otio delectantur: tertio vero generi[a] non militum veteranorum, sed importunissimorum hostium, cupio quam acerbissimum dolorem inurere. Quanquam, patres conscripti, quousque dicemus sententias[1] veteranorum arbitratu? quod eorum tantum fastidium[i] est, quæ tanta arrogantia, ut ad arbitrium illorum[2]

[i] *Superbia.*

Ego autem veteranos. Tum, pro *hos* Muretus conjecit *eos quidem.*—4 *Eos vero vet.* v ψ, Ven. 1483. Junt. Muret. Faërn. Lamb. et Orell.—5 Ven. 1483. et Orell. *auctoritatem.* Lamb. *C. Cæsaris auctoritatem, beneficiorum paternorum memores, hodieque remp.* Pro *hodieque* in v *ocii qui.*—6 Al. *augere comm.*—7 *Ut septima et octava legio* Mss. pauci et edd. vett. *ut VII et XVIIII legio* v: *ut VIII et VIIII legio* Barb. 2. Cf. Philipp. XIV. 10. Tum, v *in magnam gloriam et laudes.*—8 Mss. pauci et edd. vett. *obsederunt.* Deinde, v, Muret. Faërn. Lamb. *ferrum ignemque min.* ut Ferrarius volebat.—9 ψ, Barb. 1. 2. Rom. Ven. 1483. *aut impii quoque, quorum.* Mss. nonnulli cum Lamb. et Grut. omittunt copulam ante *bellum.* In Mss. quibusdam et edd. Rom. Ven. 1483. Junt. legitur *contra furorem quorum bellum et justa arma.* Pro *suscepimus* Colon. habet *accepimus;* Guelf. Huyd. Barb. 1. 2. Ald. Hervag. Manut. Car. Steph. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. *cepimus.*

CAP. XV. 10 Nonnulli prænomen omittunt.—1 Al. *sententias dicemus.*—2 Pro *illorum* Mss. pauci et edd. vett. habent *eorum;* Ern. legi maluit *ipso-*

NOTÆ

[a] *Tertio vero generi*] Loquitur de illis qui Antonium sequuntur.

Digitized by Google

imperatores etiam deligamus? 39. Ego autem[3] (dicendum est enim, patres conscripti, quod sentio) non tam veteranos intuendos nobis arbitror, quam quid tirones[k] milites, flos Italiæ, quid novæ legiones, ad liberandam[4] patriam paratissimæ, quid cuncta Italia de vestra gravitate sentiat. Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati: diu legiones Cæsaris viguerunt: nunc vigent Pansæ, vigent Hirtii, vigent Cæsaris filii, vigent Planci: vincunt numero, vincunt ætatibus: nimirum etiam auctoritate vincunt. Id enim bellum gerunt, quod ab omnibus gentibus comprobatur.[5] Itaque his[b] præmia promissa sunt; illis[c] persoluta. [*p.* 239.] Fruantur his illi; persolvantur[6] his, quæ spopondimus. Id enim Deos immortales spero[l] æquissimum judicare.

40. Quæ cum ita sint, eam, quam dixi, sententiam, vobis, patres conscripti, censeo comprobandam.

[k] *Novitii.* [l] *Credo.*

rum. Tum, *imperatorem* ψ, Junt. Muret. Grut.—3 In *v* omittitur *Ego autem.* Mox, *non jam v* ψ, atque *veteranos metuendos* ψ et Ms. Car. Steph.—4 Mss. Ferrarii et edd. ante Muret. cum Faërn. et Orell. *liberandum.*—5 *v* ψ et edd. vett. *probatur.* Mox, alii *promissa sunt præmia.*—6 *Fruantur illis, vel persolv.* edd. vett. *Fruantur illis, persolv.* ψ et Ms. Car. Steph. *Fruantur illi suis; persolv.* Gryph. Mox, *v id enim eos Deos imm.*

NOTÆ

[b] *His*] Promissa sunt militibus præmia, qui Pansam, Hirtium, Octavium Cæsarem, et Plancum sequuntur.

[c] *Illis*] Persoluta sunt autem præmia veteranis legionibus Caii Cæsaris, quibus frui jam possunt.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA DUODECIMA.

ORATIO LIV.

ARGUMENTUM.

Cum retulisset Pansa consul de legatis iterum ad Antonium de pace mittendis, ab iis, qui primi rogati erant sententiam, legati decreti erant duo consulares, P. Servilius et Cicero. Ipse ergo Cicero rogatus sententiam, legationem non modo supervacaneam esse, cum ab Antonio pacem sperare non liceret, sed inutilem etiam, et turpem perniciosamque, multis argumentis docuit. Quodsi autem habenda pacis ratio sit, suam tamen personam ad istam legationem minime fuisse deligendam, propterea quod semper legatos mittendos negaverit, quod crudelissimus sibi uni hostis sit Antonius, nec sine vitæ maximo periculo legationem suscipere possit: id autem periculum eo magis fugiendum esse, ut vita sua, quoad vel dignitas vel natura patiatur, patriæ reservetur.

I. 1. Etsi minime decere videtur, patres conscripti, falli, decipi, errare eum, cui vos maximis sæpe de rebus assentiamini; consolor me tamen, quoniam vobiscum pariter, et una cum sapientissimo consule erravi: nam cum duo consulares [a] spem honestæ pacis nobis [1] attulissent, quod

NOTÆ

[a] *Duo consulares*] Piso et Fufius Calenus.

Digitized by Google

erant familiares M. Antonii, quod domestici; nosse aliquod ejus vulnus,[a] quod nobis ignotum esset, videbantur.[2] Apud alterum[b] uxor,[c] liberi; alter[d] quotidie literas mittere, accipere, aperte favere Antonio. 2. Hi subito hortari ad pacem (quod jamdiu non fecissent) non sine causa videbantur. Accessit consul hortator: at qui consul?[3] si prudentiam quærimus, qui minime falli posset; si virtutem, qui nullam pacem probaret, nisi Antonio cedente atque victo;[4] si magnitudinem animi, qui præferret mortem servituti. Vos autem, patres conscripti, non tam immemores[5] vestrorum gravissimorum decretorum videbamini, quam, spe allata deditionis,[6] (quam amici pacem appellarent) de imponendis, non de accipiendis legibus cogitare. Auxerat autem meam quidem spem, credo item vestram, quod domum Antonii afflictam mœstitia audiebam, lamentari uxorem.[7] Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei,[b] tristiores videbam. 3. Quod si non ita est, cur a Pisone et a Caleno potissimum, cur hoc tempore, cur tam improviso, cur tam repente, pacis est facta mentio? [*p.*240.] Negat Piso scire se,[8] negat audisse quicquam: negat Ca-

[a] *Jacturam.* [b] *A quorum vultu nunquam removeo oculos.*

Cap. i. 1 In *v* deest *nobis.*—2 ψ *nosse aliquos ejus . . . videbatur.*—3 Mss. nonnulli et edd. vett. *at quis consul.*—4 *v nisi cedente hoste atque victo.*—5 ψ, Barb. 1. 2. et quatuor Mss. ap. Græv. *non jam imm.*—6 ψ *cum spes allata est deditionis:* Ursinus volebat *quam spe oblata deditionis.* Gruter. e conj. Ferrarii *deditionem* recepit. Mox, *v appellare:* ψ *appellarem:* Muretus e conj. Scalæ dedit *appellare mallent.* Post *appellarent* edd. pr. addunt C. *Halieni,* Vat. *Caleni,* al. *C. Alieni,* al. *alieni.* Vult Ern. addi *C. Antonii,* aut *C. Halieni.* Pro verbis *deditionis quam amici* Pal. 1. 4. habent *deditio in amici;* Pal. 3. *deditioni amici.* In Colon. legitur, *quam sepe allata est deditio in amici pacem appellarem C. alieni de imp.* sed verba *sepe allata est deditio in* ascripta erant manu recentiore, fuerat enim ibi lacuna in contextu. Franc. *quam sepe allata est deditio, quam amici pacem appellare, alieni de imp.* Grævii Ms. *quam spem allata deditione: quam animi pacem appellarem alieni de imp.* Amster. *quam sepe ablata est dedicio in amici pacem appellant Caleni de imp.*—7 Post *uxorem* Ern. suspicatur aliquid excidisse; nempe, 'de liberis.' Cf. § 5. Pro *Hic* Mss. pauci et edd. vett. habent *Hinc.* Mox, in *v* deest *quorum.*—8 *Ne-*

NOTÆ

[b] *Apud alterum*] Nempe Pisonem, qui Antonii socer erat.

[c] *Uxor*] Fulvia uxor fuit Antonii.

[d] *Alter*] Quintus Fufius Calenus.

Digitized by Google

lenus, rem ullam novam allatam esse. Atque id nunc negant, posteaquam nos pacificatoria legatione implicatos[c] putant. Quid ergo opus est novo consilio, si in re nihil omnino novi est? II. Decepti, decepti,[9] inquam, sumus, patres conscripti: Antonii est acta causa ab amicis ejus, non publica; quod videbam equidem, sed quasi per caliginem præstrinxerat[d][10] aciem animi D. Bruti salus. Quodsi in bello dari vicarii[e] solerent; libenter me, ut D. Brutus emitteretur, pro illo includi paterer. 4. Atqui[1] hac voce Q. Fufii capti[e] sumus: 'Ne si a Mutina quidem[f] recesserit, audiemus Antonium? ne si in senatus quidem potestatem futurum se dixerit?' Durum videbatur:[2][g] itaque fracti[f] sumus: cessimus. Recedit igitur a Mutina? 'Nescio.' Paret senatui? 'Credo,' inquit Calenus; 'sed ita, ut teneat dignitatem.' Valde hercule vobis[3][h] laborandum est, patres conscripti, ut vestram dignitatem amittatis, quæ maxima est; Antonii, quæ neque est ulla, neque esse potest, retineatis; ut eam per vos recuperet, quam per se perdidit. Si jacens[g] vobiscum aliquid ageret,[4] audirem for-

[c] *Impeditos legatione pacis.* [d] *Obcæcaverat.* [e] *Decepti.* [f] *Victi.* [g] *Supplex.*

gat se scire Piso Jen. Græv. Schutz. et Wernsd. *Negat Piso se scire* alii. Pro *audisse* in *v* et *ψ* legitur *audire.*

CAP. II. 9 In *v* semel tantum legitur *Decepti.*—10 *Perstrinxerat* Mss. nonnulli et edd. vett. *præstinxerat* Lamb. 1566. *restinxerat* Grut. et al. In *v* deest prænomen ante *Bruti.*—1 Mss. pauci cum Muret. Faërn. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *Atque.* Mox, *v nisi a Mut.* Tum, *audiamus* Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Wernsd. Paulo post, *nisi in sen. v ψ*, Barb. 1. 2. et edd. vett. pleræque. *Quidem* omittunt Barb. 2. Franc. Amsterod. et edd. a Ven. usque ad Manut. Denique, *ψ*, Franc. Amsterod. Barb. 1. et edd. vett. *potestate.*—2 *v videbitur.*—3 Al. *vobis hercule.*—4 *ψ*, Ven. 1483. Junt. Muret.

NOTÆ

[e] *Vicarii*] Vicarius dicitur, qui vicem gerit alterius loco.

[f] *Ne si a Mutina quidem*] Verba sunt Caleni, cujus hæc sententia fuerat; non esse audiendum Antonium, nisi se in senatus potestate futurum polliceretur, etiamsi a Mutina recederet.

[g] *Durum videbatur*] Durum videbatur eum non audire.

[h] *Valde vobis*] Ironia, perinde ac si diceret, minime committendum est, ut vos, legatos mittendo, et cedendo Antonio, perdatis auctoritatem vestram.

Digitized by Google

tasse: quanquam (sed hoc malo dicere) audirem. Stanti[h][5] resistendum est, aut concedenda una cum dignitate libertas. 5. At non est integrum.[6][i] Constituta legatio est. Quid autem[k] integrum non est sapienti, quod restitui potest? Cujusvis hominis est[7] errare; nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. Posteriores enim cogitationes (ut aiunt) sapientiores solent esse. Discussa est illa caligo,[i] quam paulo ante dixi: diluxit, patet, videmus omnia, neque per nos solum, sed admonemur a nostris. Attendistis[k] paulo ante, præstantissimi viri[l] quæ esset oratio. 'Mœstam,' inquit, 'domum offendi, conjugem, liberos. Admirabantur boni viri, accusabant amici, quod spe pacis[8] legationem suscepissem.' Nec mirum, P. Servili: tuis enim verissimis gravissimisque sententiis omni est non dico dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius. 6. Ad eum ire te[9] legatum, quis non miraretur? De me experior: cujus idem consilium, quod tuum, sentio, quam reprehendatur. Nos reprehendimur soli? Quid? vir fortissimus Pansa sine causa tamen accurate paulo ante[10] locutus est tamdiu? Quid egit, nisi uti falsam proditionis[1] a se suspicionem[m] depelleret? Unde autem est ista suspicio? ex pacis patrocinio repentino, quod subito suscepit, eodem captus errore, quo nos.

[h] *Armato.* [i] *Aperta res est.* [k] *Observavistis.*

Faërn. Lamb. *jacens id nobiscum ageret.*—5 *Instanti* edd. vett. paucæ: *Statim* Barb. 2. Rom. Junt.—6 *v Aut non est int.* Muret. *At non int.*—7 Al. *est hom.*—8 *v quod sepe paucis.* In eodem deest prænomen ante *Servili.* Deinde, pro *verissimis* Gulielm. legi maluit *severissimis.*—9 Al. *te ire.* Mox, Jen. *miretur*, ut volebat Ern.—10 *Paulo ante tamen acc.* edd. vett. *paulo ante tam acc.* Muret. et Lamb. *tam acc. paulo ante* Naug. Faërn. Grut. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell.—1 *Proditionis* omittunt Ald. Naug. Cam. Gryph. Faërn. et Lamb.

NOTÆ

[i] *At non est integrum*] Verba sunt Caleni occupantis responsionem.

[k] *Quid autem*] Responsio Ciceronis.

[l] *Præstantissimi viri*] Servilii orationem refert.

[m] *Suspicionem*] Removet a se suspicionem proditionis, ne senatum et rempublicam prodidisse videretur.

Digitized by Google

7. Quodsi est erratum, patres conscripti, spe falsa atque fallaci; redeamus in viam. Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilii. III. Quid enim (per Deos immortales!) potest reipublicæ prodesse nostra legatio? Prodesse, dico? quid, si etiam obfutura est? Obfutura?[2] quid, si jam nocuit? An vos acerrimam illam et fortissimam populi Romani libertatis recuperandæ cupiditatem, non imminutam[3] ac debilitatam putatis legatione pacis audita? Quid municipia[n] censetis? quid colonias? quid cunctam Italiam? futuram eodem studio,[l] quo contra commune incendium exarserat? an non putamus fore, ut eos pœniteat professos[4] esse, et præ se tulisse odium in Antonium, qui pecunias polliciti sunt, qui arma, qui se totos et animis et corporibus in salutem reipublicæ contulerunt? Quemadmodum vestrum hoc consilium[5] Capua[o] probabit, quæ temporibus his Roma altera est? Illa impios cives judicavit, ejecit, exclusit. Illi, illi,[6] inquam, urbi fortissime conanti,[p] e manibus est ereptus Antonius. 8. Quid? legionum nostrarum nervos[m] nonne his consiliis incidimus?[n] Quis est enim, qui ad bellum inflammato animo sit futurus,[7] spe pacis oblata? Ipsa illa Martia, cœlestis et divina[q] legio, hoc nuntio languescet et mollietur, atque illud pulcherrimum Martium[8] nomen amittet: excident gladii: fluent arma de manibus. [*p.* 241.] Senatum enim secuta, non arbitrabitur

[l] *Eadem voluntate.* [m] *Robur.* [n] *Fregimus.*

CAP. III. 2 *Obfutura* non est in *v.* Mox, Barb. 1. 2. et edd. pleræque ante Muret. *quid si etiam nocuit:* Mss. Ferraril cum Mureto *quid si etiam nocuit atque obfuit:* unde Ferrarius conjecit *quid si jam obfuit;* quod Manut. Faërn. et Lamb. receperunt.—3 ψ *immutatam.* Tum, *v delibatam.*—4 *v penitebat profectos.*—5 ψ *nostrum hoc cons.* edd. vett. *vestrum cons. hoc.*—6 *Illi* semel tantum legitur in *v.*—7 Al. *fut. sit.*—8 *Martium* suspectum erat Manu-

NOTÆ

[n] *Municipia*] De municipiis et coloniis, vide Philippicam IV. § 7. not.

[o] *Capua*] Urbs florentissima et ditissima Campaniæ ad fluvium Vulturnum.

[p] *Conanti*] Capuani conati sunt Antonium comprehendere.

[q] *Cœlestis et divina*] Cœlestem illam et divinam legionem vocat, quia Dei Martis nomine appellata est.

Digitized by Google

se graviori odio in Antonium esse debere, quam senatum.[9] Pudet hujus legionis, pudet quartæ, quæ pari virtute nostram auctoritatem probans,[10] non ut consulem et imperatorem suum, sed ut hostem et oppugnatorem patriæ, reliquit Antonium: pudet optimi exercitus, qui conjunctus est ex duobus;[r] qui jam lustratus,[s] qui profectus ad Mutinam est: qui si pacis, id est, timoris nostri, nomen audiverit, ut non[1] referat pedem, insistet[*] certe. Quid enim, revocante et receptui canente[t] senatu, properet dimicare? IV. 9. Quid autem hoc[2] injustius, quam nos, inscientibus iis, qui bellum gerunt, de pace decernere? nec solum inscientibus, sed etiam invitis? An vos A. Hirtium, præclarissimum consulem, C. Cæsarem,[3] Deorum beneficio natum ad hæc tempora, quorum epistolas, spem victoriæ declarantes, in manu teneo, pacem velle censetis? Vincere illi expetunt: pacisque dulcissimum et pulcherrimum nomen non pactione, sed victoria concupierunt. Quid?[4] Galliam quo tandem animo hanc rem audituram putatis? Illa enim hujus belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet. Gallia D. Bruti nutum ipsum, ne dicam imperium, secuta, armis, viris, pecunia, belli principia firmavit: eadem crudelitati M. Antonii suum totum corpus objecit: exhauritur, vastatur, uritur: omnes æquo animo

* *Consistet.*

tio.—9 *Se graviori odio debere esse in Ant., quam sen.* Barb. 1. 2. Mss. Ferrarii, et edd. ante Manut. cum Faërn. et Orell. *sibi graviori odio debere esse Antonium, quam senatui* Lamb.—10 ψ *probatis*, et mox *sed hostem.*—1 *v* caret *non.* Pro *insistet v* habet *et sistet;* Gulielm. et Curio *sistet;* nonnulli ap. Lamb. *subsistet.* Pro *Quid* Barb. 1. 2. Mss. Ferrarii et Græviani, ac edd. ante Grut. cum Græv. Oliv. Wernsd. et Orell. exhibent *Quis.*

CAP. IV. 2 In *v* deest *hoc.*—3 ψ *cons., C. Cæsaris:* Muret. *cons., et C.*

NOTÆ

[r] *Conjunctus est ex duobus*] Conjuncti Hirtii et Octavii exercitus, unum effecerunt potentissimum.

[s] *Jam lustratus*] Recensebatur exercitus, tum lustrabatur in Campo Martio ove, sue, et tribus tauris mactatis, ex instituto Servii Tullii.

[t] *Receptui canente*] 'Receptui canere' verbum est militare; quando scilicet imperator jubet copias ex acie et certamine in castra revocari, atque in tuto collocari.

Digitized by Google

belli patitur injurias,[5] dummodo repellat periculum servitutis. 10. Et, ut omittam reliquas partes Galliæ, (nam sunt omnes pares) Patavini[u] alios excluserunt, alios ejecerunt, missos ab Antonio: pecunia, militibus, et, quod maxime deerat,[6] armis, nostros duces adjuverunt. Fecerunt idem reliqui, qui quondam in eadem causa erant, et propter multorum annorum injurias alienati a senatu putabantur. Quos minime mirum est, communicata cum his republica,[x] fideles esse, qui[7] etiam expertes ejus, fidem suam semper præstiterunt. v. His igitur omnibus[8] victoriam sperantibus pacis nomen afferemus, id est, desperationem victoriæ.

11. Quid, si ne potest[9] quidem ulla esse pax? quæ enim est conditio pacis, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest? Multis rebus a nobis ad pacem invitatus, Antonius bellum tamen maluit.[10] Missi legati, repugnante me; sed tamen missi. Delata mandata: non paruit. Denuntiatum est, ne Brutum obsideret, a Mutina discederet:[1] oppugnavit etiam vehementius. Et ad eum legatos de pace mittemus, qui pacis nuntios repudiavit? Verecundioremne coram[2] putamus in postulando fore, quam fuerit tum, cum misit mandata ad senatum? Atqui tum ea petebat,[3] quæ videbantur improba omnino, sed tamen aliquo modo posse concedi: nondum erat vestris tam gravissimis,[4] tamque multis judiciis ignominiisque concisus:[p] nunc ea petit,

[p] *Laceratus.*

Cæsarem.—4 ψ *Qui.*—5 *v* ψ et nonnullæ edd. vett. *uritur omnis, æquo ... injuriam.*—6 ψ et Barb. 1. 2. *quod maximum est.*—7 ψ *cum publica fideles, qui:* ψ *cum his reipublicæ fideles esse, qui.*

Cap. v. 8 Pro *omnibus* in *v* legitur *hominibus:* et pro *sperantibus* Muretus habet *spectantibus.*—9 ψ *si non pot.*—10 *Multis rebus a nobis est inv. ad pacem Antonius: bellum tamen maluit* edd. ante Faërn. cum Lamb. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell.—1 In *v* omittuntur verba *a Mutina discederet.* —2 Pro *coram* idem Ms. habet *eum.*—3 *Cum ea petebat* edd. vett. *tum ea postulabat* Ms. Langii et Mss. Ferrarii cum Manut. Faërn. Lamb.—4 Lamb.

NOTÆ

[u] *Patavini*] Patavium urbs est ditionis Venetæ antiquissima, quam ab Antenore conditam refert Virgil. Æn. i.

[x] *Communicata cum his republica*] Civitate Romana donati erant Patavini.

Digitized by Google

quæ dare nullo modo possumus, nisi prius volumus nos bello victos confiteri. 12. Senatusconsulta falsa[5 y] delata ab eo judicavimus: num ea vera possumus judicare? Leges statuimus[z] per vim et contra auspicia latas, iisque nec populum nec plebem teneri: num eas restitui posse censetis? [Sestertium[6]] septies[a] millies avertisse Antonium pecuniæ publicæ judicavistis: num fraude poterit carere peculatus?[b] Immunitates ab eo civitatibus,[7] sacerdotia, regna venierunt:[8] num figentur[q] rursus eæ tabulæ,[c] quas vos decretis vestris refixistis? VI. Quodsi ea, quæ decrevimus, obruere,[r 9] num etiam memoriam rerum delere possumus? Quando enim obliviscetur[10] ulla posteritas, cujus scelere in hac vestitus[1] fœditate[d] fuerimus? [*p.* 242.] Ut centurionum legionis Martiæ Brundisii profusus sanguis eluatur; num elui prædicatio[2] crudelitatis poterit? Ut media prætereaam, quæ vetustas tollet operum circa Mutinam tetra monumenta,[e] sceleris indicia, latrociniique ves-

[q] *Sancientur.* [r] *Delere.*

e conj. Mureti *gravibus.* Mox, Ms. Langii cum Lamb. *conscissus.*—5 Edd. vett. *falso.* Tum, *relata* Naug. Cam. et Muret.—6 Schutz. et Wernsd. in ed. min. deleverunt *Sestertium* e suspicione Gruteri et Ernesti.—7 Mss. plerique et edd. vett. paucæ cum Grut. Wernsd. et Orell. *civitates.*—8 Pro *venierunt* υ *venerunt;* Ms. Car. Steph. *vendita sunt.*

CAP. VI. 9 Post *obruere* υ ψ, Junt. Muret. Grut. Græv. et Schutz. addunt *volumus.*—10 Al. *quando ejus obliv.*—1 Mss. Suffridi *vestiti.*—2 *Num ejus præd.* ψ, Barb. 1. 2. Barbador. et al. Deinde, *potest* υ, Vat. et Mss. Ferrarii cum Muret. Faërn. Græv. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Porro, Hittorp. Colon. et Ms. Grævii *Ut mediam præt.* unde Gulielm. putat legend. *inediam.* Paulo post, *circum Mutinam* Muret. Græv. Wernsd. in ed. maj.

NOTÆ

[y] *Senatusconsulta falsa*] Loquitur de senatusconsultis, quæ quasi ex actis Cæsaris, falsa ad senatum retulerat Antonius. De his Phil. v. dictum est.

[z] *Leges statuimus*] De his sæpius dictum in superioribus Philipp. sicut et de sequentibus.

[a] *Sestertium septies*] Vide Phil. superiorem.

[b] *Peculatus*] Peculatus est publicæ pecuniæ furtum.

[c] *Eæ tabulæ*] Tabulas privilegiorum et immunitatum intelligit; de quibus in superioribus orationibus.

[d] *Vestitus fœditate*] De sagis, militaribus vestibus, loquitur, quæ non tam concinna erant et elegantia quam togæ.

[e] *Tetra monumenta*] Per illa monumenta intelligit machinas bellicas, quibus ad oppugnationem Mutinæ

tigia? 13. Huic igitur importuno atque impuro parricidæ, quid habemus, per Deos immortales! quod remittamus? An Galliam ultimam, et exercitum? Quid est aliud, non pacem facere,[3] sed differre bellum? nec solum propagare bellum, sed concedere etiam victoriam? An ille non vicerit, quacumque conditione in hanc urbem cum suis armis venerit? Nunc[4] omnia tenemus: auctoritate valemus plurimum: absunt tot perditi cives, nefarium secuti ducem: tamen eorum ora, sermones,[5] qui in urbe ex eo numero relicti sunt, ferre non possumus. Quid censetis, cum tot uno tempore irruperint? nos arma posuerimus, illi non? Nonne[6] nos nostris consiliis victos in perpetuum fore? 14. Ponite ante oculos M. Antonium consularem: sperantem[7] consulatum Lucium adjungite:[f] supplete ceteros, neque nostri ordinis[g] solum, honores et imperia meditantes: nolite ne Tirones[8][h] quidem, Numisios, et Mustellas Saxasve contemnere. Cum his[9] facta pax, non erit pax, sed pactio servitutis. L. Pisonis, amplissimi viri, præclara vox, a te[10] non solum in hoc ordine, Pansa, sed etiam in

et Orell.—3 Mss. plerique et edd. vett. cum Grut. *quid est aliud, quam non pacem facere.* Mox, *prorogare bellum* ψ, Colon. Barb. 1. 2. et unus Paris. ac edd. vett. pleræque, cum Grut. et Oliv.—4 Vat. Faërn. Lamb. Grut. Oliv. Schutz. Wernsd. et Orell. *cum suis venerit? Armis nunc, &c.*—5 *Sermonesque* Vat. Faërn. Lamb. Schutz. Wernsd. in ed. min. et Orell. Tum, Lamb. *qui ex eo numero in urbe relicti sunt.*—6 *Illi non posuerint? Nonne* v, Junt. Faërn. Lamb. Græv. Schutz. Wernsd. *illi non deposuerint? Nonne* ψ, Vat. Naugt Muret. Wernsd. et Orell. Deinde, *vos vestris cons.* ψ et edd. vett. In Vat. deest *nos.*—7 Beroaldus conj. *spirantem.*—8 'Male Schutz. Wernsd. in ed. min. *tirones;* est enim nom. propr. Vid. Phil. II. 4.' *Orell.* Pro *Numisios* in ψ legitur *non Musios.* Tum, alii *Mustelas.* Pro *Saxasve* v *Secosve;* Pal. 1. 2. Barb. 2. Vat. et Mss. Ferrarii, cum Faërn. Lamb. Manut. et Orell. *Seiosve;* Hittorp. Pal. 3. 4. Rom. Junt. *sociosve;* Ms. Pithœi *Pelissios;* Barb. 1. *Seiosque;* Ms. Car. Steph. *Seios;* ψ et al. *Sciosve.* In Ms. Grævii legitur *Musios seu mustelas seiosve.*—9 Muret. *cum iis.*—10 v *præclara vos ante.*—

NOTÆ

Antonius utitur.

[f] *Lucium adjungite*] Lucius Antonius frater Marci Antonii fuit, vir tam sceleratus quam ipse Antonius.

[g] *Nostri ordinis*] Designat senatores, qui Antonio favebant.

[h] *Tirones*] Eos commemorat jam leviores homines, qui cum Antonio erant, et ipsi tam scelerati, quam eorum dux Antonius.

Digitized by Google

concione jure laudata est. Excessurum se ex Italia, dixit, Deos penates et sedes patrias relicturum, si (quod Dii omen averterint![1]) rempublicam oppressisset Antonius. VII. 15. Quæro igitur a te, Piso,[2] nonne oppressam rempublicam putes, si tot, tam impii,[3] tam audaces, tam facinorosi recepti sint? quos nondum tantis parricidiis contaminatos vix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos, tolerabiles censes civitati fore? Aut isto tuo, mihi crede, consilio erit utendum, ut cedamus, abeamus, vitam inopem et vagam persequamur,[4] aut cervices latronibus dandæ, atque in patria cadendum. Ubi sunt, C. Pansa, illæ cohortationes pulcherrimæ tuæ, quibus a te excitatus senatus, inflammatus populus Romanus, non solum audivit, sed etiam didicit, nihil esse homini Romano fœdius servitute? 16. Idcircone saga[5] sumsimus, arma cepimus, juventutem omnem ex tota Italia excivimus,[6] ut, exercitu florentissimo et maximo, legati ad pacem mitterentur? si postulandam,[i] quid timemus?[7] si accipiendam, cur non rogamur? In hac ego legatione sim, aut ad id consilium admiscear, in quo, ne si dissensero quidem a ceteris, sciturus populus Romanus sit? Ita fiet, ut, si quid remis-

1 *Avertant* v, Huyd. Barb. 1. Mss. Grævii et al. *averterent* ψ: *evertant* Barb. 2.

CAP. VII. 2 Vat. Muret. Faërn. Wernsd. in ed. min. et Orell. *L. Piso.*—
—3 Post *impii* edd. pleræque ante Manut. addunt *cives.*—4 Mss. nonnulli et edd. vett. *vitam inopem vagamque prosequamur.* Mox, *cadendum est* Vat. et edd. ante Manut. cum Lamb.—5 v *Idcirco nec saga.*—6 Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Schutz. Wernsd. et Orell. *excussimus.* Tum, *ut de exercitu* Pall. et edd. vett. cum Lamb.—7 *Si accipiendam, cur non rogamur? si postulandam, quid timemus* Vat. Pal. 3. Rom. Ven. 1483. Junt. Faërn. Lamb. et Orell. In Hittorp. Pal. 1. 2. Barb. 1. 2. omittuntur verba *si accipiendam, cur non rogamur.* In Colon. Franc. et Ms. Grævii legitur *ad pacem mitterentur postulandum? Quid timemus? In hac, &c.* In Jen. *In hac ergo legatione sis, aut ad id consilium admiscearis? In quo ne? Si aut ad accipiendam pacem corro-*

NOTÆ

[i] *Si postulandam*] Subauditur hæc vox 'pacem.' Utitur autem dilemmate: Si postulanda est pax a nobis, nihil debemus timere; si accipienda est ab Antonio, cur non ab eo illam rogamur? At cum timeamus, nec rogemur ab Antonio, non est quod legatos ad eum mittamus.

Digitized by Google

sum aut concessum sit, meo semper[8] periculo peccet Antonius, cum ei peccandi potestas a me concessa videatur.

17. Quodsi habenda cum Antonii latrocinio[9] pacis ratio fuit, mea tamen persona ad istam pacem conciliandam minime fuit deligenda. Ego nunquam legatos mittendos censui: ego ante legatorum reditum ausus sum dicere, Pacem ipsam si afferrent, quoniam sub nomine[10] pacis bellum lateret, repudiandam. Ego princeps sagorum:[i] ego semper illum hostem appellavi,[1] cum alii adversarium; semper hoc bellum, cum alii tumultum. Nec hæc in senatu solum: eadem ad populum semper egi: nec solum in ipsum, sed in ejus socios facinorum et[2] ministros, et præsentes, et eos, qui una sunt; in totam denique M. Antonii domum sum semper invectus. 18. Itaque, ut alacres et læti,[3] spe pacis oblata, inter se impii cives, quasi vicissent, gratulabantur; sic me iniquum ejurabant:[4][k] de me querebantur. [*p.* 243.] Diffidebant etiam Servilio: meminerant, ejus sententiis confixum[l] Antonium: L. Cæsarem, fortem quidem illum,[5] et constantem senatorem, avunculum tamen; Calenum, procuratorem; Pisonem, familiarem; te ipsum, Pansa, vehementissimum et fortissimum consulem, factum jam putant leniorem: non quo[6] ita sit, aut esse possit; sed mentio a te facta pacis suspicionem multis attulit immutatæ voluntatis. Inter has personas me in-

[i] *Auctor sumendi saga.* [l] *Vulneratum.*

gamur, dissensero.—8 In Mss. nonnullis deest *semper.*—9 Faërn. Muret. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *cum M. Antonii latrocinio.*—10 Al. *quoniam semper sub nom.* Mox, *lateret, rempub. repudiandam* ψ: *lateret, r. p. repudiandam* Mss. nonnulli: *lateret, reip. repudiandam* Grut. et Oliv.—1 Vat. et Faërn. *appellavi hostem.*—2 Edd. vett. cum Grut. omittunt copulam ante *ministros.*—3 Faërn. *alacres et elati.*—4 ψ, Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *ejerabant:* nonnulli *dejerabant.*—5 Muret. *illum quidem.*—6 Lamb. *non quod.* Mox, *v* ψ, Barb. 1. 2. *sed mentio ante facta:* Rom. Ven. 1483. *sed mentio facta ante.*

NOTÆ

[k] *Me iniquum ejurabant*] Ejurare est valde jurare. Sensus autem is est: Jurejurando affirmabant, asserebantque me iniquum esse et injuriosum.

Digitized by Google

terjectum amici Antonii moleste ferunt: quibus gerendus mos est, quoniam semel liberales esse cœpimus. VIII. 19. Proficiscantur legati optimis ominibus: sed ii proficiscantur,[7] in quibus non offendatur Antonius. Quodsi de Antonio non laboratis,[u] mihi certe, patres conscripti, consulere debetis.. Parcite oculis saltem meis, et aliquam veniam[8] justo dolori date. Quo enim aspectu videre potero, (mitto[9] hostem patriæ, ex quo mihi odium in illum commune vobiscum est) sed[10] quomodo aspiciam mihi uni crudelissimum hostem, ut declarant ejus de me acerbissimæ conciones? Adeone me[1] ferreum putatis, ut cum eo congredi,[x] aut illum aspicere possim? qui nuper, cum concione donaret eos, qui ei[2] de parricidis audacissimi videbantur,[y] mea bona donare se dixit Petissio[l] Urbinati, qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hæc Antoniana saxa[m] projectus est. 20. An L. Antonium aspicere potero? cujus ego crudelitatem effugere non potuissem, nisi me mœnibus, et portis, et studio municipii mei[n] defendissem. Atque idem hic mirmillo Asiaticus,[o] latro Italiæ, collega Lentonis et Nuculæ, cum Aquilæ primipili[3][p] nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit: si enim de

[u] *Curatis.* [x] *Convenire eum.*
[y] *Daret eis qui videbantur audacissimi ad parricidia patranda.*

Cap. VIII. 7 *Ii* non est in *v*, nec *proficiscantur* in Ms. Langii.—8 ψ *et aliquando veniam.*—9 Vat. *omitto.*—10 Mss. plerique et edd. ante Faërn. non agnoscunt *sed.*—1 ψ *Adeo mene.*—2 *v* omittit *qui ei.* Mox, in *v* ψ, Barb. 1. 2. et Mss. Ferrarii cum Ferrar. et Lamb. *de meis bonis.* Pro *Petissio v* et al. habent *Præsidio;* Barb. 1. et al. *Præsidi;* Barb. 2. *Præsidii;* alii *Piasio;* alii *Pitisio.* Pro *Urbinati* in *v minati;* nonnulli *Urinati;* Barb. 2. *Utinati;* al. *Urvinati,* aut *Uriinati.*—3 Garaton. suspic. *Aquilæ primip. &* centurioni,

NOTÆ

[l] *Petissio*] Petissius ille decoctor insignis fuit ex Urbino, Umbriæ civitate.

[m] *Ad hæc Antoniana saxa*] Translatio sumta ab iis qui in mari periclitantur, et fractis navibus enatant: nam consumtis suis bonis, Petissius ad Antonii exercitum, tanquam ad portum, confugit.

[n] *Municipii mei*] Cicero Arpinas fuit.

[o] *Mirmillo Asiaticus*] De hoc in Philippicis superioribus.

[p] *Aquilæ primipili*] Id est, vexillo

Digitized by Google

suis dixisset, ne aquilam quidem ipsam credituram[4] putavit. Non ferent, non ferent, inquam, oculi Saxam, Caphonem, non duos prætores,[q] non tribunum plebis,[r] non duo designatos[s] tribunos, non Bestiam, non Trebellium, non Plancum.[5] Non possum animo æquo videre tot, tam importunos, tam sceleratos hostes: nec id fit[6] fastidio[z] meo, sed caritate reipublicæ. 21. Sed vincam animum, mihique imperabo: dolorem justissimum, si[7] non potero frangere,[a] occultabo. Quid? vitæ censetisne, patres conscripti, habendam mihi aliquam esse rationem? quæ mihi quidem minime cara est, præsertim cum Dolabella fecerit, ut optanda mors esset, modo sine cruciatu atque tormentis: vobis tamen, et populo Romano[8] vilis esse spiritus meus non debet. Is enim sum,[9] nisi me forte fallo, qui vigiliis, curis, sententiis, periculis etiam, (quæ plurima adii propter acerbissimum omnium in me odium impiorum) perfecerim,[10] ut non obstarem reipublicæ; ne quid arrogantius videar dicere. 22. Quod cum ita sit, nihilne mihi de periculo meo cogitandum putatis? IX. Hic cum essem in urbe ac domi, tamen multa sæpe tentata sunt, ubi me[1] non solum amicorum fidelitas, sed etiam universæ civitatis oculi custodiunt.

[z] *Superbia.* [a] *Delere.*

ant *Aquilæ primo pilo.* In *v* et ψ deest *aureos.*—4 Nonnullæ edd. vett. *ne Aquilam quidem ipsum crediturum.* Verba *Non ferent* semel tantum leguntur in Mss. plerisque et edd. ante Ern. etiam in ed. Wernsd.—5 Vat. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *non T. Plancum.* Tum, ψ *Non possem.*—6 Mss. Ferrarii cum Lamb. *fit* omittunt.—7 In *v* et ψ omittitur *si.* Dein, *potuero frangere* ψ, Vat. Faërn. et Orell.—8 Alii non habent *Romano.*—9 Mss. nonnulli *Is enim est.*—10 *v peric. etiam perfecit, quæ plurima propter . . . impiorum pertulerim:* Pal. 1. 2. Hittorp. et omnes fere Ferrariani *periculis, etiam perfecerim quæ plurima propter . . . impiorum pertulerim.* Mox, *obstarent* Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. et Wernsd.

NOTÆ

centurionis, et iis qui sub illo vexillo militabant. Primipilus centurionem significat.

[q] *Duos prætores*] Habebat prætores secum, Caium alterum, alterum Censorinum.

[r] *Tribunum plebis*] Is erat Saxa Decidius.

[s] *Duo designatos*] Ii fuerunt T. Hostilius et Visenius, de quibus in sequentibus orationibus dicet.

Quid censetis, cum iter ingressus ero, longum præsertim? nullasne insidias pertimescendas?[2] Tres viæ sunt ad Mutinam, quo festinat animus, ut quam primum illud pignus[b] libertatis populi Romani, D. Brutum, aspicere possim: cujus in complexu libenter extremum vitæ spiritum ediderim, cum omnes actiones horum mensium,[3] omnes sententiæ meæ pervenerint ad eum, qui mihi fuit propositus, exitum. Tres ergo, ut dixi, viæ: a Supero Mari,[t] Flaminia:[u] ab Infero,[x] Aurelia:[y] media, Cassia.[z] 23. Nunc, quæso, attendite, num aberret a conjectura[4] suspicio periculi mei. Etruriam[a] discriminat[c] Cassia. Scimusne igitur, Pansa, quibus in locis nunc sit Lentonis Cæsennii[5] septemviralis[b] auctoritas? [*p*. 244.] Nobiscum nec animo certe est, nec corpore: si autem aut domi est, aut non longe a domo, certe in Etruria est, id est, in via. Quis igitur[6] mihi præstat[d] Lentonem uno capite esse contentum? Dic mihi præterea, Pansa, Ventidius[c] ubi sit, cui fui semper[7] amicus, ante-

[b] *Illum vindicem.* [c] *Dividit.* [d] *Promittit.*

CAP. IX. 1 *v* et *ψ* non agnoscunt *me.*—2 Vat. Muret. Faërn. Wernsd. in ed. min. et Orell. *extimescendas.*—3 Pro *horum mensium* *v* habet *honorum;* Mss. Ferrarii *bonorum;* Muret. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell. *horum mensum.* Mox, *ad eum exitum, qui mihi fuit prop.* Mss. pauci et edd. vett.—4 Schutz. e suspicione cum Wernsd. *aberret conjectura.* Ern. legi maluit *aberret a conj. vestra susp.*—5 Al. *Lentonis Cesenii.* Mox, *v* *Vobiscum.*—

NOTÆ

[t] *A Supero Mari*] Superum Mare, quod et Adriaticum dicitur.

[u] *Flaminia*] Via Flaminia a Cn. Flaminio dicta est, quam ille per Etruscos Aretium, Augustus vero per Umbriam et Picenum Ariminum usque stravit.

[x] *Ab Infero*] Inferum, seu Tyrrhenum Mare, dicitur quicquid a Tuscia sive Etruria, ad fretum usque Siculum aquarum est.

[y] *Aurelia*] Aurelia Via per maritimas oras Tusciæ, Pisas ducit, Lucam, &c.

[z] *Media, Cassia*] Media Cassia Via est, quæ Velios ducit, Narniam et Perusiam.

[a] *Etruriam*] Etruria, quæ et Tuscia dicitur, regio est Italiæ, Tyrrheno Mari incumbens, ad primam usque Tiberis ripam protensa, auguriorum olim peritissima, cujus caput Florentia.

[b] *Septemviralis*] Lento Cæsennius unus fuit ex septemviris, qui agris dividendis ab Antonio præfecti sunt.

[c] *Ventidius*] Ventidius Bassus sequebatur partes Antonii.

Digitized by Google

quam ille reipublicæ bonisque omnibus tam aperte est[8] factus inimicus. Possum Cassiam vitare, tenere Flaminiam. Quid, si Anconam,[d] ut dicitur, Ventidius venerit? poterone Ariminum[e] tuto accedere? Restat Aurelia. Hic quidem etiam præsidia habebo:[9][f] possessiones enim sunt P. Clodii. Tota familia occurret: hospitio invitabit, propter familiaritatem notissimam. X. 24. Hisce ego me viis committam, qui Terminalibus[g] nuper[10] in suburbium,[h] ut eodem die reverterer, ire non sum ausus? Domesticis me parietibus vix tueor, sine amicorum custodiis.[1] Itaque in urbe maneo. Si licebit, manebo. Hæc mea sedes est, hæc vigilia, hæc custodia, hoc præsidium stativum.[*] Teneant alii castra, regna, res bellicas:[2] oderint hostem: nos (ut dicimus, semperque fecimus) urbem et res urbanas vobiscum pariter tuebimur. Neque vero recuso munus hoc; quanquam populum Romanum video[3] pro me recusare. Nemo me[4] minus timidus, nemo cautior. Res declarat.

[*] *Permanens.*

6 Barb. 1. *Qui igitur.*—7 Muret. *semper fui.*—8 ψ non habet *est*. Mox, in *v* *tenere* omittitur.—9 Mss. nonnulli et edd. ante Grut. *habeo*.

Cap. x. 10 ψ *Hisce egomet viis comm., qui Term. insuper*. Mox, alii *ausus sim.*—1 *v sine amico cust.* Mox, Mss. pauci et edd. vett. non agnoscunt *habeo*. Ante *licebit v* ψ, Barb. 1. 2. Ald. Naug. Cam. Gryph. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. addunt *sic.*—2 '*Regant res bell.* Schutz. e conj. Deberet potius esse *gerant*, ut Phil. XIII. 4.' *Orell.* Pro *oderint* Lamb. e conj. Faërni recepit *fuderint*; Ursinus maluit *adierint* (ut Ferrarius volebat), vel *adeant*. Post *hostem* Ms. Car. Steph. cum Muret. addit *nam hoc caput est*. In *v* deest *ut*. Pro *dicimus* Lallem. e conj. Gruteri dedit *didicimus*; Ern. maluit *dixi-*

NOTÆ

[d] *Anconam*] Ancona, seu Ancon, urbs totius Piceni celeberrima, in littore Maris Adriatici a Siculis condita.

[e] *Ariminum*] Ariminum urbs vetus est in Flaminia, juxta Rubiconem fluvium, Galliam a Flaminia separans, quam Strabo ait fuisse Umbrorum coloniam.

[f] *Præsidia habebo*] Ironice loquitur: gens enim Clodia inimicissima fuit Ciceroni.

[g] *Terminalibus*] Id est, per festa Terminalia, quæ 12. Kal. Maias in honorem Dei Termini celebrabantur, quod in ejus tutela fines agrorum esse putarent. Terminalia Numa Pompilius instituit. Huic Deo tantum frugum primitiæ, non victimæ offerebantur.

[h] *Suburbium*] Suburbium prædium dicitur, quod ante urbem est, aut

Digitized by Google

Vigesimus annus est,[i] cum omnes scelerati me unum petunt. Itaque ipsi[5] (ne dicam mihi) reipublicæ pœnas dederunt: me salvum adhuc[6] respublica conservavit sibi. Timide hoc dicam:[7] scio enim quidvis homini accidere posse: verumtamen semel, circumseptus[8] lectis valentissimorum hominum viribus, cecidi sciens,[k] ut honestissime possem exsurgere. 25. Possumne igitur satis videri[9] cautus, satis providus, si me huic itineri tam infesto, tamque periculoso, commisero? Gloriam in morte debent ii,[10] [l] qui in republica versantur, non culpæ reprehensionem, et stultitiæ vituperationem relinquere. Quis bonus non luget mortem Trebonii? quis non dolet interitum[1] talis et civis et viri? At sunt, qui dicant (dure[f] illi quidem, sed tamen dicunt), minus dolendum, quod ab homine[2] impuro nefarioque non caverit. Etenim qui multorum custodem se profiteatur, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere. Cum septus sis legibus,[m] et judiciorum metu, non sunt omnia timenda, neque ad omnes insidias præsidia quærenda. Quis enim audeat luci,[g] [3] quis in militari via,[n] quis bene comitatum, quis illustrem aggredi?

[f] *Inhumaniter.* [g] *Die.*

mus.—3 ψ *hoc video.*—4 Nonnulli *me* omittunt.—5 ψ *me ipsum.*—6 Verba *reipublicæ pœnas ded.; me adhuc* non sunt in υ et ψ.—7 ψ *Tum de hoc dicam.*—8 *Circumsessus* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Ern. Schutz. et Wernsd. in ed. min. qui e conj. Faërni recepit *circumsæptus.* Mox, Mss. nonnulli et edd. ante Manut. *surgere possem.* Garaton. suspic. *exsurgerem.*—9 Ms. Ursini *satis vobis videri.*—10 Muret. *Solam enim gloriam in morte debent hi.*—1 Idem *interitu.* In υ deest *talis.* Mox, ψ *Assunt, qui dicant.*—2 Car. Steph. *ab hoc hom.*—3 Alii *luce.*

NOTÆ

quasi sub urbe.

[i] *Vigesimus annus est*] Vigesimus jam annus a tempore, quo consulatum gessit, effluxerat, cum hanc scripsit orationem.

[k] *Cecidi sciens*] Indicat exilii sui tempus, cum pulsus Clodianorum furoribus urbe et Italia cessit.

[l] *Gloriam in morte debent ii, &c.*] Documentum iis dat, qui mortem oppetere pro republica volunt; ita enim mori debent, ut gloria mortem eorum sequatur, non vero reprehensio culpæ, et stultitiæ vituperatio: quam non effugient, si temere se mortis periculo exponant.

[m] *Cum septus sis legibus*] Objectioni occurrit, quæ ei fieri posset a præsidiis quibus ille tegi poterat in via, et tueri se contra improborum aggressiones.

[n] *Militari via*] Vias dividit Ulpianus

Digitized by Google

26. Hæc neque hoc tempore, neque in me valent. Non modo enim pœnam non extimescet, qui mihi vim attulerit; sed etiam gloriam sperabit a latronum gregibus, et præmia. XI. Hæc ego in urbe prævideo: facilis est circumspectus,[4] unde exeam, quo progrediar, quid ad dextram, quid ad sinistram sit. Num idem in Apennini tramitibus[o] facere potero?[5] in quibus, etiamsi non erunt insidiæ, quæ facillime esse poterunt, animus tamen erit solicitus, ut nihil possit de officiis legationis attendere. Sed effugi insidias:[p] perrupi Apenninum. Nempe in Antonii congressum colloquiumque veniendum est. Quinam locus capietur? si extra castra,[6] ceteri viderint: ego mortem actutum[h] futuram puto. Novi hominis furorem, novi effrænatam violentiam. Cujus acerbitas morum, immanitasque naturæ, ne vino quidem permista temperari solet; hic ira dementiaque inflammatus, adhibito fratre Lucio, teterrima bellua, nunquam profecto a me sacrilegas manus atque impias abstinebit. 27. Memini colloquia et cum acerrimis hostibus, et cum gravissime dissentientibus civibus.[7] [*p.* 245.] Cn. Pompeius, Sexti filius,[q] consul, me præsente,

[h] *Statim.*

CAP. XI. 4 *v Hæc ego in urbem præv.: fac. est circum aspectus.*—5 Al. *pot. facere.*—6 ♆ *etsi extra castra.* Mox, alii *actutum mihi futuram puto.*—7 Al.

NOTÆ

in eas quæ publicæ sunt, quæ privatæ, quæ vicinales. Publicæ dicebantur, quæ a nobis jam regiæ, quæ a veteribus Romanis prætoriæ, vel consulares, vel militares nominabantur. Privatæ vero dupliciter accipiebantur: vel hæ quæ sunt in agris, quibus imposita est servitus, ut ad agrum alterius ducant; vel hæ, quæ ad agros ducunt, per quas omnibus permeare liceat, in quos exitur de via consulari vel regia: et sic post illam excipit via, vel iter ad villam ducens. Vicinales vero erant, quæ in vicis sunt, vel quæ in vicos ducunt; quæ et publicæ sunt, si non ex collatione privatorum hoc iter constitutum est.

[o] *Apennini tramitibus*] Trames est via angustior, et insidiis struendis percommoda. Ejusmodi tramitibus plenus est Apenninus mons Italiæ, perpetuis jugis ab Alpibus ad Siculum fretum pertingens.

[p] *Sed effugi insidias*] Concedit id quidem, sed ut majora jam pericula sibi ab Antonio subeunda exponat.

[q] *Cn. Pompeius, Sexti filius*] Is Cn. Pompeius, sub quo adolescentulus primum militavit, Picentes prælio

Digitized by Google

cum essem tiro in ejus exercitu,[8] cum P. Vettio Scatone, duce Marsorum, inter bina castra[r] collocutus est. Quo quidem[9] memini Sex. Pompeium, fratrem consulis, ad colloquium ipsum Roma venire,[10] doctum virum atque sapientem: quem cum Scato[1] salutasset, 'Quem te appellem?' inquit. At ille, 'Voluntate hospitem,[s] necessitate hostem.'[t] Erat in illo colloquio æquitas: nullus timor, nulla suberat suspicio: mediocre etiam odium: non enim, ut eriperent nobis socii civitatem, sed ut in eam reciperentur, petebant. Sulla cum Scipione inter Cales[2][u] et Teanum,[x] cum alter[y] nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de auctoritate senatus, de suffragiis[z] populi, et[3] de jure civitatis,[a] leges inter se, conditionesque, contulerunt. Non tenuit omnino colloquium illud fidem: a vi[i] tamen periculoque abfuit. XII. Possumusne igitur[4] in

[i] *Cæde.*

cum acerbissime dissent. civibus.—8 In *v* desunt verba *in ejus exercitu*. Mox, *Vectio* Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. Tum, *Catone* ex Appiano Bell. Civ. I. 40. et Velleio II. 16. dederunt Mannt. Muret. Faërn. Lamb.—9 ψ *Quod quidem.*—10 ψ *ad colloquium Romam venire.*—1 Al. *Cato.*—2 Naug. *cum Cepione;* et ψ *inter Calas.*—3 Wernsd. in ed. min. delevit copulam de sententia Garatoni. Deinde, *leges, inter se conditiones cont.* Mss. pauci cum Grut. et Græv. *legis inter se conditiones cont.* Mss. plerique et edd. vett. *leges inter se conditionesque tulerunt* Lamb. e conjectura Ferrarii: *leges inter se conditiones tul.* Wernsd. de sententia Garatoni.

CAP. XII. 4 ψ *Possumus igitur.* Tum, *esse sit non poss.* *v*: *esse, ut si hic non poss.* ψ, Colon. Barb. 1. 2. Rom. Ven. 1483. *esse, et si hic non poss.* paucæ edd. vett. *esse, ut hi? Non poss.* Naug. *esse tuti, ut hi? Non poss.* Muret.

NOTÆ

vicit, et obsedit: deinde consul Marsos vicit, auctore Livio, lib. LXXIV.

[r] *Inter bina castra*] Inter Romanorum et Marsorum castra duo duces collocuti sunt.

[s] *Voluntate hospitem*] Hospitium amicitiæ signum erat; ideoque bene affectus erat erga Scatonem Pompeius.

[t] *Necessitate hostem*] Adigebatur militiæ sacramento eum hostem habere.

[u] *Cales*] Cales urbs Campaniæ fuit, de qua Horatius Carm. lib. IV. et quam a Calai Boreæ filio exstructam fuisse post Argonautarum reditum ait Silius Ital. lib. VIII.

[x] *Teanum*] Teanum, seu Theanum, colonia et urbs Campaniæ fuit.

[y] *Cum alter*] Sulla stabat a partibus nobilium quos tuebatur.

[z] *De suffragiis*] Volebat Sulla, ut libertini in quatuor tantum tribubus suffragium ferrent: in omnibus volebant Mariani.

[a] *De jure civitatis*] De civitate danda sociis.

Digitized by Google

Antonii latrocinio æque esse tuti?[b] Non possumus: aut, si ceteri possunt, me posse diffido. 28. Quodsi non extra castra congrediemur,[h] quæ ad colloquium castra sumentur? In nostra ille nunquam veniet: multo minus nos in illius. Reliquum est, ut et accipiantur[5] et remittantur postulata per literas. Ergo erimus in castris. Mea, ad omnia postulata, una sententia;[c] quam cum hic, vobis audientibus, dixero, isse et redisse me putatote: legationem confecero.[6] Omnia ad senatum mea sententia rejiciam, quæcumque postulabit[7] Antonius. Neque enim licet aliter, neque permissum est nobis ab hoc ordine, ut, bellis confectis, decem legatis[d] permitti solet more majorum: neque ulla omnino a senatu mandata accepimus. Quæ cum agam[8] in consilio, nonnullis (ut arbitror) repugnantibus, nonne metuendum est, ne imperita militum multitudo per me pacem distineri putet? 29. Facite, hoc meum consilium legiones novas non improbare; nam Martiam, et quartam, nihil cogitetis,[9] præter dignitatem et decus, comprobaturas esse, certe scio. Quid? veteranos non veremur? nam timeri se, ne ipsi quidem volunt. Sed quonam modo accipient severitatem meam? Multa enim falsa de me audierunt: multa ad eos improbi detulerunt.[10] Quorum commoda, ut vos optimi testes estis, semper ego[1] sententia, auctoritate, oratione firmavi: sed credunt improbis, credunt turbulentis, credunt suis.

[h] *Conveniemus.*

esse ut sic non poss. Ms. Grævii.—5 Edd. vett. *accipiant.*—6 ψ, Junt. Faërn. *confero.*—7 ψ et Huyd. *postulavit:* Ern. suspic. *postularit.*—8 ψ *Quæcunque agam.*—9 In Barbador. Mss. Ferrarii et edd. vett. deest *nihil.* Mox, *probaturas* ψ, Barb. 1. 2. Ald. Faërn. Manut. Car. Steph. Lamb. Tum, ψ *Quod?*

NOTÆ

[b] *Æque esse tuti* [*ut hi*] Id est, in tanta securitate cum Antonio, quanta hi fuerunt.

[c] *Una sententia*] Una erit sententia Ciceronis, ut omnia postulata Antonii ad senatum referantur.

[d] *Decem legatis*] Subactis provinciis decem legati in eas mittebantur, cum summa potestate, ut illarum statum ordinarent, postulata audirent, concederentque quæ concedenda judicarent. At in hac legatione licet tantum legatis audire Antonii postulata, et ea referre ad senatum.

Digitized by Google

Sunt autem fortes illi quidem, sed propter memoriam rerum, quas gesserunt pro populi Romani libertate, et salute[2] reipublicæ, nimis feroces, et ad suam vim omnia nostra consilia revocantes. 30. Horum ego cogitationem[3] non vereor: impetum pertimesco. Hæc quoque pericula tanta si effugero, satisne tutum reditum putatis fore? Cum enim et vestra auctoritate et meo me more defendero,[4] et meam fidem reipublicæ constantiamque præstitero; tum erunt mihi non hi solum, qui me oderunt,[5] sed illi etiam, qui invident, extimescendi. Custodiatur igitur mea vita reipublicæ; eaque, quoad vel dignitas vel natura patietur, patriæ reservetur: mors autem necessitatem[6] habeat fati,[e] aut, si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria. Hæc cum ita sint, etsi hanc legationem respublica, ut levissime dicam, non desiderat; tamen, si tuto licebit ire, proficiscar. Omnino, patres conscripti, totum[7] hujusce rei consilium non periculo meo, sed utilitate reipublicæ metiar. De qua mihi quoniam liberum est spatium, multum etiam atque etiam[8] considerandum puto, idque potissimum faciendum, quod maxime interesse reipublicæ judicavero.

veteranos.—10 *v improvide tulerunt.*—1 Nonnulli *ego* omittunt.—2 Pro *salute* nonnulli habent *dignitate.*—3 *Cogitationes* edd. ante Muret. cum Lall. et Orell.—4 Orell. e Ms. Car. Steph. recepit *Cum enim et vestram auctoritatem meo more def.*, prob. Garaton.—5 ψ *oderint.*—6 Faërn. *mors aut necess.*—7 Edd. vett. *proficiscar omnino. Patres conscripti, totum, &c.*—8 Ms. Ursini *Dumque mihi liberum est, multo etiam atque etiam.*

NOTÆ

[e] *Mors autem necessitatem habeat fati*] Petit Cicero mori, cum id poscet natura, quod in senectute evenit.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA TERTIADECIMA.

ORATIO LV.

ARGUMENTUM.

Sententia de mittendis iterum legatis jam abjecta, pacem laudat, sed eam cum Antonio negat ullam esse posse. Recitat et interpretatur Antonii literas ad Hirtium Cæsaremque missas. Servilii sententiam probat de mandatis literisque M. Lepidi, ad pacem cohortantis. Sex. Pompeium, quod suam eorumque, quos secum haberet, operam senatui populoque Romano pollicitus esset, vel eo senatusconsulto quod in Servilii sententiam de Lepidi literis fieret, vel proprio laudandum esse censet. Et hæc absente Pansa consule, qui ad collegam Hirtium et Cæsarem, cum iis copiis quas ipse ex delectu compararat, profectus erat.

I. 1. [*p.* 246.] A principio[1] hujus belli, patres conscripti, quod cum impiis civibus, consceleratisque,[2] suscepimus, timui, ne conditio insidiosa pacis libertatis recuperandæ studia restingueret. Dulce enim etiam[3] nomen est pacis; res vero ipsa cum jucunda, tum salutaris. Nam nec privatos focos, nec publicas leges, nec libertatis jura,

Cap. I. 1 Junt. et al. *In principio.* υ ψ et Muret. præpositionem omittunt.—2 *Sceleratisque* edd. vett. cum Grut. *consceleratisque hominibus* Schutzius e conjectura Ernesti.—3 υ ψ et edd. vett. non agnoscunt *etiam*. Mox, in

Digitized by Google

cara habere potest,[4] quem discordiæ, quem cædes civium,[5] quem bellum civile delectat: eumque ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Itaque sive Sulla, sive Marius,[a] sive uterque, sive Octavius,[b] sive Cinna, sive iterum Sulla, sive alter Marius,[c] et Carbo,[d] sive quis alius civile bellum optavit, eum detestabilem civem [6] reipublicæ natum judico. 2. Nam quid ego de proximo dicam,[e] cujus acta defendimus, cum ipsum jure cæsum fateamur? [7] Nihil igitur hoc cive, nihil hoc homine tetrius; si aut civis, aut homo habendus est, qui civile bellum concupiscit. Sed hoc primum videndum est, patres conscripti, cum omnibusne pax esse possit, an sit aliquod bellum inexpiabile,[*] [8] in quo pactio pacis lex sit servitutis.[9] Pacem cum Scipione Sulla [f] sive faciebat, sive simulabat; non erat desperandum,[10] si convenisset, fore

[*] *Inevitabile.*

v re vero ipsa.—4 Vat. et Mss. Ferrarii cum Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. *nec publ. leges videtur, nec libertatis jura cara habere.* 'Quid si hic latet antiquissima corruptela, fuitque *nec priv. focos, nec publ. leges vereri, nec lib. jura cara habere potest?*' Orell.—5 In *v* deest *civium.*—6 Muret. Faërn. et Orell. *sive qui.* Mox, *v civem* omittit.—7 '*Def., auctorem ipsum jure cæsum fatetur*] Sic Vat. Muret. Faërn. Græv. *def., cum auctorem ipsum jure cæsum fateamur* Mss. aliq. edd. vett. item Lamb. sed *fatemur:* item Wernsd. sed *ipsum auctorem. Def., cum ipsum jure cæsum fateamur* Ms. Scalæ, Manut. Grut. Ern. Schutz. Ad vocab. *proximo* supplendum omnino *bello civili*, non *Cæsare:* quia alii sic malebant cum Ern. et Schutz., deleverunt *auctorem.*' Orell.—8 Mss. plerique et edd. pleræque ante Muret. *bellum expiabile.*—9 Pal. 2. *aër sit serv.* non improb. Grutero.—10 Mss. nonnulli et edd. ante Muret. *Sulla faciebat, non erat desp.* Mox, *si convenissent* edd. vett. cum

NOTÆ

[a] *Sive Sulla, sive Marius*] De utroque dictum est Phil. VIII. § 7.

[b] *Octavius*] Octavius ille collegam in consulatu Cinnam expulit A. U. C. 667. cum de revocandis exulibus legem ferre vellet.

[c] *Alter Marius*] Per alterum Marium, juniorem intelligit, qui sævitia patri æqualis fuit: armatus obsedit curiam, inimicos interfecit. Postea vero a Sulla fugatus est, qui, ejus deleto exercitu, Præneste eum compulit, ubi obsessus a Lucretio Ofella sibi violentas manus intulit.

[d] *Carbo*] Fuit ille Carbo in partibus Marianis, qui cum fugitivus in manus Pompeii incidisset, illius jussu interfectus est, et caput ad Sullam delatum.

[e] *De proximo dicam*] Is est Caius Julius Cæsar, qui bellum civile cum Pompeio gessit.

[f] *Cum Scipione Sulla*] Vide superiorem orat.

Digitized by Google

aliquem tolerabilem statum civitatis. Cinna si concordiam[g] cum Octavio confirmare voluisset, hominum[1] in republica sanitas remanere potuisset. Proximo bello, si aliquid de summa gravitate[h] Pompeius, multum de cupiditate Cæsar remisisset;[2] et pacem stabilem, et aliquam rempublicam nobis habere licuisset. II. Hoc vero quid est?[3] cum Antoniis pax potest esse? cum Censorino, Ventidio,[i] Trebellio, Bestia, Nucula, Munatio, Lentone, Saxa? Exempli causa paucos nominavi: genus infinitum;[k] immanitatemque ipsi cernitis reliquorum. 3. Addite[4] illa naufragia[l] Cæsaris amicorum, Barbas Cassios,[5] Barbatos, Polliones: addite Antonii collusores et sodales, Eutrapelum, Melam, Cœlium, Pontium,[6] Crassicium, Tironem, Mustelam, Petissium:[7] comitatum relinquo, duces nomino. Huc accedunt Alaudæ,[m] ceterique veterani, seminarium[n]

Grut.—1 Pro *hominum* Lamb. dedit *omnino* e conjectura Faërni.—2 *v ψ demisisset*: edd. vett. cum Grut. *dimisisset*.

Cap. II. 3 Pro *quid est v* habet *quia; ψ quod est*. Tum, *v cum Antonio*. Paulo post, pro *Munatio* in *v Minatio; ψ Numano;* edd. vett. nonnullæ *Numatio*.—4 *v*, Pal. 1. 2. Barb. 1. Guelf. Jen. *cernitis belli: quorum numero addite, &c.*—5 Alii *Barbas, Cassios*. Pro *Barbatos* Vat. Junt. Muret. Faërn. Græv. Wernsd. in ed. maj. habent *Barbatios*. Vid. Nott. Varr.—6 Vat. et Muret. *Pontium* omittunt.—7 *ψ*, Vat. et nonnullæ edd. vett. *Petusium*. In

NOTÆ

[g] *Cinna si concordiam*] Cum Cinna consul leges perniciosas reipublicæ ferret, et de novis civibus per tribus dividendis et Marianis revocandis cogitaret, a collega suo Octavio expulsus est: cum autem Appii Claudii exercitum sibi comparasset, bellum civitati intulit; adversariis superatis Octavium interfecit, sibique tertium consulatum usurpavit; et ipse tandem concitata in se ipsum seditione interfectus est a militibus.

[h] *De summa gravitate*] Pompeii severitas in eo fuit, quod parere reipublicæ Cæsarem, et privatum fieri contendebat Pompeius: cupiditas autem Cæsaris, quod Illyricum cum duabus legionibus postularat.

[i] *Censorino, Ventidio, &c.*] Hi omnes sequebantur Antonium.

[k] *Genus infinitum*] Infiniti erant alii mali cives, qui non minori erant crudelitate, quam hi superiores, qui quasi duces erant Antonianarum partium, ut ipse ait sequentibus verbis.

[l] *Illa naufragia*] Homines perditos ac infames intelligit, qui amici Cæsaris fuerant.

[m] *Alaudæ*] Alaudæ nomine intelligit legionem quæ a Julio Cæsare in Gallia conscripta est: hinc dicta, quod in galea pro crista alaudam milites haberent.

[n] *Seminarium*] Seminarium locus

Digitized by Google

judicum tertiæ decuriæ, qui, suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris devoratis, fortunas nostras concupierunt. 4. O fidam dextram[o] Antonii, qua ille plurimos cives trucidavit! o ratum religiosumque fœdus, quod cum Antoniis[8] fecerimus! Hoc si Marcus violare[p] conabitur, Lucii eum sanctitas a scelere revocabit. Illis locus si in hac urbe fuerit, urbi ipsi locus non erit. Ora[b] vobis eorum ponite,[9] patres conscripti, ante oculos, et maxime Antoniorum; incessum,[10] aspectum, vultum, spiritum; latera tegentes alios, sequentes alios, alios prægredientes amicos. Quam vini anhelitus,[1] quas contumelias fore censetis, minasque verborum? nisi forte eos pax ipsa leniet, maximeque, cum[2] in hunc ordinem venerint, salutabunt benigne, comiter appellabunt, unumquemque nostrum.[3] III. 5. Non recordamini, (per Deos immortales![4]) quas in eos sententias dixeritis? Acta Antonii rescidistis:[c] leges refixistis: per vim et contra auspicia latas decrevistis: totius Italiæ delectus[5] excitastis: collegam,[q] et socium scelerum om-

[b] *Vultus.* [c] *Infirmastis.*

Colon. et Ms. Grævii legitur *comitatum. Relinquo.* Pro verbis *relinquo, duces nomino v* exhibet *reliquos omitto duces.* Deinde, Schutzius de sententia Ernesti delevit *Huc.*—8 ψ, Vat. Barb. 2. Junt. Muret. Faërn. Lamb. *cum Antonio:* Mss. nonnulli et edd. vett. *cum his.* In *v* legitur *quod confecimus! hoc si, &c.* Pro *Marcus v*, Vat. et Mss. Ferrarii habent *M. Antonius;* Mss. pauci et edd. vett. *Antonius.* Lamb. et prænomen et nomen omisit. Pro *Lucii v* habet *Non;* ψ *Non L.*—9 In *v* et ψ *Hore vobis ponite.* Nonnulli omittunt *patres conscripti.*—10 Junt. Muret. Wernsd. *et maxime Antoniorum incessum.* Verba *et maxime Antoniorum* delevit Schutzius de sententia Ernesti.—1 *Quem vini anhelitum* Vat. Franc. et Mss. Ferrarii cum Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell.—2 In ψ deest *cum.*—3 Alii *vestrum.*

CAP. III. 4 Vat. omittit *per Deos imm.* Mox, *Acta M. Antonii* Vat. Faërn. Wernsd. in ed. min. et Orell.—5 *v* ψ, Jen. *delectum:* Guelf. *dilectum;*

NOTÆ

est, cui, tanquam nutrici, semina arborum, et plantæ novellæ committuntur, et unde alio transportantur. Translatione autem ab arboribus, alendas vocat seminarium tertiæ decuriæ.

[o] *O fidam dextram*] Ironia.

[p] *Si Marcus violare*] Si Marcus Antonius violare fœdus voluerit, hunc a proposito frater ejus Lucius Antonius revocabit. Hoc autem ironicè dicit, quia uterque Antonius sceleratus erat.

[q] *Collegam*] Dolabellam indicat.

Digitized by Google

nium, hostem judicavistis. Cum hoc quæ pax potest esse? Si esset externus[r] hostis,[6] tamen id ipsum vix, talibus factis,[d] posset aliquo modo. Maria, montes, regionum magnitudines interessent: odissetis eum, quem non videretis.[7] [p. 247.] Hi in oculis hærebunt, et, cum licebit,[8] in faucibus;[s] quibus enim septis tam immanes belluas continebimus? At incertus exitus belli est.[t] Est[9] omnino fortium virorum, quales vos esse debetis, virtutem præstare (tantum enim possunt); fortunæ culpam non extimescere. 6. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solum, verum etiam sapientia postulatur (quanquam vix[10] videntur hæc posse sejungi, sejungamus tamen); fortitudo dimicare jubet, justum odium incendit,[1] ad confligendum impellit, vocat ad periculum. Quid sapientia? cautioribus utitur consiliis; in posterum providet; est omni ratione protectior.[2] Quid igitur censet? parendum est enim: at-

[d] *Facinoribus.*

Ern. hunc locum esse corruptum putabat. Schutz. proponit legend. *totius Italiæ juventutem delectu excitastis*, vel *totius Italiæ delectum instituistis*. Mox, *scelerum socium omnium* e Vat. recepit Wernsd. in ed. min. *Socium* non est in *v*.—6 *Hostis si esset externus* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Tum, Vat. Faërn. et Lamb. omittunt *tamen*. Pro *talibus factis* *v* habet *stabilibus pactis*; Mss. aliq. Ferrarii *stabilibus factis*. Ante *Maria* Lamb. addit *Si*; Mss. plerique et edd. vett. *Sed si*. In tribus Mss. Ferrarii legitur, *id ipsum vix stabiliri fœdus posset aliquo modo*. Orell. conjecit legend. *Hostis si esset externus*, (scil. Antonius) *vix, talibus factis, sed tamen posset aliquo modo*. (scil. pax esse.) *Maria, &c.*—7 Vat. a m. pr. *odisses eum, quem non videretis*: unde *odissetis eum, quem non videretis* e conjectura Faërni dederunt Lamb. Græv. Ern. Schutz. Wernsd. et Orell. Ceteri *odisses eum, quem non videres*.—8 Orell. *libebit* legi jussit. Mox, *continebitis* Lamb. e conj.—9 In *v* et *ψ* *Est* omittitur. Tum, *ψ* *vos*. Paulo post, *virtute præstare*. *Tantum enim possunt fortunæ culpam non extimescere* Græv. et Collon. *virtute præstare tantum, ut possint fortunæ culpam non extimescere* edd. ante Muret. cum Grut. *Virtute* quoque legitur in *v* et *ψ*.—10 Nonnulli *vix* omittunt. In *ψ* *quanquam non vid*.—1 Duo Mss. Gulielmiani *intendit*.—2 Vat.

NOTÆ

[r] *Si esset externus*] Minus ferendus est hostis internus, et qui reipublicæ pacem turbat, quam externus.

[s] *In faucibus*] Id est, Antoniani, cum præsentes erunt senatoribus, eos facilius jugulabunt.

[t] *At incertus exitus belli est*] Objectioni quæ fieri potest ab adversariis, occurrit Cicero, aitque efficiendum esse virtute, ut obesse fortuna non possit.

Digitized by Google

que id optimum judicandum, quod sit sapientissime constitutum. Si hoc præcipit, ne quid vita existimem antiquius,[e] ne decernam capitis periculo, fugiam omne discrimen; quæram ex ea, etiamne, si erit, cum[3] id fecero, serviendum. Si annuerit; næ ego sapientiam istam, quamvis sit erudita, non audiam. Sin responderit,[u] 'Tu vero ita vitam corpusque servato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut posteriora libertate ducas;[4] itaque his uti velis, si libera republica possis: nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc projicias, tanquam pignora[f] injuriæ;' tum sapientiæ vocem audire videar; eique, uti Deo, paream.[5] 7. Itaque si, receptis illis,[x] possumus esse liberi, vincamus odium, pacemque patiamur.[6][y] Sin jus, incolumibus his, nullum esse potest; lætemur decertandi oblatam esse fortunam. Aut enim, victis his,[7] fruemur victrice republica; aut oppressi, (quod omen avertat Jupiter!) si non spiritu,[g] at virtutis laude vivemus.

[e] *Carius.* [f] *Obnoxia.* [g] *Vita.*

a m. pr. cum Faërn. Lamb. et Orell. *tectior.*—3 *Etiamne fierit cum* Vat. *etiamne fuerit cum* Mss. reliqui et edd. vett. cum Grut. et Orell. Mox, Ms. Grævii et al. *ne ego sap. istam, quamvis sit erud., audiam.*—4 *Ut hæc post. lib. ducas* edd. vett. cum Lamb. *ut hæc lib. post. ducas* Vat. Muret. Faërn. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Deinde, *atque his* Mss. nonnulli et edd. vett. Postea, *si liberare remp. possis* edd. vett. cum Grut. Denique, *nec vero pro* Græv. et Wernsd. in ed. maj.—5 Vat. *qui tu Deo paream;* unde Faërnus dedit *cui, ut Deo, paream.* Deinde, pro *Itaque v* habet *Ita.*—6 *Paceque ponamur* ψ: *paceque potiamur* edd. pleræque ante Muret. *pacemque potiamur* Manut. Car. Steph. Gryph. et Lamb. Tum, *sin otium, incolumibus his, esse nullum potest* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. et Orell. qui conjecit legend. *sin otium, vivis incolumibusque iis, esse nullum potest.* In edd. vett. legitur *sin liber vivis iis incolumibusque nullus esse potest.*—7 Pro *victis his v* ψ, Barb. 1. 2. et edd. ante Manut. *illis interfectis;* Vat. et Faërn. *interfectis illis;* Ms. Car. Steph. *interfectis his.* Lamb. e conjectura Faërni recepit *Aut enim his fruemur.* Verba *victis his* Orellio suspecta sunt. Mox, edd. ante Manut. *oppressa.*

NOTÆ

[u] *Sin responderit*] Per dialogismum veram sapientiam loquentem inducit.

[x] *Receptis illis*] Antonianis videlicet.

[y] *Pacemque patiamur* [*potiamur*] 'Pacem potiri' dicit, sicut in Tusc. 'potiri urbem,' et apud Terent. 'potiri commoda.'

Digitized by Google

IV. At enim nos[8] M. Lepidus,[a] imperator iterum, pontifex maximus, optime proximo civili bello de republica meritus, ad pacem adhortatur. Nullius apud me, patres conscripti, auctoritas major est, quam M. Lepidi, vel propter ipsius virtutem, vel propter familiæ dignitatem.[a] Accedunt eodem multa privata, magna ejus in me merita, ac mea quædam in illum.[9] Maximum vero ejus beneficium numero, quod hoc animo in rempublicam[10] est, quæ mihi vita mea semper fuit carior. 8. Nam cum Magnum Pompeium,[b] clarissimum adolescentem, præstantissimi viri filium, auctoritate adduxit ad pacem,[1] remque publicam sine armis maximo civilis belli periculo liberavit; tum me ejus beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto. Itaque ei et honores decrevi,[2c] quos potui amplissimos, in quibus vos mihi estis assensi; nec unquam de illo et sperare optime et loqui destiti. Magnis et multis pignoribus M. Lepidum respublica illigatum[t] tenet.[3] Summa nobilitas

[t] *Devinctum.*

CAP. IV. 8 In *v vos.* *v* et ψ omittunt *M. Lepidus.* Vox *imperator* non est in Rom. et Junt. nec *iterum* in Ms. Ursini et ed. Naug.—9 *Merita, mea quædam officia in illum* Vat. Faërn. Lamb. Græv. et Orell. *merita, ac mea quædam officia in ipsum* nonnullæ edd. vett. *merita, ac mea quædam in illum officia* Schutz. et Wernsd. in ed. min.—10 ψ *in rep.*—1 Mss. nonnulli et edd. vett. *ad urbem.* Mox, *v maxime.*—2 Orell. e Vat. recepit *Itaque et hon. ei decr.* Tum, *quam potui ampl.* e conjectura Ferrarii dederunt Manut. Lamb. et Grut.—3 *v obligatum tene:* ψ et edd. vett. *obligatum tenet.* Deinde, *Summa nobil. est omnis honor, ampl. sac. v* ψ*: Summa nobil. est, omnis honor ei est, ampl. sac.* Colon. et Mss. Langii, Car. Stephani, et Grævii; atque ita fere

NOTÆ

[a] *At enim M. Lepidus*] Occurrit adversariis, qui auctoritate Lepidi nitebantur, ut cum Antonio pacem suaderent.

[a] *Familiæ dignitatem*] Lepidorum domum ad summos honores evexerunt Lepidi duo, quorum alter alterius nepos fuit: uterque Marcus dictus est, bisque consul: ex iis plures orti sunt, iique consulares. At hic de quo agitur, a Cæsare primo magister equitum factus est, deinde consul, et post illius cædem pontifex maximus, ac tandem cum Octavio et Antonio triumvir; et aliquanto post spoliatus ab Octavio, Circeios relegatus est.

[b] *Magnum Pompeium*] Pompeium, Magni Pompeii filium, Magnum, non propter suam, sed propter patris meritorum excellentiam, vocat.

[c] *Honores decrevi*] Cicero Lepido equestrem statuam inauratam decrevit. Vide Philippicam v.

Digitized by Google

est hominis, summi honores, amplissimum sacerdotium, plurima urbis ornamenta, ipsius, fratris,[4] majorumque monumenta; probatissima uxor,[d] optatissimi liberi, res familiaris cum ampla,[5] tum casta [h] a cruore civili. Nemo ab eo civis violatus,[6] multi ejus beneficio et misericordia liberati. Talis igitur vir et civis opinione labi potest,[e] voluntate a republica dissidere nullo pacto[7] potest. 9. Pacem vult M. Lepidus. Præclare, si talem potest efficere, qualem nuper[f] effecit: qua pace Cn. Pompeii filium respublica aspiciet, suoque sinu[8] complexuque recipiet; neque solum illum, sed cum illo seipsam sibi restitutam putabit.[9] Hæc causa fuit, cur decerneretis[10] statuam in Rostris cum inscriptione præclara; cur absenti triumphum. [*p.* 248.] Quanquam enim magnas res bellicas gesserat, et triumpho dignas, non erat tamen[1] ei tribuendum, quod nec L. Æmilio,[2] [g] nec Æmiliano Scipioni, nec superiori Africano, nec Mario, nec Pompeio, qui majora bella gesserunt: sed, quod silentio civile bellum confecerat, ut primum licuit,[3] honores in eum

[h] *Incorrupta.*

Rom. et Ven. in quibus *omnis honor ejus.* Barb. 2. *Summa nobil. est, omnis enim honor ejus est amplissimorum sacerdotum:* Barb. 1. *Summa nobil. est, omnis honores amplissimi, sacerdotium:* Barbador. Vat. Manut. Car. Steph. Faërn. et Lamb. *Summa nobil. est hominis, omnes honores, amplissimum sacerdotium.*—4 In *v* deest *fratris.*—5 Schutz. et Wernsd. in ed. min. *tum ampla.*—6 *v civilis viol.* Deinde, edd. ante Muret. *multi beneficio*, omisso *ejus.* Pro verbis *Talis igitur vir et civis* in *v* legitur *viri qui ex.*—7 Ms. Car. Steph. *nullo modo.*—8 *ψ qua pace cum Cn. Pompeii filium resp. aspicere*, et *v suosque sinu.*—9 *v ψ putavit.*—10 Lamb. e conj. *cur ei decern.*—1 Vat. et Faërn. omittunt *tamen.*—2 *v L. Melio.*—3 Guelf. et al. *conf., primum lic.* Mss. pauci et edd. vett. cum

NOTÆ

[d] *Probatissima uxor*] Uxor Lepidi, M. Bruti soror fuit.

[e] *Opinione labi potest*] Errat opinione sua Lepidus, dum censet utile esse reipublicæ Antonium, composita pace, Romam revocare.

[f] *Nuper*] Postquam Cæsar occisus est, non censuit Lepidus agendum esse armis cum Pompeio Magni filio, sed eum amice in patriam esse revocandum.

[g] *Quod nec L. Æmilio*] Nec L. Paulo Æmilio, nec Æmiliano Scipioni Minori propter deletam Carthaginem; nec Majori Africano, qui et ipse quoque de Carthagine, nec Mario qui de Cimbris triumphavit; nec Pompeio, propter multas ubique relatas victorias statuæ decretæ sunt.

Digitized by Google

maximos contulistis. v. 10. Existimasne igitur, M. Lepide, qualem Pompeium respublica habitura sit civem, tales futuros in republica[4] Antonios? In altero pudor, gravitas, moderatio, integritas: in illis (et cum hos compello, prætereo animo[5] ex grege latrocinii neminem) libidines, scelera, ad omne facinus immanis audacia. Deinde obsecro vos, patres conscripti, quis hoc vestrum non videt, quod Fortuna ipsa, quæ dicitur cæca, vidit?[6] Salvis enim actis Cæsaris,[h] quæ concordiæ causa defendimus, Pompeio sua domus patebit:[7] eamque non minoris, quam emit Antonius, redimet: redimet,[8] inquam, Cn. Pompeii domum filius. O rem acerbam! Sed hæc satis diu multumque defleta sunt. Decrevistis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patriis in[9] prædæ dissipatione[l] inimicus victor[i] redegisset. 11. Sed[10] hanc mihi dispensationem,[m] pro paterna necessitudine et conjunctione, deposco. Redimet hortos, ædes, urbana quædam, quæ possidet Antonius: nam argentum, vestem, supellectilem, vinum[1] amittet æquo animo, quæ ille helluo dissipavit. Albanum, Firmanum[k] a Dolabella recuperabit; etiam ab Antonio Tus-

[l] *Venditione.* [m] *Administrationem hujus rei.*

Grut. *conf., primum ut lic.* Vat. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. *conf., cum primum lic.*

Cap. v. 4 Lamb. *in rempublicam.* Omittunt *in republica* Mss. nonnulli et edd. ante Muret.—5 Pro *animo* ψ et Colon. *illius;* Manut. et Grut. *omnino* e conjectura Ferrarii.—6 ψ *videt.*—7 Ern. suspic. *non patebit.*—8 *Redimet* semel tantum legitur in *v.* A verbis *O rem acerbam* usque ad finem Philippicarum deficit Ms. Vat.—9 Pro *in* ψ habet *vi.* Tum, *prædæ dispensatione inimicus* Ms. Ursini: *prædæ dissipationem inimicitiis* ψ.—10 *Sed* Manutio suspectum est. Deinde, ψ *et al. dissipationem.*—1 Pro *vinum* Ms. Grævii et Ms. Scalæ habent *una;* al. *unum;* ψ, Huyd. et edd. vett. *universam.* Tum, *ille helluo, illa bellua dissipavit* ψ, Barb. 1. 2. edd. Rom. Ven. Junt. Paulo post, pro *Firmanum* Mss. plerique Ferrarii habent *Firmianum;* al. cum Manut.

NOTÆ

[h] *Salvis actis Cæsaris*] Cæsar in actis suis præceperat, ut bona Pompeii redderentur, quæ sub hasta emta fuerant, ac maxime domus illius ab Antonio.

[i] *Victor*] Antonius bona Pompeii vendiderat.

[k] *Albanum, Firmanum* [*Formianum*] Albanum, Formianum, et Tusculanum prædia et villæ erant, quæ omnes in Latio sitæ erant.

Digitized by Google

culanum: hique, qui nunc Mutinam oppugnant, D. Brutum obsident, de Falerno Anseres[1] depellentur.[2] Sunt alii plures fortasse: sed mea memoria[3] dilabuntur. Ego etiam eos dico, qui hostium numero[4] non sunt, Pompeianas possessiones, quanti emerint, filio redditurос. 12. Satis inconsiderati fuit, ne dicam audacis, rem ullam ex illis attingere: retinere vero quis poterit, clarissimo domino restituto? An is non reddet,[m] qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco,[n] Pompeii servus, libertus Cæsaris, agri Lucani[o] possessiones occupavit? Atque illud septies millies,[p] quod adolescenti, patres conscripti, spopondistis, ita describetur,[5] ut videatur a vobis Cn. Pompeii filius in patrimonio suo collocatus. Hæc senatus:[q] reliqua populus Romanus in ea familia, quam vidit amplissimam, persequetur:[6] in primis paternum auguratus locum,[r] in quem ego eum, ut, quod a patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo.[7] Utrum igitur

Car. Steph. et Orell. *Formianum.*—2 *Depellantur* ψ et edd. vett. cum Grut.—3 Muret. *sed de mea mem.*—4 *v qui in ostium numero.*—5 *Describentur v*: *describite* ψ, Barb. 1. 2. et edd. ante Græv. cum Oliv.—6 ψ et edd. vett. *prosequetur.* Mox, iidem *in quo ego.*—7 ψ *cooptabo.* Paulo post, Ms. Langii et al. omittunt *Optimi.*

NOTÆ

[1] *De Falerno Anseres*] Alludit ad Anserem, quendam Antonii poëtam, qui ejus laudes scribebat; quem fortasse Ecloga IX. pungit Virgilius his verbis: 'Argutos inter strepere anser olores.' Huic Antonius agrum ex Pompeii bonis in Falerno dederat. Ait autem Anseres in plurali per synecdochen.

[m] *An is non reddet*] Demetrium quendam significat, qui Pompeii servus fuit, et in quem tot bona et possessiones contulerat, ut prope par domino esset. Cum autem interfectus esset Pompeius, obtinuit a Cæsare, ut inter ejus libertos ascriberetur.

[n] *Quasi thesaurum draco*] Alludit ad draconem illum pervigilem, qui Hesperidum hortos custodiebat.

[o] *Agri Lucani*] Lucanus ager, seu potius Lucani populi, in Italia fuerunt, a Samnitibus oriundi, duce Luco huc profecti.

[p] *Septies millies*] Jam sæpius de illa summa in superioribus, quam de bonis Pompeii conflaverat Cæsar, et ad Opis ædem deposuerat, quam rapuit Antonius.

[q] *Hæc senatus*] Senatus bona ablata Pompeio, populus vero honores restituet.

[r] *Paternum auguratus locum*] Cicero in collegium augurum fuerat a Pompeio Magno cooptatus. Eandem vicem reddere Sexto Pompeio, Magni filio, vult Cicero.

Digitized by Google

augurem Jovis Optimi Maximi, cujus interpretes internuntiique constituti sumus, utrum populus Romanus libentius sanciet, Pompeium an Antonium? Mihi quidem numine Deorum immortalium videtur hoc fortuna voluisse, ut, actis Cæsaris firmis ac ratis, Cn. Pompeii filius posset et dignitatem et fortunas patrias recuperare. VI. 13. Ac ne illud quidem silentio, patres conscripti, prætereundum[8] puto, quod clarissimi viri, legati,[s] L. Paulus, Q. Thermus, C. Fannius, quorum habetis cognitam voluntatem in rempublicam,[9] eamque perpetuam atque constantem, nuntiant, se Pompeii conveniendi causa devertisse Massiliam,[t] eumque cognovisse paratissimo animo, ut cum suis copiis iret ad Mutinam, ni vereretur veteranorum animos offendere.[10] Est vero ejus patris filius, qui sapienter faciebat non minus multa, quam fortiter. Itaque intelligitis et animum ei[1] præsto fuisse, nec consilium defuisse. Atque etiam hoc M. Lepido providendum est, ne quid arrogantius, quam ejus mores ferunt,[2] facere videatur. 14. Si enim nos exercitu terret, non meminit, illum exercitum, senatus populique Romani atque universæ reipublicæ esse, non suum. At uti potest pro suo. Quid tum? omniane viris bonis, quæ facere possunt, facienda sunt? etiamne, si[3] turpia, si perniciosa erunt? [*p.* 249.] si facere omnino non licebit? quid autem turpius aut fœdius,[4] aut quid minus deceat, quam contra senatum, contra cives, contra patriam exercitum ducere? quid vero magis vituperandum, quam id facere, quod non liceat? Licet autem nemini contra pa-

CAP. VI. 8 Mss. pauci et edd. vett. *prætermittendum.*—9 ψ *in repub.*—10 ψ *ad Mut., viveretur ne vet. anim. offenderet. Est vero ejus patris, qui, &c.*—1 *v eis.*—2 Huyd. *fuerunt.* Ern. conjecit *ferant* legend.—3 ψ et edd. vett. *etiam si.*—4 Ern. conj. *turpius ac fœdius.* Tum, *quid minus* e Guelf. et edd. pr. recepit Ern. quem Schutz. et Wernsd. sequuntur. Ceteri *quod minus.*—

NOTÆ

[s] *Legati*] L. Paulus, Q. Thermus, et C. Fannius, a senatu legati missi sunt ad Sextum Pompeium.

[t] *Massiliam*] De ea urbe dictum est.

Digitized by Google

triam ducere exercitum; si quidem licere dicimus,[5] quod legibus, quod more majorum institutisque conceditur. Neque enim, quod quisque potest, id[6] ei licet: nec, si non obstatur,[a] propterea etiam permittitur. Tibi enim exercitum, Lepide, tanquam majoribus tuis, patria pro se dedit. Hoc tu arcebis hostem, fines imperii propagabis: senatui populoque Romano parebis,[7] si quam ad aliam rem te forte traduxerit. VII. 15. Hæc si cogitas, es, M. Lepide, pontifex maximus, M. Lepidi, pontificis maximi,[u] pronepos.[8] Sin hominibus tantum licere judicas, quantum possunt;[9] vide, ne alienis exemplis,[x] iisque recentibus,[y] uti, quam et antiquis et domesticis malle videare. Quodsi[10] auctoritatem interponis[z] sine armis, magis equidem laudo: sed vide, ne hoc ipsum non sit necesse. Quanquam enim est tanta in te auctoritas, quanta debet in homine nobilissimo; tamen senatus se ipse non[1] contemnit: nec vero fuit unquam gravior, constantior, fortior. Incensi omnes rapimur ad libertatem recuperandam: non potest, ullius auctoritate, tantus senatus populique Romani ardor ex-

[a] *Nemo obstat.*

5 *Si quidem lic. id dicimus* edd. vett. cum Lamb. et Orell. Mox, *v concedatur.* —6 In *v* deest pronomen *id*. Paulo post, in eodem legitur *permittatur.*—7 *v parebit*, et mox *traduxeris*.

CAP. VII. 8 *Hæc si cogitasses, M. Lepide, M. Lepidi, pontificis maximi, fueris pronepos* Mss. nonnulli et edd. vett. sic etiam Muret. nisi quod *fueris* omittat. *Hæc si cogitas, es M. Lepidus, pontifex maximus, M. Lepidi, pontificis maximi, pronepos* e conjectura Ferrarii dederunt Manut. Car. Steph. Faërn. Lamb. et Orell. Deinde, *v Qui hominibus:* al. *Sin hominibus.*—9 Ern. conj. *possint*. Mox, *hisque recentibus* Muret. Faërn. et Lamb. Nonnulli omittunt copulam ante vocem *antiquis.*—10 *ψ Qui si*. Tum, *magis quidem* edd. vett.

NOTÆ

[u] *M. Lepidi, pontificis maximi*] M. ille Lepidus de Liguribus triumphavit. Fuit pontifex maximus, censor, princeps senatus, et in Ægyptum missus, ut tutorio nomine pupilli regnum administraret.

[x] *Alienis exemplis*] Exempla aliena dicit, et recentia, quæ abhorrent plane ab antiquis Lepidorum moribus, qui semper reipublicæ addicti fuerunt.

[y] *Recentibus*] Recentia exempla appellat, quæ a Julio Cæsare data sunt.

[z] *Quodsi auctoritatem interponis*] Hortatur Lepidum, ut, si obsistere velit decretis senatus et reipublicæ, obsistat quidem, sed pacifice, et armis non utatur.

Digitized by Google

stingui:[2] odimus: irati pugnamus: extorqueri de manibus arma non possunt: receptui signum,[a] aut revocationem a bello audire non possumus: speramus optima: pati vel[3] difficillima malumus, quam servire. 16. Cæsar confecit invictum exercitum:[b] duo fortissimi consules[c] adsunt cum copiis: L. Planci,[4][d] consulis designati, varia et magna auxilia non desunt: de D. Bruti salute certatur.[e] Unus furiosus gladiator,[f] cum teterrimorum latronum manu, contra patriam, contra Deos penates, contra aras et focos, contra quatuor consules[g] gerit bellum. Huic cedamus?[h] hujus conditiones audiamus? cum hoc pacem fieri posse credamus?

VIII. At periculum est, ne[5] ab hoc opprimamur. Non metuo, ne is,[i] qui suis amplissimis fortunis, nisi nobis salvis,[6] frui non potest, prodat salutem suam. Bonos cives primum natura efficit, adjuvat deinde fortuna. Omnibus enim bonis expedit, salvam esse rempublicam: sed in iis, qui fortunati sunt,[k] magis id apparet. 17. Quis fortunatior

—1 Al. *ipse se non*: Junt. *ipse non se*.—2 Ursinus conj. *restingui*. Mox, *v ψ extorqueri manibus*.—3 *v velle*.—4 *ψ L. Plancii*. Statim, Grævli et Ferrarii Mss. *in D. Bruti salute*: *v magna aux. non desinunt in D. Bruti sal.*

CAP. VIII. 5 Pro *ne ψ* habet *ut*. Verba *ab hoc* omittunt Mss. omnes et edd. ante Lamb. cum Orell.—6 Guelf. *nisi vobis salvis*: Ms. Langii cum Manut. Faërn. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Wernsd. in ed. maj. *nisi bonis*

NOTÆ

[a] *Receptui signum*] Subauditur, 'canentis receptui signum:' ita enim familiaris fuit hic loquendi modus, ut 'canere' non addatur.

[b] *Cæsar confecit exercitum*] Loquitur de Octavio Cæsare.

[c] *Duo fortissimi consules*] Hirtius et Pansa.

[d] *L. Planci*] Plancus tenebat ulteriorem Galliam.

[e] *De D. Bruti salute certatur*] Is Brutus obsidebatur ab Antonio Mutinæ, ut sæpius jam dictum est tum hac, tum superioribus Philipp.

[f] *Furiosus gladiator*] Antonius gladiator ab eo per contemtum dicitur.

[g] *Quatuor consules*] Duo consulatu, Pansa et Hirtius, fungebantur: duo erant designati, Plancus et D. Brutus.

[h] *Huic cedamus*] Indignationem suam in Antonium, et eos qui pacem cum eo volebant, expromit.

[i] *Ne is*] Lepidum intelligit.

[k] *Qui fortunati sunt*] Eos designat, qui florentes sunt, et divitiis abundant in republica.

Digitized by Google

Lepido, ut ante dixi? quis eodem sanior?* [7] vidit ejus mœstitiam atque lacrymas populus Romanus Lupercalibus:[l] vidit,[8] quam abjectus, quam confectus esset, cum Cæsari diadema imponens Antonius, servum se illius, quam collegam esse malebat. Qui si reliquis flagitiis et sceleribus se [9] abstinere potuisset, tamen unum ob hoc factum, dignum illum omni pœna putarem. Nam, si ipse servire poterat, nobis dominum cur imponebat? et, si ejus pueritia pertulerat libidines eorum, qui erant in eum tyranni, etiamne in nostros liberos dominum et tyrannum comparabat? Itaque illo interfecto, qualem eum in nos esse voluit, talis ipse in ceteros extitit. 18. Qua enim in barbaria [10] quisquam tam teter, tam crudelis tyrannus, quam in hac urbe armis barbarorum stipatus [m] Antonius? Cæsare dominante veniebamus in senatum, si non libere, attamen tuto: hoc archipirata, (quid enim dicam, tyranno?) hæc subsellia ab Ityreis [n] occupabantur. Prorupit subito Brundisium, ut inde, agmine quadrato,[o] ad urbem accederet: lautissimum oppidum, nunc municipium, honestissimorum [1] quondam colonorum, Suessam, fortissimorum militum sanguine implevit: Brundisii, in sinu, non modo [2] avarissimæ, sed etiam crudelissimæ uxoris, delectos Martiæ legionis centuriones trucidavit. [*p.* 250.] Inde se quo furore, quo ardore, ad urbem, id est, ad cædem optimi cujusque, rapi-

* *Prudentior.*

salvis.—7 *v quis eorum sanior.*—8 Idem *vidi.* Tum, Huyd. et al. *quam abjectus esset, quam conf.* In edd. vett. paucis omittitur *quam abjectus.* Postea, ψ *diadema imponeret.*—9 Edd. vett. cum Grut. *se* omittunt.—10 *v* ψ *Qua enim barb.* edd. vett. *In qua enim barb.*—1 Barb. 2. *laut. opp. nunc, municipiumque hon. &c.* Orellius e conj. Manutii recepit *laut. opp., nunc municipum, hon. &c.* Lamb. legi maluit, *laut. opp., nunc municipium, hon. quondam colonorum coloniam, Suessam, &c.*—2 Mss. Victorii *non modo* omittunt.

NOTÆ

[l] *Lupercalibus*] De Lupercalibus, et de illo diademate ab Antonio Cæsari imposito, vide Philipp. II. § 84. not.

[m] *Armis barbarorum stipatus*] Barbaros ex Asia Antonius adduxerat.

[n] *Ityreis*] Ityreos ex Judæa adduxerat secum Antonius.

[o] *Agmine quadrato*] Vide Philipp. VIII. § 20. not.

Digitized by Google

ebat! Quo tempore Dii immortales ipsi præsidium improvisum nec opinantibus nobis obtulerunt. IX. 19. Cæsaris enim incredibilis ac divina virtus latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit: quem tum [3] ille demens lædere se putabat edictis, ignorans, quæcunque falso diceret in sanctissimum adolescentem, ea vere recidere in memoriam pueritiæ suæ. Ingressus urbem est, quo comitatu, vel potius agmine! cum dextra, sinistra, gemente populo Romano, minaretur dominis,[p] notaret[p] domos, divisurum se urbem palam suis polliceretur. Rediit ad milites; ibi pestifera[q] illa Tiburi [4] concio. Inde ad urbem cursus: senatus [5] in Capitolium: parata, de circumscribendo[r] adolescente, sententia consularis;[6] [q] cum repente (nam Martiam legionem Albæ consedisse sciebat) affertur ei de quarta nuntius: quo perculsus abjecit consilium referendi ad senatum de Cæsare. Egressus est non viis, sed tramitibus,[r] paludatus:[s] eoque die ipso [7] innumerabilia senatusconsulta fecit; quæ quidem omnia citius delata[8] quam scripta sunt. 20. Ex eo non iter, sed cursus et fuga [9] in Galliam. Cæsarem sequi arbitrabatur cum legione Martia, cum quarta, cum veteranis; quorum ille nomen præ metu ferre non poterat: eique in Galliam penetranti, D. se Brutus objecit;

[p] *Designaret.* [q] *Seditiosa.* [r] *Opprimendo.*

CAP. IX. 3 Al. *quem tamen.* Mox, Ms. Langii *falso idiceret:* alii *falso indiceret:* unde Ferrarius conjecit *falso is diceret;* quod Faërn. Grut. et Oliv. receperunt. Lambinus e conjectura Faërni edidit *falso in iis* (scil. edictis) *diceret.* Paulo post, *v reciderent:* ψ *reciderent.*—4 Al. *Tibure.*—5 *v senatui.*—6 Idem *consulari.* Faërnus conj. *jam Martiam leg.*—7 *Eodemque die ipso* Mss. nonnulli et edd. vett. *eoque ipso die* Mss. Ferrarii cum Faërn. Lamb. et Orell.—8 *Deleta v* et al. *perlata* al. *selecta* Mss. nonnulli Pariss. *lecta* Mss. aliquot et edd. vett. cum Grut. *relata* volebat Ursinus. In Ms. Grævii legitur *cicius perfecta, perlata, quam scripta sunt:* Jen. *citius perfecta, pro-*

NOTÆ

[p] *Minaretur dominis*] Intelligit ædium dominos.

[q] *Consularis*] Q. Fufius fuit ille consularis.

[r] *Non viis, sed tramitibus*] Viæ in eo differunt a tramitibus, quod viæ latæ sint et amplæ, at tramites angustiores sint et devii.

[s] *Paludatus*] Id est, imperatoria veste indutus.

Digitized by Google

qui se totius belli fluctibus circumiri, quam illum aut regredi,[10] aut progredi maluit; Mutinamque illi exultanti, tanquam frænos furoris injecit. Quam cum operibus munitionibusque sepsisset, nec eum florentissimæ coloniæ dignitas, neque consulis designati majestas a parricidio deterreret; tum, me (testor et vos, et populum Romanum, et omnes Deos, qui huic urbi præsident[t]) invito et repugnante, legati missi tres consulares ad latronem M. Antonium, gladiatorum ducem. 21. Quis tam barbarus unquam? tam immanis? tam ferus? Non audivit: non respondit: neque eos solum præsentes, sed multo magis nos, a quibus illi erant missi, sprevit, et pro nihilo putavit. Postea, quod scelus, quod facinus parricida[1] non edidit? Circumsedit[a] colonos vestros, exercitum populi Romani, imperatorem, consulem designatum: agros divexat civium optimorum: hostis teterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minitatur. x. Cum hoc, M. Lepide, pax esse quæ potest? cujus ne supplicio quidem ullo satiari videtur posse populus Romanus.

22. Quodsi quis adhuc dubitare potuit, quin nulla societas[2] huic ordini populoque Romano cum illa importunissima bellua possit esse; desinet[3] profecto dubitare, his cognitis literis, quas mihi missas ab Hirtio consule modo accepi. Eas dum recito, dumque de singulis sententiis breviter disputo, velim,[4] patres conscripti, ut adhuc fecistis, me attente audiatis. 'Antonius Hirtio et Cæsari.'[u] Neque se imperatorem,[5] neque Hirtium consulem, nec pro

[a] *Obsedit.*

lata, quam scripta sunt.—9 *v fugam.*—10 Mss. pauci et edd. vett. *egredi.* Mox, ψ *exulanti.*—1 ψ *patricidia.* In *v* deest. Mox, *v Circumdedit.*

Cap. x. 2 ψ *quin ulla soc.*—3 Ern. e conjectura cum Schutz. *desinet*: ceteri *desinat.*—4 Mss. multi et edd. ante Manut. cum Mureto non agnoscunt *velim*, pro quo Lamb. conjecit *peto* legend., prob. Mureto.—5 Schutzius

NOTÆ

[t] *Qui huic urbi præsident*] Agnoscebant Romani Deos urbium et provinciarum præsides.

[u] *Antonius Hirtio et Cæsari*] Ex hoc loco patet in fronte literarum solitos fuisse veteres, tum nomen cum scriberent, tum eum ad quem scriberent, apponere.

Digitized by Google

prætore Cæsarem. Satis hoc quidem scite: deponere alienum nomen[x] ipse maluit, quam illis suum reddere. 'Cognita morte C. Trebonii, non plus gavisus sum, quam dolui.' Videte, quid se gavisum, quid doluisse[6] dicat: facilius de pace deliberabitis. 'Dedisse pœnas sceleratum cineri atque ossibus clarissimi viri,[y] et apparuisse numen Deorum intra finem anni vertentis,[z] aut jam soluto supplicio parricidii,[7] aut impendente, lætandum est.' [*p.* 251.] O Spartace![a] (quem enim te potius appellem?[t]) cujus propter nefaria[8] scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina; lætandum esse, ausus es[9] scribere, Trebonium dedisse pœnas? sceleratum Trebonium? quo scelere, nisi quod te Idibus Martiis[b] a debita tibi peste seduxit?[u] [c] 23. Age, hoc lætaris: videamus, quid moleste feras.[10] 'Hostem judicatum hoc tempore Dolabellam, eo, quod sicarium occiderit, et videri cariorem populo Romano filium scurræ,[d] quam C.

[t] *Quo alio te nomine appellem?* [u] *Morte abduxit.*

e conjectura Ernesti recepit *imperatorum dicit.* Mox, *nec pop. Rom. prætorem Cæsarem* ψ: *nec p. r. pr. Cæsarem* Barb. 1. 2. *nec po. Ro. præter Cæsarem* ed. Rom. *nec proprætorem Cæsarem* Manut. et alii. Deinde, nonnullæ edd. vett. *Satis hæc quidem.* Pro *scite* in *v sorte.*—6 Mss. pauci et edd. vett. *quid se dol.*—7 *Parricidiæ* Mss. nonnulli: *parricidæ* edd. vett. cum Grut. Verba *aut jam sol. suppl. parricidii, aut imp.* suspecta erant Ernesto.—8 *v* ψ et nonnullæ edd. vett. *nefanda.*—9 *v ausus est.*—10 Barb. 1. *ferat.* In *v* et ψ deest *Hostem.* Tum, *v Dolabellæ.* Paulo post, *cariorem Romani equitis filium scur-*

NOTÆ

[x] *Deponere alienum nomen*] Alienum a se nomen Antonius assumsisset, si se imperatorem nominasset, quia neque lege aliqua, neque more imperium ei decretum fuerat.

[y] *Clarissimi viri*] Is vir clarissimus fuit Caius Julius Cæsar.

[z] *Anni vertentis*] Annus vertens dicitur, cum duodecim signorum intervalla sol pervagando ad idem signum redit unde cœperit.

[a] *Spartace*] Spartacus dux fuit servorum fugitivorum, qui, collecto exercitu, bellum movit, Lentuli exercitum dissipavit, et a M. Crasso fugatus, cum suis omnibus fortissime dimicans, occisus est.

[b] *Idibus Martiis*] Hoc Iduum tempore interfectus est Julius Cæsar.

[c] *Seduxit*] Cum Cæsar interficeretur in senatu, venientem Antonium Trebonius moratus est; quem Antonium interfectum fuisse reipublicæ utile fuisset.

[d] *Filium scurræ*] Invidiose Trebonium scurræ filium nominabat Antonius, quia pater ejus festivus erat et urbanus.

Digitized by Google

Cæsarem, patriæ parentem, ingemiscendum est.' Quid? ingemiscis hostem Dolabellam judicatum?[1] quid? te non intelligis, delectu tota Italia habito, consulibus missis, Cæsare[2] ornato,[z] sagis denique sumtis, hostem judicatum? Quid est autem, scelerate, quod gemas, hostem Dolabellam judicatum a senatu? quem tu ordinem omnino esse nullum putas; sed eam tibi causam belli gerendi proponis, ut senatum funditus deleas, reliqui boni et locupletes omnes summum ordinem subsequantur. At scurræ filium appellat. Quasi vero ignotus nobis fuerit splendidus eques Romanus,[3] Trebonii pater. Is autem humilitatem despicere audet cujusquam, qui ex Fadia[4][e] sustulerit liberos? XI. 24. 'Acerbissimum vero est, te, A. Hirti, ornatum esse beneficiis[5] Cæsaris, et, talem ab eo relictum, qualem ipse miraris.' Equidem negare non possum, a Cæsare Hirtium ornatum: sed illa ornamenta,[6] in virtute et industria posita, lucent. Tu vero, qui te ab eodem Cæsare ornatum[7] negare non potes, quid esses, si tibi ille non tam multa tribuisset? ecquo te tua virtus provexisset? ecquo genus?[8] In lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumsisses, ut faciebas, cum in gremiis mimarum[9] mentum mentemque[f] deponeres. 'Et te, o puer,'[g] . . . Puerum appel-

[z] *Laudato.*

ræ v: *cariorem R. P. filium scurræ* alii.—1 *v* et Ms. Car. Steph. *judicatum* omittunt.—2 ψ *Cæsari*. Mox, *v quid autem*, omisso *est*.—3 ψ *splendidus quir*.—4 Pro *Fadia* Mss. Ferrarii et Grævii habent *ea die*; sic etiam Mss. Pariss. *eadem* omnes alii Mss. et edd. ante Manut. qui cum edd. seqq. dedit *Fadia* e conjectura Ferrarii.

Cap. xi. 5 Orell. ex ed. Gryph. 1550. dedit *ornatum benef*. Ferrarius conjecit *orn. et benef.* vel *et orn. eis benef.* unde Manut. Car. Steph. et Muret. ediderunt *orn. et benef.* Lamb. *et orn. eis benef.*—6 Manut. Car. Steph. Muret. et Lamb. *sed illa omnia orn.*—7 *v natum*.—8 Pro *genus* Ursinus conj. *ingenium* legend. Tum, ψ *illustris*.—9 Pro *mimarum* in *v minaretur*. Deinde,

NOTÆ

[e] *Ex Fadia*] Hæc Fadia libertini hominis filia fuit. De ea dictum fuit in Philipp. iii.

[f] *Mentum mentemque*] Agnominationem facit ad festivam orationem reddendam.

[g] *Et te, o puer*] Per contemtum sic Antonius Octavium Cæsarem appellat.

Digitized by Google

lat, quem non modo virum, sed etiam fortissimum virum sensit et sentiet. Est istuc quidem [10] nomen ætatis, sed ab eo minime usurpandum, qui suam amentiam puero [1] huic præbet ad gloriam. 25. 'Qui omnia ejus nomini debes,' [h] . . . Debet vero, solvitque præclare.[z] Si enim ille patriæ parens est, ut tu appellas, (ego, quid sentiam, videro) cur non hic parens verior, a quo certe vitam habemus, e tuis facinorosissimis manibus ereptam? 'id agere,[3] [i] ut jure damnatus sit Dolabella?' Turpem vero actionem, qua defenditur amplissimi auctoritas ordinis [4] contra crudelissimi gladiatoris amentiam! 'et ut venefica [k] hæc liberetur [5] obsidione?' Veneficam audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia invenit? quem ita obsides, nove Hannibal, aut si quis acutior imperator fuit,[6] ut te ipse obsideas, neque te istinc, si cupias, possis explicare. Recesseris: undique omnes insequentur. Manseris: hærebis.[y] Nimirum recte veneficam [7] appellas, a quo tibi præsentem pestem [z] vides comparatam. 'Ut quam potentissimus [8] sit Cassius atque Brutus?' 26. Putes Censorinum dicere, aut Ventidium,[l] aut etiam ipsos Antonios. [p. 252.] Cur autem nolint [9] potentes esse, non modo opti-

[y] *Peribis.* [z] *Mortem.*

mentem mentumque edd. ante Manut.—10 Mss. aliq. et edd. vett. *sentit.* Mox, edd. vett. *Est istud quidem.*—1 In *v ψ* et edd. vett. non legitur *puero.*—2 *ψ debet, Debet vero solvi præcl.* Tum, pro *parens, ψ,* Ms. Car. Steph. Mss. Ferrarii et edd. ante Muret. habent *pater.* Porro, *est* omittunt *v,* Ms. Car. Steph. et Mss. Ferrarii cum Orell.—3 *v id augere.*—4 *ψ amplissima auct. ord.* al. *amplissimi ord. auct.*—5 *v ψ,* Ms. Ursini et edd. vett. *ut veneficus* (*ψ venefica*) *hac lib.* Tum, *Venefica audes* Ms. Grævii: *Veneficum audes v* et edd. vett.—6 *ψ fuerit.* Mox, *neque istinc* Mss. aliq. et edd. vett.—7 *v* et edd. vett. *veneficum.*—8 *v potissimus.*—9 *ψ* et edd. vett. *nolim.* In *ψ* deest *optimos.*

NOTÆ

[h] *Qui omnia ejus nomini debes*] Objicit Antonius Octavio, quod omnia debeat Julio Cæsari, quia ei testamento nomen et hæreditatem reliquerat.

[i] *Id agere*] Subauditur 'decet.'

[k] *Et ut venefica*] Aut per contemptum veneficam Brutum appellat, quasi omni fortitudinis laude destitutum; aut sane *veneficus,* ut in vetustissimis codicibus legitur, reponendum.

[l] *Censorinum dicere, aut Ventidium*] Censorinus et Ventidius homines erant flagitiis infames, qui erant in partibus Antonii.

Digitized by Google

mos et nobilissimos viros, sed secum etiam in reipublicæ[10] defensione conjunctos? 'Nimirum eodem modo[m] hæc aspicitis, ut priora.' Quæ tandem?[1] 'Castra Pompeii senatum[n] appellatis.' XII. An vero tua castra potius[2] senatum appellaremus? in quibus tu videlicet consularis,[o] cujus totus consulatus est ex omni monumentorum memoria revulsus:[3] duo prætores[p] sine causa[q] diffisi, se aliquid habituros (nos enim Cæsaris beneficia defendimus); prætorii,[r] Philadelphus Annius, et innocens[s] Gallius;[4] ædilicii,[t] Coricus, laterum et vocis[u] meæ Bestia, et fidei patro-

—10 ψ *rep.*—1 Ferrarius conjecit *Qui tandem.* Mox, *appellabatis* recepit Orell. e Ms. Bergeri.

CAP. XII. 2 Faërnus et Lamb. *potius* omittunt. Tum, Ern. conj. *sen. appellemus.* Post *tu* Huyd. et edd. pleræque ante Lamb. cum Orell. addunt *es.* Mox, in *v est* omittitur.—3 *Mem. vultus v*: *mem. avulsus* Franc. *mem. est avulsus* Ms. Grævii: *mem. evulsus* al. Mox, Ms. Grævii *diffusi.*—4 Ms. Ursini *M. Gallius*: al. *Caius.* Pro *Corycus* ψ habet *Coryciis*; Ms. Langii *Eoricus*; nonnullæ edd. vett. *C. Oricus*; Schutz. et Orell. *corycus* minuscula litera. Vid. Ind. Latinitatis. In Jen. legitur, *Edilitius C. laterum et vocis meæ * Bestia*: Ms. Grævii *Ædilitius Coricus, laterum, &c.* Muret. **Adilitii, Coricus, laterum, &c.* Naug. *ædilicii, C. Oricus laterum et vocis meæ testis Bestia.* Ern. Schutz. et Wernsd. locum corruptum esse putant. Schutz. censet latere *Vopiscus*: vid. Philipp. XI. 5. Vid. Nott. Varr. Deinde, Lamb. *etiam fidei patr.* In ed. Rom. omittitur *creditorum*, unde Garatono suspectæ

NOTÆ

m *Nimirum eodem modo*] Id est, sic aspicitis castra vestra, inquit Antonius, ut priora aspexistis Pompeii castra, quem senatum appellatis.

n *Castra Pompeii senatum*] Fere omnes senatores cum consulibus ad Pompeii castra se contulerant.

o *Videlicet consularis*] Ironice consularem Antonium appellat, quia ejus consulatus a tabulis publicis revulsus fuerat.

p *Duo prætores*] Censorinus et Caius Antonius prætores fuerunt Antonio consule.

q *Sine causa*] Ille Censorinus et Antonius sine causa diffisi sunt se aliquid habituros ex beneficiis Cæsaris, nam cum senatus acta Cæsaris firma esse voluerit, quæ a Cæsare concessa sunt, mutare noluit.

r *Prætorii*] Prætorii dicuntur, qui præturam gesserunt.

s *Innocens*] Ironia.

t *Ædilicii*] Ædilicii sunt, qui ædilitate functi sunt.

u *Laterum et vocis*] Bestia accusatus fuerat in judicio a Sestio de ambitu, et defensus a Cicerone. Ait autem eum Bestiam suæ tum vis dicendi, tum fidei testimonium dare posse, quam tamen prodidit, cum Antonium, et reipublicæ et Ciceronis hostem, secutus est. Hanc autem Bestiæ defensionem per latera et vocem expressit, quæ firma oportet esse dicentibus.

Digitized by Google

nus;[x] fraudator[y] creditorum Trebellius, et homo diruptus dirutusque,[5] [z] Q. Cœlius, columenque amicorum Antonii, Cotyla Varius; quos Antonius deliciarum causa loris in convivio cædi jubebat a servis publicis:[6] septemvirales,[a] Lento, Nucula: tum deliciæ atque amores populi Romani L. Antonius: tribuni[7] primum duo designati, Tullus Hostilius,[b] qui suo jure in porta nomen inscripsit;[8] qui cum prodere imperatorem suum non posset, reliquit: alter est designatus,[9] [c] Viseius nescio qui, fortis (ut aiunt) latro; quem tamen temperantem[d] fuisse ferunt Pisauri[10] [e] balneatorem. 27. Sequuntur alii, tribunicii, T. Plancus[1] [f] in primis;

erant voces *fraudator cred.*—5 Colon. *diruptus ruduSque.* Mox *quem* pro *quæ* e conj. Ferrarii dederunt Faërnus, Lamb. Lall. et Orell.—6 Franc. *cædi jubebat servis publice:* omnes alii Mss. et edd. ante Manut. cum Muret. *cædi jub. a suis publice:* Lamb. 1566. e conj. Turnebi *cædi jub. a suis publicis.* Ceteri ut Ern. de sententia Ferrarii.—7 Mss. plerique et edd. vett. *tribunitii.* Mox, *υ ψ* et edd. vett. *Tullius Hostilius.*—8 Ms. Langii *ascripsit.* Mox, *non potuisset υ ψ* et edd. ante Manut.—9 Ern. putat per glossam additum esse *est designatus.* Pro *Viseius ψ ni se jus;* Pal. 2. *nisi ejus;* Barb. 1. 2. *Niseius;* Mss. Ferrarii et al. *Inseius;* Maurit. *in senis,* unde fingebat Gulielm. *M. Senius;* al. *Ipseus, Insieus,* vel *Niseius.* Ursinus volebat *Visellius;* Grut. *Justeius.* Nomen omittunt Mss. Pariss. et Mss. Grævii. Deinde, *nescio quis* edd. vett.—10 *His auri ψ* et Franc. *Hisauri* Colon. Barb. 1. 2. *Isauri* Mss. alii et edd. ante Lamb. qui cum edd. seqq. dedit *Pisauri* e conj. Ferrarii.—1

NOTÆ

[x] *Fidei patronus*] Ironice: proditorem enim esse Bestiam arguit.

[y] *Fraudator*] Fraudatorem appellat, quia creditores fraudaverat.

[z] *Diruptus dirutusque*] Ludit in verbis: 'diruptus' enim significat hominem, ut dicunt, herniosum, quibus in scrotum cadunt intestina; 'dirutus' vero, qui patrimonium dissipavit.

[a] *Septemvirales*] Septemviri cum L. Antonio agris dividendis præfecti sunt.

[b] *Hostilius*] Is Hostilius discedens Roma, relicto suo imperatore Hirtio, cum prodere eum non potuisset, nomen suum in urbis portis inscripsit, et suo jure, id est, re et nomine se hostem declaravit. Hostilius enim ab hoste dicitur, et hinc hostilia arma nominantur.

[c] *Alter est designatus*] Viseius designatus tribunus fuit cum Hostilio, cujus nota erant latrocinia et libidines; qui Isauri balneator fuit, id est, qui præerat balneis, et pretium pro balneatura exigebat.

[d] *Temperantem*] Ironia.

[e] *Pisauri*] Pisaurum urbs est Piceni ad Isaurum seu Pisaurum amnem. Nunc *Pesaro.*

[f] *T. Plancus*] Quo tempore Clodius a Milone interfectus est, tunc Plancus tribunus plebis fuit, et auctor ut cadaver Clodii in curia a plebe cremaretur, quo incendio curia defla-

Digitized by Google

qui si senatum dilexisset, nunquam curiam incendisset: quo scelere damnatus, in eam urbem rediit armis, e qua excesserat legibus. Sed hoc ei commune cum plurimis[2] dissimillimis; illud tamen verum,[3] quod in hoc Planco proverbii loco dici solet, perire eum non posse, nisi ei crura fracta essent.[g] Fracta sunt, et vivit.[h] Hoc tamen, ut alia multa, Aquilæ fertur[4] acceptum. XIII. Est etiam ibi Decius, ab[5] illis, ut opinor, Muribus Deciis.[i] Itaque Cæsaris munere, Deciorum quidem, multo intervallo, per hunc præclarum virum memoria renovata est. Saxam vero Decidium præterire qui possum, hominem deductum ex ultimis gentibus,[k] ut eum tribunum plebis videremus, quem civem nunquam videramus? 28. Est quidem alter Saserna:[6][l] sed omnes tamen tantam habent similitudinem inter

ψ *C. Plancus.* υ prænomen omittit. Mox, *ex qua* Mss. Ferrarii cum Manut. et Car. Steph. *a qua* edd. vett. *unde* Ms. Scalæ cum Lamb.—2 *Pluribus* υ et Ms. Grævii, qui etiam habet *dissimilibus*, sed eadem manus correxit *dissimillimis*. Pighius ad ann. 702. corrigit *sibi simillimis:* Orell. legi maluit *sui simillimis*.—3 Pro *verum* Ern. volebat *proprium*. Garaton. suspic. *Illud vero in hoc Planco.* Locum corruptum esse censent Ern. Garaton. et Orell. qui in Addend. conjecit legend. *Illud tamen verum in hoc, quod proverbii loco dici solet: perire eum non posse, etsi ei crura fracta essent, &c.* Mox, *nisi ei et crura fracta essent* Ms. Grævii et duo alii Mss.—4 υ *ferunt*.

Cap. XIII. 5 υ caret præpositione. Pro *Muribus* ψ et edd. vett. habent *majoribus*. Mox, *Itaque Cæsaris numerose. Deliorum quidem* Ms. Grævii: *Itaque Cæs. numero se sit Deciorum quidem* Colon. Barb. 2. et al. *Itaque ut Cæsar modo sit Deciorum quem multo* Franc. *Itaque Cæs. munerore sit Deciorum quidem* Ms. Langii: *Itaque Cæs. es numerose, sed Deciorum quidem* Ms. Scalæ: *Itaque ut Cæsorum modo sic Deciorum quidem* nonnulli ap. Ferrar. *Itaque Cæs. numero se scit Deciorum quod* al. *Itaque ut munere Cæsaris Deciorum quidem* Ven. 1483. Junt. *Itaque Cæsaris munera rosit. Deciorum* e Ms. Car. Steph. recepit Orellius.—6 υ *Sasarena:* Ms. Langii *Saserana:* nonnulli

NOTÆ

gravit. Eo crimine de vi lege Pompeia damnatus, a Cæsare restitutus est.

[g] *Nisi ei crura fracta essent*] Eum Plancum latronem indicat, et cruce dignum: qui enim cruci figebantur, eorum crura frangebantur.

[h] *Fracta sunt, et vivit*] Philippica undecima dicitur Plancus ab Aquila præstantissimo cive Potentia expulsus, et quidem crure fracto.

[i] *Muribus Deciis*] Decii illi, suis virtutibus, armorum gloria, et caritate sua in patriam tam clari, cognomento Mures dicti sunt.

[k] *Deductum ex ultimis gentibus*] Saxa Decidius ex Celtiberia in Hispania fuit, quæ ultima dicitur, quia ad Oceanum occidentalem vergit.

[l] *Saserna*] Duo illius nominis fra-

Digitized by Google

se, ut in eorum prænominibus errem. Nec vero Exitius, Philadelphi frater, quæstor, prætermittendus est, ne, si de clarissimo adolescente siluero, invidisse videar Antonio. Est etiam Asinius[m] quidam, senator voluntarius, lectus ipse a se.[7] Apertam curiam vidit post Cæsaris mortem: mutavit calceos:[n] pater conscriptus repente factus est. Non novi Sex. Albedium:[8] sed tamen neminem tam maledicum offendi, qui illum negaret dignum Antonii senatu. Arbitror me aliquos præteriisse: de iis tamen, qui occurrebant, tacere non potui. Hoc igitur fretus senatu, Pompeianum senatum despicit; in quo decem fuimus consulares; qui si omnes viverent, bellum omnino hoc non fuisset: auctoritati cessisset audacia. 29. Sed quantum præsidii fuerit in ceteris, hinc intelligi potest, quod ego unus relictus e multis, contudi et fregi, adjuvantibus vobis, exultantis prædonis[o] audaciam. XIV. Quodsi fortuna nobis[9] modo non eripuisset Ser. Sulpicium, ejusque collegam ante, M. Marcellum;[10][p] (quos cives! quos viros!) si duos consules,[q] amicissimos patriæ, simul ex Italia ejectos; si L. Afranium,[r] summum ducem; si P. Lentulum,[s]

Saxerna: ψ et edd. vett. *Socerenas*, vel *Soseranus*. Edd. aliæ *Saserna* e conjectura Ferrarii. Ab edd. vett. abest *sed* ante *omnes*.—7 Garaton. conj. *a sese*.—8 Pro *Sex. Albedium* in *v* legitur *exalbe dium*. Mox, *tam maleficum* ψ, Barb. 1. 2. Rom. Ven. Paulo post, *indignum* Ms. Car. Steph.

CAP. XIV. 9 *v vobis*.—10 *Coll., M. Marcellum* nonnulli: *coll. ante M. Mar-*

NOTÆ

tres fuerunt: de uno nihil memoratur; de altero vero, quod Antonium in Galliam secutus est.

[m] *Asinius*] Asinius ille sua se sponte senatorem fecit sine ulla senatus auctoritate.

[n] *Mutavit calceos*] Senatores calceis nigris luna insignitis utebantur, ad indicandam gentis vetustatem ab Evandro et Arcadibus derivatam, qui se ante lunam extitisse gloriabantur.

[o] *Prædonis*] Antonii.

[p] *M. Marcellum*] Is est Marcellus, pro quo Cicero dixit apud Cæsarem; cui cum pepercisset Cæsar, tamen ille a Magio Chilone, cliente suo, Athenis interfectus est.

[q] *Duos consules*] Cum fugit Pompeius ex Italia, C. Marcellus et L. Lentulus consules eum secuti sunt.

[r] *L. Afranium*] L. Afranius periit in Africa, cum Cæsar reliquias Pompeianorum persequeretur.

[s] *P. Lentulum*] Ab exilio revocatus est Cicero hoc Lentulo consule: periit autem ille in acie Pharsalica.

Digitized by Google

civem, cum in ceteris rebus, tum in salute mea singularem; si Bibulum,[1] [t] cujus est in rempublicam merito semper laudata constantia; si L. Domitium, præstantissimum civem; si Appium Claudium, pari nobilitate et voluntate præditum; si P. Scipionem, clarissimum virum, majorumque suorum simillimum, respublica tenere potuisset; certe, his consularibus, non esset Pompeianus despiciendus senatus. 30. Utrum igitur æquius, utrum melius reipublicæ fuit, Cn. Pompeium, an sectorem[u] Cn. Pompeii, vivere Antonium? [*p*. 253.] Qui vero prætorii![2] quorum princeps M. Cato,[x] idemque omnium gentium virtute princeps. Quid reliquos clarissimos[3] viros commemorem? nostis omnes. Magis vereor, ne longum me in enumerando, quam ne ingratum in prætereundo putetis. Qui ædilicii! qui tribunicii! qui quæstorii![4] Quid multa? talis senatorum et dignitas et multitudo fuit, ut magna excusatione opus iis sit, qui illa in castra[y] non venerunt. XV. Nunc reliqua attendite. 'Victum Ciceronem ducem habuistis.'[5] Eo libentius ducem audio, quod certe ille dicit invitus: nam de victo nihil laboro:[z] fatum enim meum est, sine republica nec vinci posse, nec vincere. 'Macedoniam munitis exercitibus.' Et quidem fratri tuo, qui a vobis nihil degenerat,

cellum alii: *coll.*, *A. Marcellum* Mss. pauci et edd. vett.—1 *v Ebulum.* Orell. legi jubet *M. Bibulum.* Tum, ψ *in rep.*—2 *Quid vero prætorii* Barb. 1. Ms. Ursini et ed. Gryph. 1550. *Quid vero prætorios* edd. vett.—3 Al. *præclarissimos.*—4 Lamb. *Quid æd.! quid trib.! quid quæst.!* Deinde, *v qui multi tales sen.*

CAP. XV. 5 Pro *habuistis* Rom. Ven. Junt. exhibent *persequitur;* Gryph.

NOTÆ

[t] *Bibulum*] Bibulus vir patriæ studiosissimus, qui L. Domitio, Scipione, et Appio Claudio in eadem acie, qua superiores ceciderunt.

[u] *Sectorem*] Antonius Pompeii bona redemit a Cæsare, ut ea venderet.

[x] *M. Cato*] Cato is est qui Uticæ violentas sibi manus inferre, quam in Cæsaris venire potestatem maluit.

[y] *In castra*] Castra Pompeii intelligit, quo convenere omnes viri nobiles, qui aliquo fuerant insigniti magistratu.

[z] *De victo nihil laboro*] Eludit objectionem ab Antonio sibi factam: gloriosum enim sibi fuit sine republica nec vinci, nec vincere potuisse.

Digitized by Google

extorsimus.[a] 'Africam commisistis Varo[6] bis capto.'[a] Hic cum C. fratre putat se litigare. 'In Syriam Cassium misistis.' Non igitur sentis, huic causæ[7] orbem terræ parere; te, extra munitiones tuas, vestigium ubi imprimas,[b] non habere? 'Cascam[8] tribunatum[b] gerere passi estis.' 31. Quid ergo? ut[9] Marullum, ut Cæsetium,[c] a republica removeremus eum, per quem, ut neque idem hoc posthac, neque multa hujusmodi accidere possent, consecuti sumus? 'Vectigalia Juliana[d] Lupercis[10] ademistis.' Lupercorum[e] mentionem facere audet? neque illius diei memoriam perhorrescit, quo ausus est, obrutus vino, unguentis oblitus, nudus,[1] gementem populum Romanum ad servitutem cohortari? 'Veteranorum colonias, deductas lege et[2] senatusconsulto, sustulistis.' Nos sustulimus, an contra lege comitiis centuriatis[f] lata, sanximus?[c][3] Vide ne tu veteranos, tamen eos, qui erant perditi, perdideris, in eumque

[a] *Eripuimus.* [b] *Ubi ponas pedem.* [c] *Confirmavimus.*

1550. *sequimini.* In ψ deest *Eo.*—6 Orell. suspic. *munistis* legend. Paulo post, ψ *Naro.*—7 *v in hac causa.* Pro *parere* Lall. Schutz. Wernsd. et Orell. e Ms. Ursini dederunt *patere*, ut Lamb. volebat. In *v*, Barb. 1. 2. et Mss. Regiis omittitur.—8 *v* non agnoscit *Cascam.*—9 Schutz. et Wernsd. in ed. min. *Quid? Ergo ut.* Deinde, *M. Arillum* (vel *M. Arullum*) *et Cæs.* (vel *Cæsarem*) Mss. et edd. ante Manut. qui cum edd. seqq. e conj. Ferrarii recepit *Marullum, ut Cæsetium.*—10 Nonnulli *Juliis lupercis*: alii *Julianis lupercis* e conj. Ferrarii.—1 In *v* deest *nudus.*—2 Barb. 1. 2. Mss. Grævii et Ferrarii, ac edd. ante Manut. cum Orell. non agnoscunt copulam *et.*—3 *Contra legem* (vel *leges*) *com. cent. latam* (vel *latas*) *sanx.* Mss. et edd. ante Manut. cum Orell. Ceteri *contra lege com. cent. lata sanx.* e conjectura Ferra-

NOTÆ

[a] *Varo bis capto*] P. Varus, cum Pompeii partes sequeretur, captus est a Cæsarianis militibus, et ab eis dimissus: postea autem a triumviris proscriptus est, et occisus a Minturnensibus, cum fugeret.

[b] *Cascam tribunatum*] Servilius Casca unus e percussoribus Cæsaris fuit.

[c] *Marullum, Cæsetium*] Duo illi tribuni cum impositum diadema Cæsaris statuæ vidissent, illud detraxerunt: at postea sua dignitate a Cæsare privati sunt.

[d] *Vectigalia Juliana*] Julius Cæsar decreverat Lupercis reditus ex quibusdam publicis vectigalibus: conqueritur autem Antonius vectigalia ejusmodi sublata fuisse.

[e] *Lupercorum*] Vide Phil. II. § 84. not.

[f] *Comitiis centuriatis*] De his dictum.

Digitized by Google

locum deduxeris,[4] ex quo ipsi jam sentiunt se nunquam exituros. 32. ‘Massiliensibus jure belli ademta reddituros vos, pollicemini.’ Nihil disputo de jure belli: magis facilis disputatio est, quam necessaria. Illud tamen advertite,[5] patres conscripti, quam sit huic reipublicæ natus hostis Antonius, qui tantopere eam civitatem oderit, quam scit huic reipublicæ semper fuisse amicissimam. XVI. ‘Neminem[6] Pompeianum, qui vivat, tenere lege Hirtia[g] dignitates?’ Quisquam jam legis Hirtiæ mentionem facit? cujus non minus arbitror latorem ipsum, quam eos, de quibus lata est, pœnitere. Omnino, mea quidem sententia,[7] legem illam appellare fas non est: et, ut sit lex, non debemus illam Hirtii legem putare. ‘Apuleiana[8] pecunia[h] Brutum subornastis.’ Quid, si omnibus suis copiis excellentem virum respublica armasset? quem tandem bonum pœniteret? nec enim[9] sine pecunia exercitum alere, nec sine exercitu fratrem tuum[i] capere potuisset. 33. ‘Securi percussos Pætum[10] et Menedemum,[k] civitate donatos, et hospites Cæsaris, laudastis.’ Non laudavimus,[l] quod ne audivimus quidem. Valde enim nobis in tanta perturba-

rii.—4 *v perduxeris.* Tum, edd. vett. *jam ipsi.* Paulo post, Mss. nonnulli et edd. vett. *jura belli.*—5 *Animadvertite v*, Ms. Grævii, et Mss. Ferrariani cum Manut. Muret. Faërn. Lamb. Oliv. Wernsd. in ed. maj. et Orell.

CAP. XVI. 6 Ante *Neminem* Ms. Ursini, Nang. et al. addunt *An nescitis;* alius in marg. ed. Lamb. *Obliti estis.* Mox, Ern. maluit *dignitatem.* Orell. conjecit *teneri lege Hirtia dictitatis.* Pro *Quisquam* Mss. omnes et edd. paucæ *Qui quasi;* Ms. Ursini *Quis, quæso;* Manutius e conj. Ferrarii cum Car. Steph. Faërn. Oliv. et Orell. *Qui, quæso.* Paulo post, *v cujus nominis arbitror.*—7 Al. *Omnino quidem mea sent.*—8 Muret. et Orell. *Appuleiana.* Tum, *subornatis* Manut. Gryph. 1550. et Faërn.—9 In *v* deest *enim.*—10 *Petrum* Mss. plerique cum Faërn. et Grut. *Petum* Ms. Car. Steph. Ven. Nang. —1 Lamb. Ern. et Schutz. *laudavimus:* ceteri *laudamus.* Tum, *v quod nec*

NOTÆ

[g] *Lege Hirtia*] Tulit Hirtius, ut Pompeiani ad dignitates non admitterentur.

[h] *Apuleiana pecunia*] Conqueritur Antonius, quod M. Bruto data sit omnis pecunia, quam Apuleius, Macedoniæ quæstor, collegerat, ut occiso Cæsare, bellum posset gerere.

[i] *Fratrem tuum*] Caium Antonium.

[k] *Pætum et Menedemum*] Duos illos viros a Bruto in Macedonia securi percussos fuisse, licet hospites Cæsaris, arguit Antonius.

Digitized by Google

tione reipublicæ de duobus nequissimis Græculis cogitandum fuit. [*p.* 254.] 'Theopompum, nudum, expulsum a Trebonio, confugere Alexandriam neglexistis.'[2] Magnum crimen senatus! De Theopompo, summo homine, negleximus! qui ubi terrarum sit, quid agat, vivat denique, an mortuus sit, quis aut scit, aut curat? 'Ser. Galbam[l] eodem pugione succinctum in castris videtis.' Nihil tibi de Galba respondeo,[3] fortissimo et constantissimo cive: coram aderit: præsens tibi et ipse,[m] et ille, quem insimulas, pugio respondebit. 'Milites aut meos, aut veteranos contraxistis, tanquam ad exitium eorum, qui Cæsarem occiderant; et eosdem nec opinantes ad quæstoris sui, aut imperatoris, aut commilitonum suorum pericula impulistis.' Scilicet verba dedimus, decepimus: ignorabat legio Martia, quarta: nec sciebant[4] veterani, quid ageretur. Non illi senatus auctoritatem, non libertatem populi Romani sequebantur: Cæsaris mortem ulcisci volebant, quam omnes fatalem fuisse arbitrabantur: te videlicet salvum,[5] beatum, florentem esse cupiebant. XVII. 34. O miser, cum re,[6] tum hoc ipso, quod non sentis, quam miser sis! Sed maximum crimen audite. 'Denique quid non aut probavistis,[7] aut fecistis? quid faciat, si reviviscat'[n]... Quis? credo enim, afferet aliquod scelerati hominis exemplum! 'Cn. Pom-

aud.—2 Al. *neglegistis.*—3 Edd. vett. *respondebo.*—4 *Nesciebant* Mss. plerique et edd. ante Manut. cum Orell. *ignorabant* Ms. Scalæ, cum Manut. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. Mox, *Num illi sen. auct., an lib.* Mss. aliq. edd. Rom. Ven. Junt. *Non illi sen. auct., aut lib.* Ald. Muret. Faërn. Lamb. Deinde, ψ, Barb. 1. 2. et al. *sequantur.*—5 Pro *salvum* in *v solitum.*

CAP. XVII. 6 Schutz. et Wernsd. *tum re.*—7 ψ *quod;* et Muret. *aut non*

NOTÆ

[l] *Ser. Galbam*] Unus e Cæsaris percussoribus fuit Galba.

[m] *Præsens tibi et ipse*] Innuit Cicero quod cum in castris Hirtii sit ille Galba, poterit suo pugione, quo percussit Cæsarem, ipsum quoque Antonium interficere, si ad pugnam veniat.

[n] *Quid faciat, si reviviscat*] Interrogationem suspendit, ut eludat ejus stultitiam, ab eo genere falsi, quod inexpectatum dicitur. Nam cum scelerati hominis exemplum expectaretur, facit illud afferre Cn. Pompeium, summum virum, probatissimum.

Digitized by Google

peius ipse?' O nos turpes,[8] [o] si quidem Cn. Pompeium imitati sumus! 'aut filius ejus, si domi possit?' Poterit,[p] mihi crede: nam paucis diebus et in domum[9] et in hortos paternos immigrabit. 'Postremo negatis pacem posse fieri, nisi aut emisero[10] Brutum, aut frumento juvero.' Alii istuc negant?[1] ego vero, ne si ista quidem feceris, unquam tecum pacem huic civitati futuram puto. 'Quid? hoc placetne veteranis istis? quibus adhuc omnia integra[d] sunt.' Nihil vidi tam integrum, quam ut oppugnare imperatorem incipiant, quem tanto studio consensuque offenderint.[2] 35. 'Quoniam vos assentationibus et venenatis muneribus venistis.'[e] Depravati ac corrupti[3] sunt, quibus persuasum est, fœdissimum hostem justissimo bello persequi? 'At militibus inclusis opem fertis. Nihil moror eos salvos esse, et ire quo jubetis;[4] si tamen patiuntur perire eum,[q] qui meruit.' Quam benigne! denique usi[5] liberalitate Antonii milites imperatorem reliquerunt, et se ad hostem metu perterriti contulerunt: per quos si stetisset, non

[d] *Libera.* [e] *Venditi estis.*

prob. Mox, v ψ *quid? credo.*—8 Pro *O nos turpes* Ms. Langii et al. habent *Honos turpes;* edd. vett. *Homo turpes.* Deinde, *imitati sumus* Ms. ap. Lamb. cum Ern. Schutz. Wernsd. et Orell. *imitaturi sumus* ceteri. Paulo post, ψ, Muret. Oliv. et Orell. *domi esse possit:* Schutzius e conj. Ernesti *domi possit esse.* Ceteri *esse* omittunt. Verba *Cn. Pompeius ipse? O nos turpes, si quidem Cn. Pompeium* absunt a ψ, Barb. 1. 2. edd. Rom. et Ven.—9 ψ *et in domos:* Muret. *et domum.*—10 ψ *remisero.*—1 Muret. *Alii istud;* et Schutzius e conj. Ernesti *negent.* Tum, Mss. nonnulli *ne si ita quidem.*—2 *Defenderint* Ald. Naug. Cam. Gryph. Muret. Faërn. Lamb. et Orell.—3 *Depr. aut corr.* Ven. 1483. Junt. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *Depr. ac corr.* Ern. e conj. cum Schutz. *Depr. an corr.* ceteri. Mox, *persuasum sit* v ψ, Barb. 1. 2. Ms. Langii et Lambini, atque etiam edd. vett. Pro *fœdissimum* in v *fidissimum.* Tum, Ms. Lamb. *justo bello.*—4 *Quo jubet* Colon. *quolibet* v: *quo lubet* ψ et al. ac edd. omnes ante Grut. Deinde, *si tantummodo patiuntur* Mss. Ferrarii cum Faërn. Lamb. et Græv.—5 Ferrarius conjecit *Quam benigne. Itaque usi,* vel *Quam benigne denique. Usi:* unde Muretus recepit *Quam benigne. Itaque.* Tum, v *libertate Antonii ... reliquerint ... contulerint.* Ante *stetisset* vulgo additur *non,* quod e suspicione delevit Ern. quem Schutz. et Wernsd. in ed. min.

NOTÆ

[o] *O nos turpes*] Ironia.

[p] *Poterit*] Id est, poterit auctoritate valere, et esse domi suæ.

[q] *Perire eum*] Brutum scilicet, qui Mutinæ obsidebatur ab Antonio.

Digitized by Google

Dolabella prius imperatori suo, quam Antonius etiam collegæ parentasset.[r] 36. 'Concordiæ factam esse mentionem scribitis in senatu, et legatos esse consulares quinque. Difficile est credere, eos,[6] qui me præcipitem egerint, æquissimas conditiones ferentem, et tamen ex his aliquid remittere cogitantem, putare, aliquid moderate aut humane esse facturos. [p. 255.] Vix etiam verisimile est, qui judicaverint hostem Dolabellam[7] ob rectissimum facinus, eosdem nobis parcere posse, idem sentientibus.' Parumne videtur[8] omnium facinorum sibi cum Dolabella societatem initam confiteri? nonne cernitis, ex uno fonte[s] omnia scelera manare? Ipse denique fatetur, hoc quidem satis acute, non posse eos, qui hostem Dolabellam judicaverint[9] ob rectissimum facinus, (ita enim videtur Antonio) sibi parcere, idem sentienti. XVIII. 37. Quid huic facias, qui hæc literis memoriæque mandarit, ita sibi convenisse cum Dolabella, ut ille Trebonium, et, si posset, etiam Brutum, Cassium, discruciatos necaret, eademque inhiberet[10][t] supplicia nobis? Conservandus[u] civis cum tam pio justoque fœdere. Is etiam queritur conditiones suas repudiatas, æquas[x] quidem et verecundas; ut haberet Galliam ultimam, aptissimam ad bellum renovandum instruendumque provinciam; ut Alaudæ[y] in tertia decuria judicarent, id

secuti sunt.—6 Mss. nonnulli *eos* omittunt.—7 Edd. vett. *Dolabellam hostem*. In *v* non leguntur verba *eosdem nobis parcere posse*.—8 Post *videtur* nonnullæ edd. vett. addunt *aperte*. Mox, *v societatem natam*.—9 *ψ judicaverunt*.

CAP. XVIII. 10 *Eadem inhiberet* Barb. 1. 2. Faërnus, et Orell. *eadem ipse adhiberet* Naug. Cam. Gryph. unde Garaton. voluit *eadem ipse inhiberet*.

NOTÆ

[r] *Collegæ parentasset*] Parentare proprie est mortuis sacrum facere, sed, hic per translationem significat Cæsaris necem ulcisci, cujus in consulatu collega fuerat Antonius.

[s] *Ex uno fonte*] Id est, ex eodem Antonio.

[t] *Inhiberet*] Ironia.

[u] *Conservandus*] Ironia.

[x] *Conditiones suas repudiatas, æquas, &c.*] Negat æquas esse, et utiles propositiones reipublicæ quas Antonius proponebat.

[y] *Ut Alaudæ*] De hac dictum est Phil. XIII. § 3. not.

Digitized by Google

est, ut perfugium scelerum esset[1] cum turpissimis reipublicæ sordibus; ut acta sua rata essent, cujus nullum remanet consulatus vestigium. Cavebat etiam L. Antonio, qui fuerat æquissimus agri privati et publici decempedator,[2] [a] Nucula et Lentone collega. 38. 'Quamobrem vos potius animadvertite, utrum sit elegantius,[g] et partibus utilius, Trebonii[3] mortem persequi, an Cæsaris: et utrum sit æquius, concurrere[h] nos,[4] quo facilius reviviscat Pompeianorum causa, toties jugulata,[i] an consentire, ne[5] ludibrio simus inimicis.' Si esset jugulata, nunquam exsurgeret:[6] quod tibi tuisque contingat! 'Utrum,' inquit, 'elegantius.' Atqui[7] hoc bello de elegantia quæritur. 'Et partibus utilius.' 39. Partes, furiose, dicuntur in foro,[b] in curia. Bellum contra patriam nefarium suscepisti: oppugnas Mutinam: circumsedes[8] consulem designatum: bellum contra te duo consules gerunt, cumque his pro prætore Cæsar:[9] cuncta contra te Italia armata est. Istas tu partes potius, quam a populo Romano defectionem[10] vocas? 'Potius Trebonii mortem, an Cæsaris persequamur?' Trebonii

[g] *Honestius.* [h] *Decertare.* [i] *Victa.*

Mox, Lamb. *O conserv. civis.*—1 ψ et edd. vett. *essent.* Garaton. censet *cum* delend.—2 *v decem pedatorum.*—3 Lamb. *Treboniive.*—4 *v vos.*—5 ψ *non:* in *v* deest.—6 Ms. Langii *resurgeret.*—7 ψ et al. *Atque.*—8 Muret. *circumsides.* —9 ψ *cumque his prætor Cæsar:* Faërn. *cumque his proprætor Cæsar.*—10 *Populi Romani defensionem* ψ et edd. ante Manut. *a re publica defectionem* Mss. Ferrarii cum Muret. Faërn. et Orell. Tum, *Potiusne Trebonii mortem, quam Cæsaris persequamur* Naug. Lamb. sic etiam Mss. plerique et edd. ante Ald. nisi quod habent *persequimur.* Ms. Ursini *Trebonii mortem, an Cæsaris persequimur:* Muret. et Orell. e conj. Ferrarii dederunt *Trebonii mortem, an Cæsaris persequi:* Lamb. 1566. de suspicione Faërni *Treboniine mortem, an Cæsaris persequi. Mortem Trebonii, &c.* Alii *Potius Trebonii mortem, quam Cæsaris*

NOTÆ

[a] *Decempedator*] Decempedator agrorum est divisor, a decempeda dictus. Porro decempeda pertica est decem pedum, qua architecti et agrorum mensores utuntur.

[b] *Partes dicuntur in foro*] Partes sunt in foro litigantium, accusatoris scilicet et rei; aut in curia, cum alii unam sententiam, alii alteram sequuntur: cum autem res agitur castris et armis, ita ut alteri reipublicæ bellum inferant, alii propugnent, tum proprie bellum dicitur.

Digitized by Google

satis persecuti sumus, hoste judicato Dolabella: Cæsaris mors facillime defenditur oblivione et silentio. Sed videte, quid moliatur. Cum mortem Cæsaris ulciscendam putat, mortem proponit non iis solum qui illam rem gesserunt,[1] sed iis etiam, si qui non moleste tulerunt. XIX. 40. 'Quibus, utri nostrum ceciderint, lucro futurum est: quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitavit, ne videret unius corporis duas acies, lanista Cicerone,[2][b] dimicantes; qui usque eo felix est, ut iisdem ornamentis[k] deceperit vos, quibus deceptum Cæsarem gloriatus est.' [p. 256.] Pergit in mea maledicta,[3] quasi vero ei pulcherrime priora processerint; quem ego inustum verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. Ego 'lanista?' et quidem[4] non insipiens: deteriores enim jugulari cupio, meliores vincere. 'Utri ceciderint,' scribit lucro nobis futurum. 41. O[5] præclarum lucrum! quo, te victore, (quod Dii omen avertant!) beata mors eorum futura sit, qui e vita excesserint sine tormentis.[c] A me deceptos ait eisdem ornamentis Hirtium et Cæsarem. Quod, quæso,[6] adhuc a me est tributum Hirtio ornamentum? nam Cæsari[d] plura[7] et majora debentur. Deceptum autem patrem a me Cæsarem dicere audes? Tu, tu, inquam, illum occidisti Lupercali-

[k] *Honoribus.*

persequamur.—1 *v* ψ et edd. vett. cum Wernsd. in ed. maj. *si qui illam rem gess.* Mss. Ferrarii cum Manut. Faërn. Lamb. Græv. et Wernsd. in ed. maj. omittunt *si* ante *qui non moleste.*

Cap. XIX. 2 ψ *Cicero.*—3 Schutz. et Wernsd. in ed. min. *Pergit in me maled.* Deinde, ψ *quasi vero ea pulch.*—4 Mss. nonnulli *equidem:* al. *etenim.* In *v* legitur *etiam insipiens.* Mox, *jugulare* omnes Mss. et edd. ante Manut. qui cum edd. seqq. recepit *jugulari* e conj. Ferrarii.—5 *v* et Faërn. omittunt *O.* Loco *quo* Gryph. et Lamb. habent *cum;* *v* ψ, Barb. 1. 2. et edd. Rom.

NOTÆ

[b] *Lanista Cicerone*] Lanista magister est gladiatorum, quique eos committere solet cum certandum est. Ciceronem autem lanistam appellat, quasi duas partes in republica committeret.

[c] *Sine tormentis*] Indicat tormenta quibus a Dolabella Trebonius affectus est.

[d] *Nam Cæsari*] Octavio Cæsari.

Digitized by Google

bus :[e] cujus, homo ingratissime, flaminium[8] [f] cur reliquisti? Sed jam videte magni et clari viri admirabilem gravitatem atque constantiam. 42. 'Mihi quidem constat, nec meam contumeliam,[9] nec meorum ferre;[l] nec deserere partes, quas Pompeius odivit; nec veteranos sedibus suis moveri pati;[10] nec singulos ad cruciatum trahi; nec fallere fidem, quam dedi Dolabellæ.' Omitto alia: 'fidem Dolabellæ,' sanctissimi viri, deserere homo pius[1] non potest. Quam fidem? an optimi[2] cujusque cædis, urbis et Italiæ partitionis; suis dandarum diripiendarumque provinciarum? nam quid erat aliud, quod inter Antonium et Dolabellam, impurissimos parricidas, fœdere ac fide[3] sanciretur?[m] 'Nec Lepidi societatem violare, piissimi hominis.' 43. Tibi cum Lepido societas, aut cum ullo,[4] non dicam bono civi, sicut ille est, sed homine sano? Id agis, ut Lepidum aut impium aut insanum existimari velis. Nihil agis. Quanquam affirmare de altero[5] difficile est, de Lepido præsertim, quem ego metuam nunquam, bene sperabo, dum licebit. Revocare te a furore[6] Lepidus voluit, non adjutor

[l] *Statui ulcisci injuriam factam mihi et meis.* [m] *Confirmaretur.*

Ven. *quo lucro.*—6 In *v* deest *quæso.*—7 *v* ψ et al. *plurima.*—8 *Flamina* Barb. 1. 2. et Ven. *flaminia* ψ, Mss. Græviani, et edd. pleræque ante Manut. qui cum edd. seqq. dedit *flaminium* e conj. Ferrarii.—9 *v* ψ et al. *nec meam quidem contumeliam.*—10 ψ *patiar.*—1 Mss. aliq. Ferrarii *bonus homo:* al. *probus homo.*—2 *v annon optimi:* Franc. *aut optimi.* Tum, ψ, Colon. Franc. et Ms. Grævii *cædes:* edd. vett. *sedes, urbis et Italiæ partitiones.* Pro *urbis* Colon. et Ms. Grævii habent *orbis.* Pro *suis dandarum* Colon. habet *suas dandarum;* Lamb. *vastandarum.*—3 Al. *fædere et fide.* Deinde, ψ *Ne Lepidi soc. violarem.* —4 *v cum illo.* Mox, al. *bono cive.*—5 ψ et edd. vett. *de aliquo.* Tum, Garaton. deleri jubet *præsertim.*—6 *v* et Ms. Grævii *fure.* Mox, *v dementiæ tuæ.*

NOTÆ

[e] *Illum occidisti Lupercalibus*] Non quidem Julium Cæsarem interfecit Antonius, sed in causa fuit cur occisus fuerit: nam referente Plutarcho in vita Antonii, cum ei ille diadema imposuisset in Lupercalibus, Brutus et Cassius interficiendi Cæsaris, quasi dominatum in republica affectantis, consilium sumsere.

[f] *Flaminium*] Flaminium dignitas est, et ministerium flaminis: cum autem divinos honores Antonius Cæsari decrevisset, pulvinar scilicet, simulacrum, et flaminem, ipseque flamen fuisset cooptatus, datus honor lege sua Cæsari, deseri passus est.

Digitized by Google

esse dementiæ. Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quæris:[g] et, quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id, propter tuam divinam pietatem, novum inducis. 44. 'Nec Plancum prodere, participem consiliorum.' Plancum participem? cujus memorabilis ac divina virtus lucem affert reipublicæ; (nisi forte eum[7] subsidio tibi venire arbitraris cum fortissimis legionibus, magno equitatu peditatuque Gallorum) quique, nisi ante ejus adventum reipublicæ pœnas dederis, hujus[8] belli feret principatum. Quanquam enim prima præsidia[n] utiliora reipublicæ sunt,[9] tamen extrema sunt gratiora. XX. 45. Sed jam se colligit,[o] et ad extremum incipit philosophari. 'Si me rectis sensibus euntem[p] Dii immortales, ut spero, adjuverint; vivam libenter. Sin autem aliud me fatum manet;[q] præcipio gaudia suppliciorum vestrorum. Namque, si victi[10] Pompeiani tam insolentes sunt; victores quales futuri sint, vos potius experiemini.' Præcipias licet gaudia: non enim tibi cum Pompeianis, sed cum universa republica bellum est. [p. 257.] Omnes te Dii, homines, summi, medii, infimi; cives, peregrini; viri, mulieres; liberi, servi oderunt. Sensimus hoc nuper falso nuntio:[h] vero propediem sentiemus. Quæ si tecum ipse recolis,[r][1] æquiore animo et majore consolatione moriere. 46. 'Denique summa judicii mei spectat huc, ut meorum injurias ferre possim, si aut oblivisci velint ipsi fecisse,[2] aut ulcisci parati sint una nobiscum

[n] *Auxilia.* [o] *Redit ad se.* [p] *Habentem bona consilia.*
[q] *Reservor alteri fato.* [r] *Reputas.*

—7 Edd. vett. non agnoscunt *eum*. Mox, *maximo equitatu* ψ et Mss. Ferrarii cum Græv. Schutz. Wernsd. et Orell. Deinde, Mss. Ferrarii, Grut. et Græv. *peditatu*, sine copula.—8 Ante *hujus* omnes Mss. et edd. præter Gryph. Ern. et Schutz. addunt *ille*.—9 ψ et edd. vett. *sint*.

CAP. XX. 10 ψ *Nam victi:* Barb. 1. 2. et edd. vett. *Nam si victi*. Tum, ψ, Barb. 1. 2. et edd. ante Manut. deest *sunt*.—1 Car. Steph. e Ms. cum Muret. et Lamb. *recolueris*.—2 ψ *possum*, et ψ *si autem oblivisci velim ipsi fec.*

NOTÆ

[g] *Piissimos quæris*] Hanc vocem *piissimos* negat Cicero Latinam esse.

[h] *Falso nuntio*] Renuntiatum fuerat Romæ periisse Antonium, quo ex nuntio extitit incredibilis omnium lætitia.

Digitized by Google

Cæsaris mortem.' Hac Antonii sententia cognita, dubitaturosne A. Hirtium, C. Pansam,[3] consules, putatis, quin ad Antonium transeant? Brutum obsideant? Mutinam expugnare cupiant?[4] Quid de Pansa et Hirtio loquor?[5] Cæsar, singulari pietate adolescens, poterit se tenere, quin D. Bruti sanguine pœnas patrias persequatur? Itaque fecerunt, uti, his literis lectis, ad munitiones propius accederent. Quo major adolescens Cæsar, majoreque Deorum immortalium beneficio,[6] reipublicæ natus est, qui nulla specie[a] paterni nominis, nec pietate, abductus unquam est. Intelligit, maximam pietatem conservatione patriæ contineri. 47. Quodsi partium certamen esset, quarum omnino nomen exstinctum est, Antoniusne potius et Ventidius partes Cæsaris defenderent, quam, primum[7] Cæsar, adolescens summa pietate et memoria parentis sui? deinde[8] Pansa et Hirtius, qui quasi cornua duo[i] tenuerunt Cæsaris, tum, cum illæ vere partes vocabantur? Hæ vero quæ sunt partes,[k] cum alteris senatus auctoritas, populi Romani libertas, reipublicæ salus proposita sit; alteris cædes bonorum, urbis, Italiæque partitio? XXI. Veniamus aliquando ad clausulam.[l] 'Legatos venire non credo.' Bene me novit. 'Bellum quo veniat:'[9] [m] proposito præsertim ex-

[a] *Nullo respectu.*

Tum, ψ et edd. vett. *parati sunt.*—3 Car. Steph. et Lamb. *dubitaturumne A. Hirtium aut C. Pansam.*—4 In ψ deest *cupiant.*—5 Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. *loquar.* Mox, *poteritne se ten.* edd. vett. cum Grut.—6 Margo ed. Lamb. ex Gryph. 1550. *Quo majore adolescens Cæsar, Deorum imm. munere.*—7 Mss. nonnulli et edd. ante Manut. omittunt *primum.*—8 In edd. vett. non legitur *deinde.*

Cap. XXI. 9 *Bellum quod veniant* ψ et ed. Rom. *bellum quod veniat* Mss. Ferrariani et ed. Ven. *velim quo venias* Ms. Car. Steph. *bellum quidem ve-*

NOTÆ

[i] *Quasi cornua duo*] Cornua sunt dextra sinistraque pars exercitus: qua comparatione militari utitur ad significandam amicitiam, quæ inter Hirtium, Pansam, et Cæsarem fuit.

[k] *Quæ sunt partes*] De iis superius dictum § 89. not.

[l] *Ad clausulam*] Nempe literarum Antonii.

[m] *Bellum quo veniat*] Id est, legatos non venire credit Antonius, ut geratur bellum.

Digitized by Google

emplo Dolabellæ.[n] Sanctiore erunt, credo, jure legati, quam duo consules, contra quos arma fert;[10] quam Cæsar, cujus patris flamen[t] est; quam consul designatus, quem oppugnat; quam Mutina, quam obsidet; quam patria, cui ignem ferrumque[1] minitatur. 48. 'Cum venerint, quæ postulent, cognoscam.'[u] Quin tu abis in malam pestem,[o] malumque cruciatum! Ad te quisquam veniat, nisi Ventidii similis? oriens incendium qui restinguerent, summos viros misimus: repudiasti: nunc in tantam flammam, tamque inveteratam mittamus, cum locum tibi reliquum[2] non modo ad pacem, sed ne ad deditionem quidem feceris?

Hanc ego epistolam, patres conscripti, non quo[3] illum dignum putarem, recitavi, sed ut confessionibus ipsius omnia patefacta ejus parricidia videretis. 49. Cum hoc pacem M. Lepidus, vir ornatissimus omnibus virtutis[4] et fortunæ bonis, si hæc videret denique, aut vellet, aut fieri posse arbitraretur? 'Prius undis flamma,'[5][p] ut ait poëta, nescio quis, prius denique omnia, quam aut cum Antoniis respublica, aut cum republica Antonii redeant in gratiam. Monstra quædam sunt ista, et portenta et prodigia reipublicæ. Moveri sedibus suis[6] huic urbi melius est, atque alias, si fieri possit, terras[7] demigrare, unde Antoniorum nec facta

[t] *Sacerdos.* [u] *Expendam.*

niat conjecit Ferrarius. Mox, *Sanctiores* Mss. plerique et edd. vett. Ante *jure* edd. pr. addunt *majoreque*. 'An *melioreque?*' Garaton. Verba *Bene me novit* ... *erunt, credo* absunt ab *v*, Barbador. et Barb. 1. 2.—10 *v contra arma fere.*—1 *Ignis ferrumque* Ms. Scalæ: *igni ferroque* Barbador. Barb. 1. 2. et Ms. Car. Steph. ac etiam edd. pr. cum Orell. Mox, edd. vett. *postulant.*—2 Mss. et edd. vett. *relictum.* Tum, in *v* deest *ne.*—3 Lamb. *non quod.* —4 Ante *virtutis* edd. pleræque addunt *et.* Mox, ψ *si hoc vid.* Pro verbis *vellet aut fieri* in *v* legitur *nollet fieri. Aut non.*—5 Mss. plerique *undas flammam:* edd. ante Manut. cum Grut. *undas flammamque:* Gryph. *cum undis flamma.*—6 *v* ψ, et edd. vett. non agnoscunt *suis.*—7 Edd. ante Grut. cum

NOTÆ

[n] *Exemplo Dolabellæ*] Dolabella interfecit Trebonium, ut dictum est sæpius.

[o] *In malam pestem*] Comica execratio est.

[p] *Prius undis flamma*] Locus ab impossibili, et satis poëtis familiaris locutio, qua utuntur, cum aliqua inter se convenire non possunt.

Digitized by Google

nec nomen audiat, quam illos, Cæsaris virtute ejectos, Bruti retentos, intra hæc mœnia videre. Optatissimum est vincere: secundum est, nullum casum pro dignitate et libertate patriæ non ferendum putare. Quod reliquum est, non est tertium, sed postremum omnium, maximam turpitudinem suscipere vitæ cupiditate. 50. Quæ cum ita sint, de mandatis literisque M. Lepidi, viri clarissimi,[8] Servilio assentior:[q] [p. 258.] et hoc amplius censeo, 'Magnum Pompeium, Cnæi filium, pro patris majorumque suorum animo studioque in rempublicam, suaque pristina virtute, industria, voluntate, fecisse, quod suam, eorumque, quos secum haberet, operam senatui populoque Romano pollicitus esset, eamque rem senatui populoque Romano gratam acceptamque esse, eique honori dignitatique eam rem fore.' Hoc vel conjungi cum hoc senatusconsulto licet, vel sejungi potest, separatimque perscribi,[9] ut proprio senatusconsulto Pompeius collaudatus esse videatur.

Wernsd. in ed. min. et Orell. *atque in alias, si fieri possit, terras:* Grævius e Ms. Franc. *atque alias, si fieri possit, in terras.*—8 Pro *viri clarissimi* in ψ legitur Q. C.—9 ψ *separatimque per se tibi.*

NOTÆ

[q] *Servilio assentior*] Censebat Servilius ut de Lepidi mandatis, et de literis ad populum referretur, et literis senatus Lepido responderetur.

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA QUARTADECIMA.

ORATIO LVI.

ARGUMENTUM.

Allatis de prælio ad Mutinam commisso, Antonioque victo, literis consulum et Cæsaris, M. Cornutus, prætor urbanus, qui consulare munus, absentibus consulibus, more majorum sustinebat, cum senatum vocasset, easque literas recitasset, sententias rogavit. Quid alii censuerint, qui ante Ciceronem rogati sunt, obscurum est: unus tamen ex iis, redeundum, sagis depositis, ad togas, idemque fortasse, decernendam consulibus et Cæsari supplicationem, censuit. Sententia vero Ciceronis hæc fuit: non esse mutandum vestitum, nisi D. Bruto, cujus causa saga sumta essent, liberato: Antonium, quique una essent, hostes judicandos: supplicationem quinquaginta dierum communiter tribus ducibus decernendam: milites eos, qui pro republica pugnantes interierint, monumento quam amplissimo cohonestandos; quæque iis præmia senatus promiserat, ea parentibus, liberis, conjugibus, fratribus eorum persolvenda.

I. 1. Si, ut ex literis [1] [a] quæ recitatæ sunt, patres conscripti, sceleratissimorum hostium exercitum cæsum fu-

NOTÆ

[a] *Ex literis*] Literæ a Pansa et Hirtio consulibus missæ fuerant ad senatum, quibus eum certiorem faciebant de victoria, quam de Antonio retulerant.

Digitized by Google

sumque cognovi; sic (id, quod et omnes maxime optamus, et ex ea victoria,[2] quæ parta est, consecutum arbitramur[a]) D. Brutum egressum jam Mutina esse cognovissem;[3] propter cujus periculum ad saga issemus,[b] propter ejusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum[b] sine ulla dubitatione censerem. Ante vero, quam ea res,[c] quam avidissime civitas expectat, allata sit, lætitiæ[4] usus satis est maximæ præclarissimæque pugnæ:[c] reditum ad vestitum[d] confectæ victoriæ reservate.[5] Confectio autem[e] hujus belli est, D. Bruti salus. 2. Quæ autem est ista sententia, ut in hodiernum diem vestitus mutetur,[6] deinde cras sagati prodeamus? Nos vero cum semel ad eum, quem cupimus optamusque, vestitum redierimus, id agamus, ut eum in perpetuum retineamus. Nam hoc quidem cum turpe est, tum ne Diis quidem immortalibus gratum, ab eorum aris,[7] ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere. 3. Atque animadverto,[8] patres conscripti, quosdam huic favere sententiæ; quorum ea mens, idque consilium est, ut, cum videant gloriosissimum illum[9] D. Bruto futurum diem, quo die propter ejus salutem redierimus ad vestitum,[10] hunc

[a] *Speramus.* [b] *Sumsissemus saga.*
[c] *Sufficit ut lætemur de maxima et præclarissima pugna.*

Cap. i. 1 *v Sicut ex lit.* Mox, edd. vett. *sceleratorum hostium.*—2 *v opt., ea victoria:* al. *opt., ex ea victoria:* unde Ferrarius conjecit *opt., et eam victimam.*—3 *v,* Barb. 1. 2. et edd. ante Manut. *esse si cognov.*—4 Mss. Ferrarii cum Manut. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *quam sit ea res quam . . . allata, læt.* Pro *usus* Mss. nonnulli et edd. ante Naug. habent *risus.* In Ms. Car. Steph. legitur *lætitia frui satis est.*—5 *v reservare.*—6 ψ *mittetur.*—7 ψ et edd. vett. cum Grut. *ab eorundem aris.*—8 Barb. 2. Gryph. et Wernsd. *Atqui animadv.*—9 *v cum videatur,* et edd. vett. *illum gloriosius.*—10 Ms. unus *ad togam:* in *v,* Colon. Pal. 2. et Ms. Grævii, voce *ad vestitum* haud reperiuntur.

NOTÆ

[b] *Ad pristinum vestitum*] Id est, ad togas, quæ consuetæ erant vestes, quibus unusquisque pacis tempore induebatur.

[c] *Quam ea res*] Intelligit liberationem Bruti, qui Mutinæ semper obsessus tenebatur.

[d] *Reditum ad vestitum*] Cicero vult ut expectetur confecta et perfecta victoria, antequam vestitum pristinum, id est, togas assumant.

[e] *Confectio autem*] Id est, confectum et perfectum illud erit bellum, cum D. Brutus hac obsidione liberabitur.

Digitized by Google

tantum ei fructum eripere cupiant, ne[1] memoriæ posteritatique prodatur, propter unius civis periculum populum Romanum ad saga ivisse, propter ejusdem salutem[2] redisse ad togas. Tollite hanc, nullam tam pravæ sententiæ causam reperietis. [*p.* 259.] Vos vero, patres conscripti, conservate auctoritatem vestram, manete in sententia, tenete vestra memoria, quod sæpe ostendistis, hujus totius belli in unius viri fortissimi et maximi vita positum esse discrimen. II. 4. Ad D. Brutum liberandum legati missi,[f] principes civitatis, qui illi hosti ac parricidæ denuntiarent,[3] ut a Mutina discederet: ejusdem[4] D. Bruti conservandi gratia consul sortitu[5][g] ad bellum profectus A. Hirtius; cujus imbecillitatem valetudinis animi virtus et spes victoriæ confirmavit: Cæsar, cum, exercitu per se comparato, a[6] primis pestibus[h] rempublicam liberasset, ne quid postea sceleris oriretur, profectus est ad eundem Brutum liberandum, vicitque dolorem aliquem[i] domesticum patriæ caritate. 5. Quid C. Pansa egit aliud delectibus habendis, pecuniis comparandis, senatusconsultis faciendis gravissimis[7] in Antonium, nobis cohortandis, populo Romano ad causam libertatis vocando, nisi ut D. Brutus liberaretur? a quo populus Romanus frequens ita salutem D. Bruti una voce depoposcit,[8] ut eam non solum commodis suis, sed

---

Tantum omittunt *v* et Mss. Ferrarii, cum Manut. Ferrar. Lamb. Græv. et Oliv.—1 *v* caret *ne.*—2 In *ψ propter ejus sal.*

CAP. II. 3 Muret. et Lamb. *nuntiarent.*—4 In *v* deest *ejusdem.*—5 *ψ consulis sortiti:* edd. ante Faërn. *consules sortiti.*—6 Mss. nonnulli et edd. Rom. Ven. 1483. Junt. Græv. et Oreli. præpositionem omittunt. Muret. et Faërn. habent *comparato tum primis:* al. *comparato cum primis.* Paulo ante, *v ψ* non agnoscunt *per se.*—7 *v gravissimus.* Mox, *ψ populum Romanum ad causam lib.*

NOTÆ

[f] *Legati missi*] Sæpius de illis legatis dictum est superioribus orationibus.

[g] *Consul sortitu*] Sortiti fuerant provincias consules Hirtius et Pansa: Hirtio Gallia, Pansæ civitas obtigit.

[h] *Primis pestibus*] Intelligit Antonii Brundisio Romam reditum, ubi cædem omnium bonorum meditabatur.

[i] *Dolorem aliquem*] Indicat Caii Julii Cæsaris mortem.

Digitized by Google

etiam necessitati victus[k] anteferret. Quod sperare nos quidem debemus, patres conscripti, aut inibi[9] esse, aut jam esse confectum: sed spei fructum[l] rei convenit et eventui reservari, ne aut Deorum immortalium beneficium festinatione præripuisse, aut vim fortunæ stultitia contemsisse videamur.

6. Sed quoniam significatio vestra satis declarat, quid hac de re sentiatis; ad literas veniam, quæ sunt a consulibus[10] et a proprætore missæ, si pauca ante, quæ ad ipsas literas pertineant, dixero. III. Imbuti[a] sanguine gladii,[1] patres conscripti, legionum exercituumque nostrorum, vel madefacti potius, duobus consulum, tertio Cæsaris prælio.[m] Si hostium fuit ille sanguis, summa militum pietas:[n] nefarium scelus, si civium. Quousque igitur is, qui omnes hostes scelere superavit, nomine hostis carebit? nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis, et dubitare,[2] utrum in cive, an in hoste figantur. 7. Supplicationem[o] decernitis:[3] hostem non appellatis. Gratæ vero[p] nostræ Diis immortalibus gratulationes erunt, gratæ victimæ, cum

[a] *Tincti.*

voc., nisi ut D. Brutum liberaret.—8 ψ *deposcit.*—9 Pro *inibi* nonnulli habent *mihi*; al. *ubi*. Tum, pro *sed* v ψ, Barb. 1. 2. et edd. vett. habent *et*.—10 Mss. plerique et edd. ante Manut. *a consule*. Deinde, ψ *a prætore*.

Cap. III. 1 In v deest *gladii*. Mox, ψ *malefacti*. Tum, Mss. nonnulli et edd. vett. *duorum Coss.* Denique, *Cæsaris præsidio* edd. vett.—2 *Vultis dubitatis* v et Mss. Ferrarii: *vultis dubitantes* Ms. Car. Steph. et al. cum Faërn. Ald. et Orell.—3 ψ *decrevistis*. Mox, *Gratæ vestræ Diis* v: *Gratæ nostræ*

NOTÆ

[k] *Necessitati victus*] Dio et Appianus referunt, fuisse tum Romæ summam annonæ difficultatem, et tamen maluisse populum Rom. Pansam ad bellum proficisci, ut liberaret D. Brutum, quam Romæ remanere, ut ab eo res frumentaria procuraretur.

[l] *Spei fructum*] Spei fructus est victoria et pax, quæ Antonio superato, et liberato Bruto, sperabatur.

[m] *Tertio Cæsaris prælio*] Prælium illud est, quod Octavius commisit.

[n] *Militum pietas*] Subauditur 'fuit:' summæ enim pietatis fuit contra Romani nominis hostes pugnare; contra vero summæ impietatis contra cives Romanos, quales habendi non sunt Antoniani, quia hostes superarunt.

[o] *Supplicationem*] De supplicationibus dictum est orat. pro Balbo § 61. not.

[p] *Gratæ vero*] Ironia.

Digitized by Google

interfecta sit civium multitudo. 'De improbis,' inquit,[q] 'et audacibus:' nam sic eos appellat clarissimus vir:[r] quæ sunt urbanarum maledicta litium,[s] non inustæ[e] belli internecini[f] notæ. Testamenta,[4] credo, subjiciunt,[t] aut ejiciunt vicinos,[u] aut adolescentulos circumscribunt: his enim vitiis affectos et talibus, malos et audaces appellare consuetudo solet: 8. bellum inexpiabile[5] infert quatuor consulibus[x] unus[y] omnium latronum teterrimus; gerit idem bellum cum senatu populoque Romano. Omnibus (quanquam ruit ipse suis cladibus[z]) pestem,[6] vastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat; Dolabellæ ferum et immane facinus,[a] quod nulla barbaria[7] posset agnoscere, id suo consilio factum esse testatur: quæque esset facturus in hac urbe, nisi eum hic[8]

[e] *Expressæ.* [f] *Exitialis.*

Diis ψ.—4 *Non injusta nec uno te. Test. &c.* ψ et Colon. *non injusta evelli inter nec uno te. Test. &c.* Mss. plerique: *non injusta, evelli, interneeti nota test. &c.* edd. vett. *non justæ belli internecini notæ. Test. &c.* Muretus e conj. Ceteri ut Ern. e conjectura Ferrarii. Vid. Nott. Varr. Tum, *v subj. ut ejiciant.*—5 *Inexpiale* unus Ms. *expiabile* Pal. 1. 2. Barb. 1. 2. et ed. Ald. Mox, ψ *consulum.*—6 Faërn. (*quanquam ruit ipse cum suis*) *gladios, pestem, &c.* Lamb. (*quanquam ruit ipse cum suis*) *cladem, pestem, &c.* Post *cruciatum* ψ addit *etiam.* —7 ψ et edd. vett. *barbaries.* Deinde, *ignoscere* ψ, Huyd. Junt. et al. Porro, *id duorum consilio* Barb. 1. 2. et al. *id deorum consilio* Ald. Rom. Ven. Naug. Cam. Gryph.—8 Edd. vett. cum Græv. *hinc.* Mox, *atque manibus* Mss. Ferrarii cum Muret. Faërn. Lamb. Græv. Oliv. In *v* et edd. vett.

NOTÆ

[q] *De improbis, inquit*] Verba sunt illius qui Antonio favebat, cujus ostendit absurditatem.

[r] *Clarissimus vir*] Calenus, aut Piso.

[s] *Urbanarum maledicta litium*] In litibus quæ nascuntur inter cives, vulgo tantum audaces et improbi ii appellantur, qui furtis, flagitiis, aliisque criminibus ejusmodi inquinantur: at qui bellum patriæ denuntiant, hostes appellantur.

[t] *Testamenta subjiciunt*] Id est, testamenta falsa pro veris subjiciunt.

[u] *Ejiciunt vicinos*] Id est, ejiciunt vicinos ex suis prædiis; quod fieri aliquando a potentioribus solet.

[x] *Quatuor consulibus*] Ex quatuor illis consulibus duo magistratu fungebantur, Hirtius et Pansa; duo erant designati, D. Brutus et Plancus.

[y] *Unus*] Antonius.

[z] *Suis cladibus*] Quibus videlicet sibi perniciem infert.

[a] *Dolabellæ facinus*] Illud facinus intelligit, quo mortem nefarie Trebonio intulit: de qua superioribus orationibus dictum est.

Digitized by Google

ipse Jupiter ab hoc templo[b] atque his mœnibus repulisset, declaravit in Parmensium calamitate,[c] quos, optimos viros, honestissimosque homines, maxime cum auctoritate[9] hujus ordinis, populique Romani dignitate conjunctos, crudelissimis exemplis[10] interemit propudium illud et portentum, L. Antonius, insigne odium omnium hominum, vel, si etiam Dii oderint quos oportet, omnium Deorum.[1] 9. Refugit animus, patres conscripti, eaque dicere reformidat,[2] quæ L. Antonius in Parmensium liberis et conjugibus effecerit. Quas enim turpitudines Antonii libenter subierunt,[3] easdem per vim lætantur aliis se intulisse. [*p.* 260.] Sed vis calamitosa est, quam illis intulerunt;[4] libido flagitiosa, qua Antoniorum oblita[g] est vita. IV. Est igitur quisquam, qui hostes appellare non audeat, quorum scelere crudelitatem Carthaginiensium victam esse fateatur?[5] qua enim in urbe tam immanis Hannibal[d] capta, quam in Parma surrepta Antonius? nisi forte hujus coloniæ,[e] et ceterarum, in quas eodem est animo, non est hostis Antonius[6] putandus. 10. Si vero coloniarum et municipiorum sine ulla

[g] *Polluta.*

paucis legitur *Jupiter ab hoc templo mœnibus.*—9 *v* et nonnullæ edd. vett. *maxima cum auct.*—10 Pro *crudelissimis exemplis* edd. vett. exhibent *crudelissime.* Tum, *proludium v* et Mss. Ferrarii, cum Faërn. et Grut. *præludium* Mss. nonnulli et edd. vett. *prodigium* Ms. Ursini.—1 *v sic etiam Dii oderunt*, omissis *omnium Deorum.*—2 ψ, Mss. Ferrarii, Barb. 1. 2. et edd. vett. *eaque dicere formidat*, vel *eaque formidat dicere.* Pro *eaque* Ern. volebat *atque*, et paulo post *fecerit.*—3 Ante *subierunt v* ψ, Barb. 1. 2. Ms. Car. Steph. et edd. ante Manut. cum Faërn. et Orell. addunt *cum dedecore.* In Huyd. *subierint.* —4 *Illi tulerunt* Lamb. e conjectura Faërni.

Cap. IV. 5 ψ *crud. Carthag. victam esse constat*: Huyd. et al. ac edd. vett. *crud. constat Carthag. victam esse.*—6 *v* ψ, Huyd. et edd. pr. cum Schutz.

NOTÆ

[b] *Jupiter ab hoc templo*] Id est, Capitolino templo, ubi tum senatus habebatur.

[c] *In Parmensium calamitate*] Parma urbs est insignis in Gallia Cisalpina, in octava Italiæ regione, quæ a fluvio, quo alluitur, dicta est.

[d] *Hannibal*] Hannibal dux Carthaginiensium fuit, qui in Italiam penetravit, T. Sempronium consulem superavit; deinde ipse ad Nolam a Marcello victus est; tandem a Sempronio Graccho magna suorum clade repulsus abire ex Italia coactus est.

[e] *Coloniæ*] Parma colonia fuit Romanorum. Quid sit colonia sæpius dictum, sicut de municipiis.

Digitized by Google

dubitatione hostis est; quid tandem hujus censetis urbis, quam ille ad expiandas egestates[7] latrocinii sui concupivit? quam jam peritus metator et callidus, decempeda[f] sua Saxa[g] diviserat? Recordamini, (per Deos immortales!) patres conscripti, quid hoc biduo timuerimus a domesticis hostibus,[8] rumoribus improbissimis dissipatis.[a] Quis liberos, quis conjugem aspicere poterat sine fletu? quis domum? quis tecta? quis larem familiarem?[h] Jam[9] aut fœdissimam mortem omnes, aut miserabilem fugam cogitabant. Hæc a quibus timebantur, eos hostes appellare dubitamus? Gravius si quis attulerit nomen, libenter assentiar: hoc vulgari contentus vix sum; leviore non utar.

11. Itaque cum supplicationes justissimas ex iis literis,[10] quæ recitatæ sunt, decernere debeamus, Serviliusque decreverit; augebo omnino numerum dierum, præsertim cum non uni, sed tribus ducibus[11] sint decernendæ. Sed hoc primum faciam, ut imperatores[2] appellem eos, quorum virtute, consilio, felicitate, maximis periculis servitutis atque

[a] *Divulgatis.*

omittunt *Antonius.*—7 *Ad explendas egest*, *v*, Pal. 2. 4. Nang. Muret. Faërn. Lamb. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell. *ad explicandas egest*. Pal. 1. Tum, *latrociniis suis* e conjectura Grævil recepit Lall. Paulo post, Lamb. *jam pridem metator*. Pro *sua* ψ habet *si vis.*—8 Ante *rumoribus* Mss. omnes et edd. ante Faërn. inserunt *id est*, *qui inter mœnia hostes sunt*, quæ verba Faërn. et edd. seqq. deleverunt e conj. Ferrarii.—9 *Jam* omittunt Colon. et al. cum Muret. Græv. Oliv. et Wernsd. in ed. maj. Pro *Jam aut* in *v* legitur *Ea ut*, et paulo post *at miserabilem.*—10 Edd. vett. *ex his lit*. Tum, *v debemus.*—1 *Præsertim cum una tribus ducibus* ψ: *præs. cum uni e tribus ducibus* Mss. aliq. Ferrarii: *præs. cum communiter tribus ducibus* unus Ms. Ferrarii, cum Manut. Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *præs. cum non uni, sed communiter tribus ducibus* Græv. Schutz. et Wernsd. In Barb. 1. 2. legitur *præs. cum uniter ducibus.*—2 In *v* deest *imperatores*. Mox, *quorum virtute et consilio feliciter*

NOTÆ

[f] *Decempeda*] Decempeda pertica est decem pedum, qua architecti, fabri, agrorum et viarum mensores utebantur.

[g] *Saxa*] Is fuit ex Antonianis partibus perditissimus, et ejus castrorum metator, id est, qui locum castris eligit, et metatur.

[h] *Larem familiarem*] Putabant illi domum quamlibet suum habere Deum, larem domesticum ac tutelarem. De laribus diximus orat pro Sext. § 30. not.

[i] *Tribus ducibus*] Videlicet consulibus et Octavio Cæsari.

Digitized by Google

interitus liberati sumus. Etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, ut non[3] imperator appellaretur, aut minimis rebus gestis, aut plerumque nullis? Quamobrem aut supplicatio ab eo, qui ante dixit,[4] decernenda non fuit; aut usitatus honos, pervulgatusque, tribuendus iis, quibus etiam novi et singulares[5] debentur. V. 12. At si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia[k] occidisset, non eum[6] hac consuetudine, quæ increbruit, imperatorem appellaret senatus? tot legionibus cæsis, tanta multitudine interfecta, hostium, dico (ita, inquam, hostium,[7] quamvis hoc isti hostes domestici[l] nolint), clarissimis ducibus supplicationum honorem[8] tribuemus, imperatorum nomen adimemus? Quanto enim honore, lætitia, gratulatione in hoc templum[9] ingredi debent illi ipsi hujus urbis liberatores, cum hesterno die, propter eorum res gestas, me ovantem,[m] et prope triumphantem, populus Romanus

ψ et Barb. 1. 2.—3 *v* caret negativa particula.—4 ψ *dissit.*—5 Alii *novi singularesque.*

CAP. V. 6 *An si quis ... occid., eum* ψ et Mss. Regii cum Muret. Faërn. Lall. et Orell. *An si quis ... occid., non eum* Car. Steph. Schutz. et Wernsd. in ed. maj.—7 *Tanta mult. hostium interfecta, dico inquam hostium* Mss. plerique et edd. ante Manut. qui cum edd. seqq. (præter Orell.) dedit *tanta mult. interfecta, hostium dico;* (post *dico* nonnulli notam interrogationis posuerunt) *ita, inquam, hostium,* ut legitur in uno Ms. Ferrarii, Ms. Regio, et duobus Mss. Ursini. Orellius, e conjectura Garatoni, recepit, *tanta mult. hostium interfecta; ita, inquam, hostium.* Paulo post, ψ *nolunt.*—8 *Supplicationis hon.* ψ et edd. vett. *supplicationibus honorem* Barb. 1. *supplicationem honorum* Mss. plerique. Deinde, *imperatorium nomen v*, Muret. et Orell.—9 *v* ψ *in hoc templo.* Tum, *v illi ipsius urbis.* Paulo post, ψ *cum*

NOTÆ

[k] *Mille, aut duo millia*] Ex antiquo Romanorum more appellabatur tantum is imperator, qui decem hostium millia profligaret: posteris tamen temporibus, ut refert Appianus, eodem imperatoris nomine decorabatur, sub quo mille concidissent.

[l] *Hostes domestici*] Tales erant qui favebant Antonio, atque inter eos potissimum Fufium Calenum et L. Pisonem videtur indicare.

[m] *Me ovantem*] Ovatio minor fuit triumphus, qui neque tanta dignitate, neque pompa celebrabatur: iis enim tantum concedebatur, qui nec dictatores, nec consules, nec prætores, nec justum hostem, sed servum, sed piratam, aut fugitivum vicerant. Ovatio autem ab ove, quæ tantum immolari solita erat, dicta est. Censet tamen Festus, dictam fuisse ovationem a clamore militum, qui literam O, propter victoriam, lætitia exultantes proferebant.

Digitized by Google

in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit? 13. Is enim demum est,[10] mea quidem sententia, justus triumphus[n] ac verus, cum bene de republica meritis testimonium a consensu civitatis datur: nam sive in communi gaudio populi Romani uni gratulabantur,[1] magnum judicium;[o] sive gratias agebant, eo majus; sive utrumque, nihil magnificentius excogitari potest.

Tu igitur ipse[2] de te?[p] dixerit quispiam. Et quidem invitus: sed injuriæ dolor[q] fecit me, præter consuetudinem, gloriosum. Nonne satis est, ab hominibus virtutis ignaris gratiam bene merentibus non referri?[3] etiam in eos, qui omnes suas curas in reipublicæ salute defigunt, crimen[4] invidiaque quæretur? 14. Scitis enim per hos dies cele-

externo die.—10 ψ *pop. Romanum in Cap. domo tul. Is demum est.* Alii *enim* quoque omittunt.—1 Hervag. *mihi gratulabantur:* υ *gratulabatur*, omisso *uni*. Mox, *sive uni gratias ag*. Colon. Mss. Ferrarii, Gruteri et Car. Steph. cum Grut. et al. Paulo post, υ et Ms. Car. Steph. *cogitari potest.*—2 Edd. vett. non agnoscunt *ipse*. Mox, pro *dolor fecit* υ habet *dolore ait;* ψ *dolore ago;* edd. vett. *dolore aio;* Ven. 1483. Junt. *dolore animo;* margo Crat. Naug. Muret. Faërn. Lamb. Oliv. Wernsd. in ed. min. et Orell. *dolor facit.*—3 υ et Muret. *referre.*—4 Ante *crimen* edd. nonnullæ inserunt *in pejus*. Pro vulg. *creberrimum* Ern. ex Huyd. cum Schutz. et Wernsd. in ed. min. dedit *celeberrimum*. Pro verbis *sermonem me per Idus Quintiles* υ exhibet *ne post Idus Quintiles;* ψ *me per Idus Quintiles;* Muretus, Lamb. Græv. Oliv. Lall. Schutz. Wernsd. in ed. min. et Orell. *sermonem, me pridie Vinalia;* Ant. Augustinus *sermonem, me pridie Quinquatrus;* Pantagathus *sermonem, me per Idus Apriles.* In Mss. plerisque et edd. vett. h. l. ita legitur, *Nonne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiam bene merentibus non referre, etiam* (al. *nisi etiam*) *in eos qui omnes suas curas in reip. salute defigunt? Scitis enim per hos dies creberrimum fuisse sermonem: me per idus Quintiles, qui dies hodie est, cum fascibus descensurum: aliquemne imperatorem habituri erimus? crimen* (al. *erimus? in pejus crimen*) *invidia quæretur?* (Franc. et Colon. *quæratur?* Barb. 1. 2. *quæreretur?*) *Credo hoc in gladiatorem, &c.* Muretus e conjectura edidit *cum fascibus descensurum, quem? me imperatorem. Credo hoc in gladiatorem, aut latronem, &c.* Lamb. *cum fascibus descensurum? Credo hoc in aliquem impium gladiatorem, &c.* Orell. suspicatur legend. *referri? etiam in eos, qui omnes*

NOTÆ

[n] *Justus triumphus*] Verus ac legitimus triumphus censeri debet æstimatio, quam de meritis et virtute cives habent universi.

[o] *Magnum judicium*] Subauditur, 'esset.'

[p] *Tu igitur ipse de te*] Excusat quod de se id referre cogatur, ne jactantiæ vituperium incurrat.

[q] *Injuriæ dolor*] Affert rationem, quare invitus de se loquatur: ait enim se aliena injuria ad id cogi.

Digitized by Google

berrimum fuisse sermonem, me per Idus Quintiles,[r] qui dies hodie est, cum fascibus descensurum. In aliquem credo hoc gladiatorem, aut latronem, aut Catilinam esse consultum,[5 l] non in eum, qui, ne quid tale in republica fieri posset,[6] effecerit. An ut ego, qui Catilinam hæc molientem sustulerim, everterim, afflixerim, ipse existerem[7] repente Catilina? Quibus auspiciis istos fasces augur acciperem?[s] quatenus haberem?[t] cui traderem? [*p.* 261.] Quenquamne fuisse[8] tam sceleratum, qui hoc fingeret? tam furiosum,[9] qui crederet? Unde igitur ista suspicio, vel potius unde[10] iste sermo? VI. 15. Cum, ut scitis, hoc triduo, vel quatriduo, tristis a Mutina fama[u] manaret; inflati lætitia atque insolentia impii cives,[x] unum se in locum,[y] ad illam curiam, viribus[1] potius suis quam reipublicæ infelicem, congregabant. Ibi cum consilium[2] inirent

[l] *Quæsitum.*

suas curas in reip. salute defigunt, impiis a civibus crimen invidiaque quæretur? &c. —5 Muretus e conj. cum Lamb. Oliv. et al. *confictum.*—6 ψ et edd. vett. *possit.* Tum, *An ego* Faërn. et Lamb.—7 ψ et edd. ante Manut. *exstiterim.* Mox, *v Catalinam.*—8 *v Quanquam nec fuisse: ψ Quanquam ut opinor nec fuisse:* edd. vett. *Quanquam opinor nec fuisse.*—9 Al. *nec tam furiosum.*—10 *v* ψ et edd. ante Grut. non agnoscunt *unde.*

CAP. VI. 1 Pro *viribus* edd. nonnullæ habent *vitiis;* Ant. Augustinus *civibus.* Barb. 1. 2. Muret. Lamb. Oliv. et Wernsd. in ed. min. habent *suis potius,* omisso *viribus.* Mox, *infelicem* abest a Franc. et Amster.

NOTÆ

[r] *Per Idus Quintiles*] Cælius Secundus legit *per Idus Apriles:* nam aliter hæc lectio repugnaret historiæ: 'Galba enim, ad Ciceronem scribens, decimo septimo Kalend. Maii prælium hoc esse commissum ait: Cicero scribens ad M. Brutum, hujus victoriæ nuntium ad duodecimum Kalend. Maias allatum esse testatur: hæc autem oratio postridie ejus diei est recitata; hinc nemo non videt, Idus Quintiles nihil ad rem facere. Si autem *per Idus Apriles* reponatur, omnia recte quadrabunt, et cum reliquis locis consentient.' Hæc ille.

[s] *Augur acciperem*] Cum esset augur Cicero, religionis quoque defensor esse debuit.

[t] *Quatenus haberem*] Id est, ad quod tempus haberem hæc summæ dignitatis ornamenta?

[u] *Tristis a Mutina fama*] Sparsus quidam fuerat rumor Antonium vicisse, quia aliquot Galli equites ab Octavio Cæsare ad Antonium defecerant. Vide Dion. lib. XLVI.

[x] *Impii cives*] Hi sunt qui Antonio favebant.

[y] *In locum*] Arbitrantur nonnulli in ædes Pompeii confluxisse, quas Antonius invaserat.

Digitized by Google

de cæde nostra, partirenturque inter se, qui Capitolium, qui Rostra,[3 z] qui urbis portas occuparent; ad me concursum futurum civitatis putabant. Quod ut cum invidia[4] mea fieret, et cum vitæ etiam periculo, famam istam fascium dissipaverunt: fasces[5 a] ipsi ad me delaturi fuerunt. Quod cum esset quasi mea voluntate factum, tum in me[6] impetus conductorum hominum,[b] quasi in tyrannum, parabatur: ex quo cædes esset vestrum omnium[7] consecuta. Quæ res patescit, patres conscripti: sed suo tempore[8] totius hujus sceleris fons[m] aperietur. 16. Itaque P.[9] Apuleius, tribunus plebis, meorum omnium consiliorum periculorumque, jam inde[10] a consulatu meo, testis, conscius, adjutor,[1] dolorem ferre non potuit: doloris mei concionem habuit maximam, populo Romano unum atque idem sentiente. In qua concione cum me, pro summa nostra[2] conjunctione et familiaritate, liberare suspicione fascium vellet, una voce cuncta concio declaravit, nihil esse a me unquam de republica, nisi optime cogitatum. Post hanc habitam concionem, duabus tribusve horis, optatissimi nuntii et literæ venerunt; ut idem dies non modo me iniquissima invidia liberarit, sed etiam celeberrima populi Romani gratulatione auxerit.

17. Hæc interposui, patres conscripti, non tam[3] ut pro

[m] *Origo.*

—2 ψ *consilia.*—3 Pro *rostra,* quod est e conj. Faërni, Mss. plerique et edd. vett. habent *hostia;* al. *ostia.*—4 Grævii Ms. *Quod cum et invidia.* In Mss. paucis et edd. vett. deest *cum.*—5 *v faces.*—6 ψ et edd. vett. *in me* omittunt. —7 Mss. Ferrarii cum Muret. Faërn. Lamb. et Orell. *omnium vestrum.* Mox, *Quæ res patefecit v* ψ et edd. vett. cum Grut.—8 Al. *quod suo temp.*— 9 *v* et ψ prænomen omittunt.—10 Pro *jam inde v* exhibet *tam idem;* ψ *tam inde quam.*—1 Al. *conscius et adjutor.* Mox, Schutz. Wernsd. in ed. min. et Orell. sic distinguunt, *potuit doloris mei; concionem, &c.*—2 In *v* et ψ deest *nostra.*—3 *v* caret *tam.* Deinde, *dixerim* Mss. et edd. ante Naug. cum Fa-

NOTÆ

[z] *Qui Rostra* [*ostia*] Ostia proprie sunt exitus fluminum in mare, quæ etiam ad ædes civium privatas transferuntur.

[a] *Fasces*] Fasces sunt ornamenta magistratuum.

[b] *Conductorum hominum*] Homines pecunia conducti sunt ad Ciceronem et bonos cives trucidandos.

Digitized by Google

me dicerem, (male enim mecum ageretur, si parum vobis essem sine defensione purgatus) quam ut quosdam nimis jejuno[a] animo et angusto monerem, id quod semper[4] ipse fecissem, uti excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent. Magnus est in republica campus, ut sapienter dicere Crassus[c] solebat;[5] multis apertus cursus ad laudem. VII. Utinam quidem illi principes[d] viverent, qui me, post meum consulatum, cum iis ipse cederem, principem non inviti videbant! Hoc vero tempore, in tanta inopia constantium et fortium consularium, quo me dolore affici creditis, cum alios male sentire, alios nihil omnino curare videam,[6] alios parum constanter in suscepta causa permanere, sententiamque suam non semper utilitate reipublicæ,[7] sed cum spe, tum timore moderari?[e] 18. Quodsi quis de contentione principatus laborat (quæ nulla esse debet), stultissime facit, si vitiis cum virtute contendit. Ut enim cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute superatur. Tu, si ego de republica optime sentiam,[8] ut me vincas, ipse pessime senties?[b] aut, si ad me bonorum concursum fieri videbis, ad te improbos invitabis? Nolim,[9] primum reipublicæ causa, deinde etiam dignitatis tuæ.[10] Sed, si principatus ageretur, quem nunquam expetivi, quid tandem mihi esset optatius? Ego enim malis sententiis vinci non possum, bonis[1] forsitan possum, et liben-

[a] *Vacuo.* [b] *Facies.*

ërn. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell. Ceteri *dicerem* e conj. Ferrarii. Paulo post, ψ *agetur.*—4 ψ et edd. vett. *quod ego semper.*—5 Al. *dicere solebat Crassus.*

CAP. VII. 6 Al. *video.*—7 ψ *non propter utilitatem reip.* Pro *cum spe, tum* *v* habet *cum specto ;* ψ *conspecto.* Mox, ψ *laboraret.*—8 *v sententiam.*—9 *Nolim* e Ms. Huyd. dederunt Ern. Schutz. Wernsd. in ed. min. et Orell. *Nollem* ceteri.—10 Post *tuæ* ψ addit *fieri.* Mox, ψ *qui tandem mihi esset optabilis.*—1 Pro vocibus *malis sententiis vinci non possum bonis* in *v* legitur *malim.* Dein-

NOTÆ

[c] *Crassus*] L. Crassus, orator celeberrimus.

[d] *Illi principes*] Per illos viros principes, intelligit viros consulares, qui primum in republica locum tenebant, quales erant Pompeius, Bibulus, Cato.

[e] *Timore moderari*] Designat eos, qui Antonium reformidantes, proferre suam sententiam nolebant.

Digitized by Google

ter. 19. Hæc populum Romanum videre, animadvertere, judicare, quidam moleste ferunt. Poteratne fieri, ut non perinde[2] homines de quoque, ut quisque mereretur, judicarent? Ut enim de universo senatu[3] populus Romanus verissime judicat, nullis reipublicæ temporibus hunc ordinem firmiorem atque fortiorem[4] fuisse; sic de unoquoque nostrum, et maxime, qui hoc loco[f] sententias dicimus, sciscitantur omnes, avent audire, quid quisque[5] senserit: ita de unoquoque, ut quemque meritum arbitrantur, existimant. 20. [*p.* 262.] Memoria tenent, me ante diem XIII[6] Kalendas[g] Januarias principem revocandæ libertatis fuisse: me ex Kalendis Januariis[h] ad hanc horam invigilasse[7] reipublicæ: meam domum, measque aures, dies, noctes,[8] omnium præceptis monitisque patuisse: meis literis, meis nuntiis, meis cohortationibus omnes, qui ubique essent, ad patriæ præsidium excitatos: meis sententiis a Kalendis Januariis nunquam legatos ad Antonium;[i] semper illum hostem,[k] semper hoc[9] bellum;[l] ut ego, qui omni tempore[m] veræ pacis auctor fuissem, huic essem nomini pestiferæ pacis inimicus. 21. Idem Ventidium,[10] cum alii

de, *forsitan possim* v ψ, Barbador. Barb. 1. Ven. Junt. Faërn. et Orell.—2 Lamb. *proindè.* Pro *de quoque* v habet *quo usque;* ψ et edd. vett. *quoque;* alii *quique.*—3 ψ *senatu dicam.*—4 ψ *firm. aut fortiorem.* In v deest *atque fortiorem.*—5 v *quid quis:* ψ *quod quisque.*—6 Mss. plerique et edd. ante Manut. *XIIII.*—7 ψ et edd. vett. *vigilasse.*—8 Edd. ante Grut. cum Orell. *dies et noctes.* Tum, ψ *omnibus præceptis monitisque paruisse.* Paulo post, edd. vett. *meisque coh.*—9 In v deest *hoc.*—10 Mss. nonnulli *Idem R. Ventidium.* Deinde, v *aliis tribunum, &c.* ψ, Barb. 1. 2. et ed. Rom. *aliis tribunis plebis voluisse.*

NOTÆ

[f] *Hoc loco*] Primo loco consulares sententiam ferebant.

[g] *Diem XIII Kal.*] Vide Phil. III. § 21. not.

[h] *Ex Kal. Januariis*] A Kal. Jan. quibus habuit Philippicam quintam, ad hanc usque, pro republica stetit Cicero contra Antonii furorem.

[i] *Legatos ad Antonium*] Dissuasit semper Cicero, ut ad Antonium legati mitterentur.

[k] *Semper illum hostem*] Subauditur 'judicavi.'

[l] *Semper hoc bellum*] Id est, semper ejus actiones bellum esse credidi.

[m] *Ut ego, qui omni tempore, &c.*] Id est, cum ego semper suasissem, pacem certam et veram esse optandam, funestam populo Romano faciendam dissuasi.

Digitized by Google

tribunum plebis voluissent, non ego semper hostem?[n] Has in sententias meas si consules designati[1] discessionem[o] facere voluissent, omnibus istis latronibus, auctoritate ipsa senatus, jam pridem de manibus arma cecidissent. VIII. Sed, quod tum non licuit, patres conscripti, id hoc tempore non solum licet, verum etiam necesse est, eos, qui re sunt hostes, verbis notari,[2] sententiis nostris hostes judicari. 22. Antea, cum hostem aut bellum nominassem, semel et sæpius sententiam meam de numero sententiarum sustulerunt:[ſ] quod in hac causa jam fieri non potest. Ex literis enim C. Pansæ, A. Hirtii, consulum, C. Cæsaris proprætoris,[3] de honore Diis immortalibus habendo sententias diximus. Supplicationem modo qui decrevit, idem imprudens[4] hostes judicavit: nunquam enim in civili bello supplicatio decreta est.[p] Decretam dico?[5] ne victoris quidem literis postulata est. 23. Civile bellum consul Sulla gessit:[q] legionibus in urbem adductis, quos voluit, expulit: quos potuit, occidit: supplicationis[6] mentio nulla. Grave bellum Octavianum[r] insecutum est: supplicatio Cinnæ nulla

ſ *Rejecerunt.*

Pro *voluissent* Ferrar. conj. *vocavissent*. Garaton. suspic. *Idem Ventidium, cum alii prætorem, non ego semper hostem*, omisso *voluissent*.—1 Pantagathus *consules dedignati*. Wernsd. in ed. min. et Orell. deleverunt *designati* de sententia Manutii et Garatoni.

CAP. VIII. 2 *v verbis non notari: ψ verbis notati.* Tum, *ψ hostem judicari.* Porro, Huyd. Schutz. et Wernsd. in ed. min. *Antea cum hostem aut cum bellum.*—3 Orell. *pro prætore:* alii *propræt.*—4 *v imprudentes.*—5 *v ψ* et Lamb. *Decreta dico.*—6 *v de supplicationibus.* Mox, *Grave bellum Octavii* nonnullæ

NOTÆ

[n] *Non ego semper hostem*] Subauditur 'judicavi.'

[o] *Discessionem*] Conqueritur Cicero, suam sententiam ita rejectam fuisse a consulibus designatis, ut in eam, quemadmodum in aliorum, discessio non fieret. Discessio autem fiebat, cum, propositis duabus vel pluribus sententiis, unam earum ceteri vel suffragiis comprobabant, ut in eam senatusconsultum fieret, vel pedibus ibant. Unde pedarii senatores, qui in alienam sententiam pedibus ibant, cum propriam non rogarentur.

[p] *In civili bello supplicatio decreta est*] In civili bello nomen imperatoris non dabatur, neque supplicatio decernebatur.

[q] *Sulla gessit*] Vide Orat. VIII. § 7. not.

[r] *Octavianum*] Ibidem, not.

Digitized by Google

victoris. Cinnæ victoriam imperator ultus est Sulla: nulla supplicatio decreta a senatu. Ad te ipsum, P. Servili, num[7] misit ullas collega[s] literas de illa calamitosa[8] pugna Pharsaliæ? num te de supplicatione voluit referre? Profecto noluit. At misit postea de Alexandria, de Pharnace:[t] Pharsalicæ[9] vero pugnæ ne triumphum quidem egit. Eos enim cives pugna illa sustulerat, quibus non modo vivis, sed etiam victoribus,[10] et incolumis et florens civitas esse posset. 24. Quod idem contigerat superioribus bellis civilibus. Nam mihi consuli supplicatio, nullis armis sumtis, non ob cædem hostium, sed ob conservationem[1] civium,[u] novo et inaudito genere, decreta est. Quamobrem aut supplicatio ob rempublicam pulcherrime gestam[2] postulantibus vestris[3] imperatoribus publice deneganda est (quod præter Gabinium[x] contigit nemini), aut, supplicatione decernenda,[4] hostes eos,[y] de quibus decernitis, judicetis ne-

edd. vett.—7 *v* ψ et al. *num* omittunt. In Mss. plerisque et edd. vett. legitur *P. Servilium misit.*—8 Græv. et Orell. e Ms. receperunt *calamitosissima.* Deinde, *pugna Pharsalica* e conj. edidit Orell. Pro *Pharsaliæ num* in Ms. Græv. legitur *Pars alienum,* et paulo post *ferre.*—9 Ven. 1483. Junt. *Pharsaliæ.*—10 Mss. nonnulli et edd. ante Græv. *non modo victoribus, sed etiam vivis.* Mox, *v* caret *esse.*—1 *v ob servationem.*—2 Idem *actam.*—3 Mss. nonnulli et edd. Rom. Ven. Junt. Græv. Lall. *nostris.* Deinde, *imp. p. deneganda* Ms. Grævii: *im. p. deneganda* Colon. *imperatoribus p. c. deneganda v*: unde Orell. dedit *imperatoribus, patres conscripti, deneganda.* Mss. nonnulli cum Manut. Faërn. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Wernsd. *publice* omittunt.—4 ψ et nonnullæ edd. vett. *decreta.* Verba *hostes eos* usque ad *qui supersunt* absunt a Mss. paucis et edd. ante Ald.

NOTÆ

[s] *Collega*] Julius Cæsar, qui Servilium collegam habebat, nullas ad illum literas dedit, ut Romæ propter Pharsalicam victoriam supplicatio fieret.

[t] *De Alexandria, de Pharnace*] Pharnaces filius fuit Mithridatis Ponti regis, quem post Pharsalicam pugnam Cæsar aggressus est, et more fulminis primo nec integro prælio percussit: unde illud, 'Veni, vidi, vici.'

[u] *Ob conservationem civium*] Indicat conjurationem Catilinæ a se extinctam.

[x] *Præter Gabinium*] Gabinius ille consul fuit cum Pisone, quibus consulibus abiit in exilium Cicero. Cum vero supplicationes postulasset propter rem bene gestam contra Parthos, dum proconsul Syriam teneret, suadente Cicerone ei denegatæ sunt.

[y] *Hostes eos*] Intelligit Antonianos, qui victi sunt.

Digitized by Google

cesse est. IX. Quod ergo ille re,[5] [z] id ego etiam verbo; cum imperatores eos appello, hoc ipso nomine, et eos,[6] qui jam devicti sunt, et eos, qui supersunt, hostes judico [cum victores appello imperatores]. 25. Quomodo enim potius[7] Pansam appellem? etsi habet honoris amplissimi nomen:[a] quomodo Hirtium?[8] Est ille quidem consul: sed alterum nomen beneficii est[b] populi Romani, alterum virtutis[c] atque victoriæ. Quid? Cæsarem, Deorum beneficio reipublicæ procreatum, dubitemne appellare imperatorem? qui primus Antonii immanem et fœdam crudelitatem, non solum a jugulis nostris,[g] sed etiam a membris et visceribus avertit. Unius autem diei quot et quantæ virtutes (Dii immortales!) fuerunt! 26. Princeps[h] enim omnium Pansa prælii faciendi, et[9] cum Antonio confligendi[d] fuit: dignus imperator legione Martia; digna legio imperatore:[10] cujus si acerrimum impetum cohibere Pansa potuisset, uno prælio confecta res esset. [*p.* 263.] Sed cum libertatis avida legio effrænatius[i] in aciem hostium irrupisset, ipseque in primis Pansa pugnaret, duobus periculosis[1] vulneribus ac-

[g] *Nostra vita.* [h] *Auctor.* [i] *Vehementius.*

CAP. IX. 5 Edd. vett. *Quod ergo illi re.* Pro verbis *Quod ergo ille re, id ego etiam* ψ exhibet *Quo enim.* Orell. suspic. *cum* delend.—6 Edd. vett. *et eos* omittunt. Pro *jam* Mss. Ferrarii habent *etiam.* Mox, Muretus e conj. Ferrarii delevit verba *cum victores appello imperatores.*—7 In *v* deest *potius.*—8 Ern. et Schutz. e conj. Ant. Augustini *Quomodo Hirtium:* ceteri *Quo Hirtium.* Tum ψ *Est enim ille.*—9 *v etiam.*—10 Post *imperatore* Lamb. e conj. Ferrarii inseruit *Pansa.* Mox, *Pansa* omittunt Mss. nonnulli Manut. Faërn. Lamb. Græv. Wernsd. in ed. maj. et Orell.—1 *v periculis.*

NOTÆ

[z] *Quod ergo ille re*] Infert ex eis quæ dicta sunt, imperatores duces reipublicæ appellandos esse, cum hostis sit Antonius.

[a] *Honoris amplissimi nomen*] Consul erat Pansa, ideoque summo honoris nomine decorabatur; quia consulatu nulla superior fuit dignitas.

[b] *Alterum nomen beneficii est*] Nomen consulis beneficium est, quia a populo Romano confertur.

[c] *Alterum virtutis*] Imperatoris nomen virtuti et rebus præclare gestis referendum est.

[d] *Cum Antonio confligendi*] Totius illius prælii rationem descriptam invenies Epist. ad Fam. x. 30. quam ea de re Pansa ad Ciceronem scripsit.

Digitized by Google

ceptis, sublatus e prælio, reipublicæ vitam reservavit. Ego vero hunc non solum imperatorem, sed etiam clarissimum imperatorem judico: qui, cum aut morte aut victoria se satisfacturum reipublicæ spopondisset, alterum fecit; alterius Dii immortales omen avertant![e] X. 27. Quid dicam de Hirtio? qui, re audita, e castris duas legiones eduxit incredibili studio atque virtute, quartam illam, quæ, relicto Antonio, se olim cum Martia legione conjunxit, et septimam, quæ constituta ex veteranis, docuit illo prælio,[2] militibus iis, qui Cæsaris beneficia servassent,[f] senatus populique Romani carum nomen esse. His[3] viginti cohortibus, nullo equitatu, Hirtius ipse aquilam[g] quartæ legionis cum inferret (qua[4] nullius pulchriorem speciem imperatoris accepimus), cum tribus Antonii legionibus equitatuque conflixit; hostesque nefarios, huic Jovi[h] Maximo,[5] ceterisque Deorum immortalium templis, urbis tectis, libertati populi Romani,[6] nostræ vitæ sanguinique imminentes, prostravit, fudit, occidit; ut cum admodum paucis, nocte tectus, metu perterritus, princeps latronum duxque fugerit.[i] O solem ipsum beatissimum, qui, antequam se abderet, stratis cadaveribus parricidarum,[k] cum paucis fugientem vidit Antonium! 28. An vero quisquam dubitabit appellare Cæsarem imperatorem? ætas ejus certe ab hac sententia neminem deterrebit, quandoquidem virtute superavit ætatem.

CAP. X. 2 Al. *hoc prælio*.—3 ψ *In his*.—4 *Quia* Mss. nonnulli et edd. ante Ald. cum Grut. *q*² Franc. Amsterod. Ms. Grævii et Barb. 1. *q*ª ed. Ven. *quam* Ald. Naug.—5 Muret. et Orell. *huic Jovis optimi maximi*.—6 ψ *pop.*

NOTÆ

[e] *Omen avertant*] Vulneratus in prælio Pansa occubuit paulo mox ex vulnere Bononiæ, quo delatus est.

[f] *Qui Cæsaris beneficia servassent*] Id est, qui accepta a Julio Cæsare beneficia non dilapidassent.

[g] *Aquilam*] Signum militare fuit aquila.

[h] *Huic Jovi*] Jovem intelligit Capitolinum, in cujus templo senatus habebatur.

[i] *Princeps latronum duxque fugerit*] Antonius. Vide Epist. ad Fam. x. 30. ubi hæc fuga describitur.

[k] *Parricidarum*] Antonianos parricidas appellat, quia patriæ vastitatem, et civibus suis necem inferre conabantur.

Digitized by Google

Ac mihi semper eo majora beneficia C. Cæsaris visa sunt, quo minus erant ab ætate illa postulanda: cui cum imperium dabamus,[7] eodem tempore etiam spem nominis ejus deferebamus; quod, cum est secutus[8] auctoritatem nostri decreti, rebus gestis suis comprobavit. Hic ergo adolescens maximi animi, ut verissime scribit Hirtius, castra multarum legionum paucis cohortibus tutatus est, secundumque prælium fecit. Ita trium imperatorum populi Romani virtute,[9] consilio, felicitate, uno die locis pluribus respublica est conservata. XI. 29. Decerno igitur eorum trium nomine quinquaginta dierum supplicationes; quas, ut honorificentissimis[10] verbis consequi potero, complectar ipsa sententia.

Est autem fidei pietatisque nostræ, declarare fortissimis militibus, quam memores simus,[1] quamque grati. Quamobrem promissa nostra, atque ea, quæ legionibus, bello confecto, tributuros nos spopondimus, hodierno senatusconsulto renovanda censeo. Æquum est enim, militum, talium præsertim, honorem conjungi. 30. Atque utinam, patres conscripti, civibus omnibus solvere nobis præmia liceret! quanquam nos ea, quæ promisimus,[2] studiose cumulata reddemus. Sed id quidem restat, ut spero, victoribus, quibus senatus fides præstatur: quam quidem cum difficillimo reipublicæ tempore secuti sint,[3] eos nunquam

Romano.—7 Ms. Grævii et Mss. Ferrarii cum Manut. Faërn. Lamb. Græv. et Oliv. *dabamus.* Tum, *eo tempore* Ms. Grævii. Pro *etiam* in edd. vett. legitur *et.* Porro, *υ nomini.*—8 *υ ψ* et al. *consecutus.* Barb. 1. 2. Rom. Ven. Junt. Naug. Faërn. et Orell. sic legunt et distinguunt, *quod cum est consecutus, auctoritatem nostri decreti rebus gestis suis compr.* Pro *cum* Orell. suspic. *quoniam* vel *quando* legend. Ernesto suspectum est *suis.*—9 *υ ψ imperatorum p. c. virtute.* Ms. Grævii et Mss. Ferrarii cum Muret. Faërn. Lamb. omittunt *populi Romani.*

CAP. XI. 10 *Causas ut hon.* ψ, Muret. Græv. Schutz. Wernsd. et Orell. *causis ut hon.* Mss. plerique et edd. vett. *quas quam hon.* Lamb. Ante *consequi* Mss. nonnulli et edd. vett. addunt *ipse.* Deinde, *potuero υ* et Ms. Grævii. Vid. Nott. Varr.—1 *υ,* Muret. et Faërn. *sumus.*—2 Al. *quanquam ea, quæ nos prom.* Tum, *stud. quanquam multa redd.* Mss. plerique et edd. ante Naug. *stud. cumulateque redd.* Lamb. In *υ* et Ms. Grævii legitur *studiose, quanquam id difficillimo r. p. tempore,* mediis verbis omissis. Mox, Ms. Car. Steph. cum Muret. *præstabitur.* Pro *quam quidem cum ψ*, Barb. 1. 2. et al. habent *quanquam cum;* Mss. plerique et edd. vett. *quanquam id;* Ald. Naug. Cam. Gryph. Faërn. et Orell. *quam cum.*—3 Ern. e conj. cum Schutz. et Wernsd.

Digitized by Google

oportebit consilii sui pœnitere. Sed facile est bene agere cum iis,[4] a quibus etiam tacentibus flagitari videmur. Illud admirabilius et majus, maximeque proprium senatus sapientis est, grata eorum[5] virtutem memoria prosequi, qui pro patria vitam profuderunt. 31. Quorum de honore utinam mihi plura in mentem venirent! duo certe non præteribo, quæ maxime occurrunt; quorum alterum pertinet ad virorum fortissimorum gloriam sempiternam; alterum ad leniendum mœrorem et luctum proximorum. XII. Placet igitur mihi, patres conscripti, legionis Martiæ militibus, et eis, qui una pugnantes occiderunt,[6] monumentum[1] fieri quam amplissimum. [*p.* 264.] Magna atque incredibilia sunt in rempublicam hujus merita legionis. Hæc se prima latrocinio abrupit Antonii: hæc tenuit Albam: hæc se ad Cæsarem contulit: hanc imitata quarta legio parem virtutis gloriam consecuta est. Quarta victrix desiderat[k] neminem: ex Martia nonnulli in ipsa victoria conciderunt.[7] O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita! 32. Vos vero patriæ natos judico; quorum etiam nomen a Marte est; ut idem Deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur. In fuga fœda mors est;[8] in victoria gloriosa: etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet.[m] Illi igitur impii, quos cecidistis,[l][9] etiam ad inferos pœnas parricidii luent:[m] vos vero, qui extremum spiritum in[10] victoria effudistis,

[k] *Amisit.* [l] *Interfecistis.* [m] *Dabunt.*

in ed. min. *secuti sint:* ceteri *secuti sunt.*—4 Faërn. *cum his.* Mox, Ald. Naug. Cam. Gryph. *videamur:* Huyd. *videbamur:* v ψ, Barbador. Barb. 1. 2. e Orell. *videbimur*, ut volebat Ern.—5 v ψ *gratiarum.*

CAP. XII. 6 v *occiderint.*—7 Idem *ceciderunt.*—8 Nonnulli *est* omittunt.—9 v *pignerare solet* ... *quos occidistis.*—10 ψ caret præpositione. Ante *piorum* v addit *cum.* Mox, *Brevis a natura vita vobis data est* Mss. plerique, cum

NOTÆ

[1] *Monumentum*] Monumentum dicitur, quod memoriæ conservandæ causa exstruitur.

[m] *Pignerari solet*] Id est solet accipere pignori, ad obligandum ceteros videlicet, ut victoriam sola virtute accipiant, cujus Mars ipse præses est.

Digitized by Google

piorum estis sedem et locum consecuti. Brevis a natura nobis vita data est; at memoria bene redditæ[a] vitæ sempiterna. Quæ si non esset longior, quam hæc vita; quis esset tam amens, qui maximis laboribus et periculis ad summam laudem gloriamque[1] contenderet? 33. Actum igitur præclare vobiscum, fortissimi, dum vixistis, nunc vero etiam sanctissimi milites, quod vestra virtus[2] nec oblivione eorum, qui nunc[3] sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit, cum vobis immortale monumentum suis pæne manibus senatus populusque Romanus exstruxerit.[4] Multi sæpe exercitus Punicis, Gallicis, Italicis bellis, clari et magni fuerunt: nec tamen ullis tale genus honoris tributum est. Atque utinam majora possemus, quandoquidem a vobis maxima[5] accepimus! Vos ab urbe furentem Antonium avertistis: vos redire molientem repulistis. Erit igitur[6] exstructa moles opere magnifico, incisæque literæ, divinæ virtutis testes sempiternæ: nunquam[7] de vobis, eorum, qui aut videbunt vestrum monumentum, aut audient, gratissimus sermo conticescet. Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti.[8]

XIII. 34. Sed quoniam, patres conscripti, gloriæ munus optimis et fortissimis civibus monumenti honore persolvitur, consolemur eorum proximos, quibus optima[9] est hæc quidem consolatio; parentibus, quod tanta reipublicæ præsidia genuerunt; liberis, quod habebunt[10] domestica exempla virtutis; conjugibus, quod iis viris carebunt, quos laudare, quam lugere[1] præstabit; fratribus, quod in se, ut corporum, sic virtutum[2] similitudinem esse confident. At-

Ferrar. Faërn. Lamb. *Brevis autem vobis vita data est* ψ et edd. vett. pleræque.—1 Mss. Ferrarii *ad laudem gloriamque summam*.—2 *v nostra virtus*.—3 In *v* et edd. vett. non legitur *nunc*. Mox, *sepulta* Pal. 2. et Ms. Ferrarii.—4 *v exstruxit*. Mox, in *v* deest *Italicis*. Pro *bellis* ψ habet *bellicis*.—5 *v maximam*.—6 Idem Ms. *Est igitur*.—7 Edd. vett. cum Orell. *nunquamne*.—8 Quidam conj. *eritis* legend.

Cap. XIII. 9 ψ *qui opt*. In *v* deest *quidem*.—10 Faërn. *habent*.—1 *v quos*

NOTÆ

[a] *Redditæ*] Vitam habemus a Deo; huic reddimus, cum morimur.

Digitized by Google

que utinam his omnibus abstergere [3] fletum sententiis nostris consultisque possemus, vel aliqua talis his adhiberi publice posset oratio, qua deponerent mœrorem atque luctum, gauderentque potius, cum multa et varia impenderent hominibus genera mortis, id genus, quod esset pulcherrimum,[4] suis obtigisse, eosque nec inhumatos esse, nec desertos (quod tamen ipsum pro patria non miserandum putatur), nec dispersis bustis humili sepultura [5] crematos, sed contectos publicis operibus atque muneribus, eaque exstructione, quæ sit, ad memoriam æternitatis,[6] ara virtutis.[o] 35. Quamobrem maximum quidem solatium erit propinquorum,[7] eodem monumento declarari et virtutem suorum, et pietatem, et senatus fidem, et crudelissimi memoriam belli; in quo, nisi tanta militum virtus extitisset, parricidio M. Antonii nomen populi Romani occidisset. Atque etiam censeo, patres conscripti, quæ præmia militibus promisimus [8] nos, republica recuperata, tributuros, ea vivis victoribusque cumulate, cum tempus venerit, persolvenda: qui autem ex iis,[9] quibus illa promissa sunt, pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, conjugibus, fratribus, eadem [10] tribuenda censeo. XIV. 36. Sed, ut aliquando sententia complectar,[1] ita censeo.

'Cum C. Pansa, consul, imperator, initium cum hostibus confligendi fecerit, quo prælio legio Martia admirabili incredibilique virtute libertatem populi Romani defenderit, quod idem legiones tironum [p] fecerint; [*p*. 265.] ipseque

laud., quos lug.—2 Ms. Car. Steph. *virtutis*.—3 Idem *his verbis abst.* Mox, *publice adhiberi* Mss. Ferrarii cum Faërn. et Orell. Pro *oratio* Burmannus Secundus volebat *consolatio*.—4 Mss. nonnulli et edd. vett. *quod est pulch.*—5 ψ *sepulturæ*.—6 *v æternitas*.—7 Idem *sol. est prop.* et mox *virtute*. Ante *pietatem* in Ms. Car. Steph. additur *populi Romani*. Pro *pietatem* edd. vett. *ætatem*.—8 ψ *prosimus*.—9 Muret. *ex his*.—10 ψ et edd. vett. *eadem* omittunt.

NOTÆ

o *Ara virtutis*] Vult Cicero, ut quæ exstruentur monumenta ad conservandum fortissimorum illorum militum gloriam, velut ara sint quædam virtutis; quam omnes intuentes venerentur.

p *Legiones tironum*] Legiones tironum illæ sunt, quæ ex novo delectu conflatæ fuerant.

Digitized by Google

C. Pansa, consul, imperator, cum inter media hostium tela versaretur, vulnera acceperit: cumque A. Hirtius, consul, imperator, prælio audito, re cognita,[2] fortissimo præstantissimoque animo exercitum castris eduxerit, impetumque in M. Antonium, exercitumque hostium fecerit,[3] ejusque copias occisione occiderit,[q] suo exercitu ita incolumi, ut ne unum quidem militem desideraverit: 37. cumque C. Cæsar, imperator,[4] consilio diligentiaque sua castra feliciter[5] defenderit, copiasque hostium, quæ ad castra accesserant, profligarit, occiderit: ob eas res senatum existimare et judicare, eorum trium imperatorum[6] virtute, imperio, consilio, gravitate, constantia, magnitudine animi, felicitate, populum Romanum fœdissima crudelissimaque servitute liberatum: cumque rempublicam, urbem, templa Deorum immortalium, bona fortunasque omnium, liberosque conservarint dimicatione et periculo vitæ suæ; uti ob eas res bene, fortiter, feliciterque gestas,[7] C. Pansa, A. Hirtius, consules, imperatores, alter ambove, aut si[8] aberunt, M. Cornutus, prætor urbanus,[r] supplicationes per dies quinquaginta ad omnia pulvinaria[s] constituat.[9] 38. Cumque virtus legionum digna clarissimis imperatoribus extiterit, senatum, quæ sit antea pollicitus legionibus exercitibus-

CAP. XIV. 1 ψ *Sed eadem ut aliq.* et *v sententiam compl.*—2 *Audito prælio et cognito* Mss. nonnulli et edd. ante Græv. cum Oliv. *audito prælio, et re cognita* Græv. Mox, Ursinus conj. *præsentissimoque animo.*—3 Ms. Ferrarii *exercitumque ejus fec.* Tum, *occidione* e conj. Ferrarii dederunt Manut. Faërn. Lamb. Weinsd. in ed. min. et Orell.—4 *C. Cæsar Propr. imperator* Mss. aliq. Ferrarii. Post *Cæsar* Mss. Regii cum Manut. Gryph. Car. Steph. Muret. Faërn. Lamb. Lall. et Orell. addunt *pro prætore.*—5 *v felicia*, et mox *profligari.*—6 Quidam conj. *imperatorum populi Romani.* Tum, pro *animi felicitate* *v* habet *infelicitate.*—7 *v fortiterque gestas*, omisso *feliciter.* Mox, ψ *consul.*—8 In *v si* omittitur. Deinde, *abierint* Barb. 1. 2. Cam. et Hervag. *aberint* edd. aliæ ante Grut. Paulo post, in *v* deest *urbanus.*—9 Hervag. *constituant.*

NOTÆ

[q] *Occisione* [*occidione*] *occiderit*] Occisio unius, aut paucorum; at occidio multorum est.

[r] *M. Cornutus, prætor urbanus*] Absentibus Roma consulibus omnia gerebantur a prætore urbano, qui maximus erat post consules magistratus.

[s] *Ad omnia pulvinaria*] Pulvinaria lectuli sunt, qui sterni in templis consueverant, in quibus Deorum imagines ad venerationem collocabantur.

que nostris, ea summo studio, republica recuperata,[10] persoluturum: cumque legio Martia princeps[a] cum hostibus conflixerit, atque ita cum majore numero hostium contenderit, ut plurimos[1] cæderent, caperent nonnullos; cumque sine ulla retractatione[b] pro patria vitam profuderint; cumque simili virtute reliquarum legionum milites pro salute et libertate populi Romani mortem oppetiverint; senatui placere, ut C. Pansa, A. Hirtius, consules,[2] imperatores, alter ambove, si eis videatur, iis, qui sanguinem pro vita, libertate, fortunisque populi Romani, pro urbe, templisque[3] Deorum immortalium profudissent, monumentum quam amplissimum locandum, faciundum curent; quæstores urbis ad eam rem[4] pecuniam dare, attribuere, solvere jubeant, ut extet[5] ad memoriam posteritatis sempiternam, ad scelus crudelissimorum hostium, militumque divinam virtutem; utque,[6] quæ præmia senatus militibus ante constituit, ea solvantur eorum, qui hoc bello pro patria occiderunt, parentibus, liberis, conjugibus, fratribus: eaque fratribus tribuantur,[7] quæ militibus ipsis tribui oporteret, si illi vixissent,[8] qui morte vicerunt.'

[a] *Prima.* [b] *Tergiversatione.*

—10 Lamb. *rep. liberata.* Tum, *soluturum* Ms. Car. Steph. *resoluturum* omnes alii Mss. et edd. ante Mannt. cum Orell.—1 *Contend.*, *cum plurimos* υ ψ, Barb. 1. 2. Rom. Ven. Junt. Ald. Crat. *contend.*, *ut quam plurimos* Gryph. Statim, υ *cæderent*, *caderent*. *Nonnulli.* Pro *retractatione* ψ et edd. vett. paucæ habent *necessitate*; alii *retrectatione*.—2 ψ *consul.* Pro verbis *si eis* υ exhibet *suis*; Faërn. Lamb. et Oliv. *si his*.—3 Ms. Grævii et Mss. Ferrarii *fortunis ... templis.* υ non agnoscit præpositionem ante *urbe*.—4 *Faciendumque urbem ad eam rem* Mss. plerique et edd. ante Mannt. qui cum Car. Steph. dedit *faciendumque curent: ad eam rem:* Muret. *faciendum curent: ad eam rem:* Faërn. e conj. Ant. Augustini *faciendum* * *Quæst. urb.* (sic) *ad eam rem:* Lamb. *faciendum curent: quæstoresque urbanos ad eam rem:* Orell. e conj. Garatoni *faciendumque curent: quæstores urb.* (sic) *ad eam rem.* Ferrarius conjecit *faciendum curent: ad eam rem.* Tum, pro *attribuere* ψ et edd. vett. *contribuere*.—5 ψ *exstent.* In eodem Ms. *posteritatis* deest.—6 Lall. ex emendatione Manutii *utique.* Mox, υ *const. et solvantur.*—7 Mss. plerique *eaque tribuantur:* Ms. Lang. *iisque fratribus tribuantur:* Mss. pauci et edd. ante Mannt. *eaque fratribus tribuantur:* Manut. Muret. Faërn. Lamb. Schutz. Wernsd. in ed. min. et Orell. e conj. Ferrarii dederunt *iisque tribuantur.* In υ ψ legitur, *conjugibus, fratribusque tribuantur:* Barbador. Barb. 1. 2. et Mss. aliq. Ferrarii *conjugibus, fratribus tribuantur:* unde Garat. suspic. verba *eaque fratribus tribuantur* delend.—8 Mss. quidam et edd. ante Naug. *si illi vicissent:* Schutzius e conj. Ernesti *si vivi vicissent.* 'Miro judicio in Crat. Hervag. subscribitur, *Desideratur Finis.*' Orell.

Digitized by Google

Digitized by Google

C. SALLUSTII CRISPI

IN M. T. CICERONEM

ORATIO:

NISI POTIUS INCERTI AUCTORIS DECLAMATIO EST.

I. 1. GRAVITER et iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem judicio[a] magis, quam morbo animi petulantia[b] ista[1] uti. Sed cum in te neque modum, neque modestiam ullam animadverto, respondebo tibi; ut,[2] si quam voluptatem male dicendo cepisti, eam male audiendo amittas. Ubi querar? quos implorem, patres conscripti? diripi rempublicam atque audacissimo cuique esse perfidiæ?[3] Apud populum Romanum, qui ita largitionibus[a] corruptus est, ut se ipse,[4] ac fortunas suas venales habeat? an apud vos, patres conscripti? quorum auctoritas turpissimo cuique et sceleratissimo ludibrio est?[5] ubi M. Tullius

[a] *Consilio.* [b] *Improbitate.*

CAP. I. 1 Gerlachius *ista petulantia.*—2 Cortius in ed. sua Sallustii Operum *uti*, semper; sic etiam Gerlach. Mox, Cortius et Orell. *male dicendo volupt.*—3 Badianus Ms. ad Sallust. cum Lamb. *perfidiæ locum.*—4 Pro *se*

NOTÆ

[a] *Largitionibus*] Largitiones in malam partem accipiuntur, cum fiunt ad populi judicia corrumpenda.

Digitized by Google

leges, judicia populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquus ex familia viri clarissimi, Scipionis Africani, ac non reperticius,[b] ascitus,[6] et paulo ante insitus[c] huic urbi civis.. 2. An vero, M. Tulli, facta ac dicta tua obscura sunt? an non ita a pueritia[d] vixisti, ut nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset? An[7] scilicet istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non pudicitiæ jactura perdidisti? Itaque minime mirandum est, si[8] eam flagitiose venditas, quam turpissime parasti.[e] II. Verum, ut opinor, splendor domesticus[f] tibi animos tollit:[e9] uxor sacrilega,[g] ac per-

[e] *Facit te superbum.*

ipse Lamb. Cort. et Orell. habent *sese.*—5 Gerlach. *est* omittit.—6 Lamb. Cort. et Gerlach. *repticius, accitus.* Tum, *ac paulo ante* Cort. et Orell.—7 Cort. et Gerlach. omittunt *An*, quod Orell. uncis includit. Mox, *perdidicisti* Lamb. Cort. et Orell.—8 Pro *si* Cort. et Gerlach. habent *quod.*

CAP. II. 9 Cort. et Orell. *attollit.* Mox, *perjuriis delibuta* Lamb. et Cort.

NOTÆ

[b] *Reperticius*] *Repititius* melius diceretur; quia vir novus Cicero et Arpinas, nulla gentis suæ commendatione, ad primas reipublicæ dignitates pervenit.

[c] *Insitus*] Translatione utitur a plantis, quæ ex alieno solo et trunco, in alium arboris truncum inseruntur. Certe Cicero, cum Arpinate natus esset, Romam venit, ubi consulatu potitus est.

[d] *A pueritia*] Videtur hic communi maledicto uti, quod vulgo. Improbe in adolescentes jaci consuevit; nam juniorem illam ætatem semper in literis consumsisse Ciceronem certum est, adeoque eum procul a voluptatibus et flagitiis, quibus hæc ætas corrumpitur, abfuisse. Certe, ut scribit Plutarchus, in pueritia iis omnibus artibus cum alacritate maxima se dedit, quibus hæc ætas informari solet. Assecutus autem annum decimum sextum maximos oratores audiebat, ut ipse ait in Bruto, quotidie et scribens et legens et commentans. Anno ætatis suæ decimo octavo Scævolæ traditus est, a cujus latere se nunquam discessisse ait: tandem ad annum vigesimum sextum, quo causas aggressus est, apud Philonem Academicum, et Diodorum Siculum audivit, a quibus sic omnes philosophiæ partes, Cornelio Tacito referente, exhausit ut ab exercitationibus oratoriis nullum unquam diem abstineret, declamitando sæpe cum M. Pisone et cum Q. Pompeio, celeberrimis oratoribus.

[e] *Quam turpissime parasti*] Vult innuere Ciceronem grandem quæstum sibi ex eloquentia sua comparavisse, de qua idcirco gloriari objicit. De sua quidem eloquentiæ gloria interdum Cicero, sed modeste semper loquitur.

[f] *Splendor domesticus*] Ironice infamiam domus pudorem, splendorem, vocat.

[g] *Uxor sacrilega*] Terentia, Cicero-

Digitized by Google

juriis debilitata: filia matris pellex tibi jucundior, atque obsequentior, quam parenti par est. Domum ipsam[h] tuam, vi et rapinis, funestam tibi ac tuis, comparasti: videlicet, ut nos commonefacias, quam conversa res sit publica,[10] cum in ea domo habitares, homo flagitiosissime, quæ P. Crassi,[i] viri clarissimi,[1] fuit. 3. Atque cum hæc ita sint, tamen se Cicero dicit in concilio Deorum[k] immortalium fuisse, inde missum huic urbi, civibusque custodem, absque carnificis nomine,[d] qui civitatis incommodum[l] in gloriam suam ponit. [p. 271.] Quasi vero non illius conjurationis causa fuerit consulatus tuus,[m] et idcirco respublica disjecta eo tempore, quod[2] te custodem habebat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quæ post consulatum cum Terentia uxore[n] de republica consuluisti; cum legis Plautiæ[3][o] judicia domi faciebatis; ex conjuratis alios

[d] *Sine crudelitate.*

—10 *Quam conversa esset respubl.* Lamb. *quam conversa sit respubl.* Gerlach.—1 Lamb. Cort. et Gerlach. *P. Crassi, viri consularis.* Vid. Nott. Delph. Deinde, *Atque hæc cum* Lamb. Cort. et Orell. Paulo post, Cort. *Cicero se dicit.*—2 Cort. et Gerlach. *quo.*—3 Lamb. *legis Planciæ*, et mox *ex conjuratis*

NOTÆ

nis uxor, (ex Plutarcho) morosa fuit, et contumax, quam repudiavit, cum scelerate quid ab ea gestum fuisse comperisset, sibique Publiam duxit.

[h] *Domum ipsam*] Vituperat Ciceronem a domo quam sibi comparavit, quæ in Palatio fuit, quam sexagies sestertium emit.

[i] *P. Crassi*] Legere oportet, *L. Crassi*, qui amplissimus orator fuit: hunc enim ait Plin. XVII. 1. magnificam in Palatio domum habuisse.

[k] *In concilio Deorum*] Fabius, I. 11. refert quosdam scriptos fuisse libros a Cicerone, qui in lucem editi non sunt, in quibus dixit se in Deorum concilio fuisse.

[l] *Civitatis incommodum*] Per civitatis incommodum intelligit Catilinæ conjurationem, quam exstinxit morte conjuratorum qui rempublicam perdere, et civitatem flammis delere voluerant.

[m] *Consulatus tuus*] Contendit Sallustius consulatum Ciceronis illius conjurationis causam extitisse; quia Catilinam secum competitorem habebat: tamen illa conjuratio jam ante Ciceronis consulatum concepta erat.

[n] *Cum Terentia uxore*] Participem Terentiam omnium rerum, quæ ad rempublicam pertinebant, Cicero; non illa Ciceronem rerum domesticarum faciebat.

[o] *Legis Plautiæ*] Tulit M. Plautius Silvanus, tribunus plebis, Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone coss. A. U. C. 664. ut de iis qui vim pub-

morte, alios pecunia condemnabas; cum tibi alius Tusculanam,[p] alius Pompeianam villam exædificabat,[4] alius domum emebat: qui vero nihil poterat,[e] is erat calumniæ proximus:[f] is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut insidias senatui fecerat: denique de eo tibi compertum erat. 4. Quæ si tibi falsa objicio, redde rationem, quantum patrimonii[5] acceperis, quid tibi litibus accreverit,[q] qua ex pecunia domum paraveris,[g] Tusculanum et Pompeianum infinito sumtu ædificaveris: aut, si retices, cui potest esse dubium,[6] quin opulentiam istam ex sanguine et miseriis civium paraveris? III. Verum, ut opinor, homo novus[r] Arpinas, ex M. Crassi familia,[7][s] ejus virtutem imitatur, contemnit simultatem hominum nobilium, rempublicam caram habet, neque terrore, neque gratia commovetur. 5. Aliud vero amicitia tantum, ac virtus est amici.[8] Immo vero homo levissimus, supplex inimicis,[t]

[e] *Pauper erat.* [f] *Reus criminis.* [g] *Emeris.*

alios condemnabas, alios pecunia absolvebas.—4 Lamb. Cort. et Gerlach. *ædificabat.* Mox, Gerlach. *qui verum.*—5 Lamb. *patrimonium.*—6 *Cui dubium potest esse* Cort. *cui dubium est* Gerlach.

Cap. III. 7 Cort. et Orell. *ex C. Marii familia.* Mox, Gerlach. *simultates,* et paulo post *gratia removetur.*—8 Lamb. *Illud vera amicitiæ, hoc virtutis est animi:* Cort. *Illud vero amicitiæ tantum, ac virtutis est animi:*' Gerlach. *Aliud vero amicitia tua ac virtus est animi.* Orell. locum esse corruptum nota-

NOTÆ

licam armatis hominibus fecissent, quæstio constitueretur. Eos autem, qui conjurationis affines putabantur, lege Plautia interrogabat.

[p] *Tusculanam*] In Tusculano agro villam habuit splendidam Cicero, a qua denominatæ sunt ejus Tusculanæ Quæstiones. Plinius XXII. 6. ait primo fuisse Sullæ.

[q] *Litibus accreverit*] Objicit Ciceroni quod, cum pauper esset, ingentem sibi pecuniam aut accusationibus aut defensionibus accumularit: quod tunc Romæ vetitum erat; gratis enim et accusare et defendere oratores debebant.

[r] *Homo novus*] Homo novus dicitur, qui nulla majorum commendatione illustris est, sed a se suam nobilitatem accepit.

[s] *Ex M. Crassi familia*] Cum M. Crasso Cicero forum frequentavit, et hi se mutuis officiis adjuverunt.

[t] *Supplex inimicis*] Objicit Ciceroni quod in periculis suis tam se ad amicorum, quam inimicorum pedes supplex abjecerit.

Digitized by Google

amicis[9] contumeliosus,[u] modo harum, modo illarum partium,[x] fidus nemini, levissimus senator, mercenarius patronus,[y] cujus nulla pars corporis a turpitudine vacat, lingua vana,[z] manus rapacissimæ,[a] gula immensa, pedes fugaces:[b] quæ honeste nominari non possunt, inhonestissima. Atque is cum ejusmodi sit, tamen audet dicere, 'O fortunatam natam[c] me consule Romam!' Te consule fortunatam, Cicero? immo vero infelicem, et miseram, quæ crudelissimam proscriptionem civium[10][d] perpessa est, cum tu, perturbata republica, metu perculsos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas; cum omnia judicia, omnes leges in tua libidine[h] erant; cum tu, sublata lege Porcia,[e] erepta libertate, nostrum omnium[1] vitæ necisque potestatem ad te unum revocaveras. 6. Atque parum est, quod impune fecisti, verum etiam commemorando exprobras,

[h] *Potestate.*

vit.—9 Lamb. *in animos.* Mox idem *nemini fidus.*—10 Lamb. *civium* omittit, et

NOTÆ

[u] *Amicis contumeliosus*] Clodium, cui erat amicissimus, postea omni contumeliarum genere prosecutus est.

[x] *Modo harum, modo illarum partium*] Levitatis quandoque reprehensus est Cicero. Unde Laberius, ut notavit Macrobius, Saturn. II. 9. eum duabus sellis sedere solitum exprobrat.

[y] *Mercenarius patronus*] Mercenarium appellat, quasi suum defensionum laborem pecunia venderet.

[z] *Lingua vana*] Carpit Ciceronem, quasi nimius esset laudum et factorum suorum ostentator. At si quandoque de se magnifice loquatur, id effecit malevolorum invidentia, quam nisi factorum commemoratione refutare non poterat.

[a] *Manus rapacissimæ*] Maledictis Ciceronem prosequitur; neque enim patet vel rapinis auxisse familiam, vel comessationibus et epulis delectatum.

[b] *Pedes fugaces*] Loquitur de exilio Ciceronis, qui certe civitate cedere, quam in ea remanendo tumultus aliquid excitare maluit.

[c] *O fortunatam natam*] Hunc versum cudit Cicero post exstinctam a se conjurationem, quem sæpe malevoli cives, et ejus inimici reprehenderunt, ac ii maxime qui aliqua affinitate cum Catilina conjuncti erant.

[d] *Proscriptionem civium*] Quæstionem Cicero de conjuratis fecit, quam ei exprobrat.

[e] *Lege Porcia*] Lex Porcia vetabat verberari necarive civem Romanum. Objicit autem Ciceroni, quod illa lege violata, cives Romanos necaverit. Occidit enimvero conjuratos, sed senatus decreto, ut videre est in Catilinariis.

neque licet oblivisci his servitutis tuæ.[3] Egeris, oro te, Cicero, perfeceris, quod libet: satis est perpessos esse: etiamne aures nostras onerabis tuo odio?[3] etiamne molestissimis verbis insectabere? 'Cedant arma togæ,[f] concedat laurea linguæ.' Quasi vero togatus, et non armatus,[g] ea, quæ gloriaris, confeceris; atque inter te Sullamque dictatorem,[h] præter nomen imperii, quicquam interfuerit. IV. 7. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerva[i] omnes artes edocuit, Jupiter optimus maximus in concilium[4] Deorum admisit, Italia exulem humeris suis reportavit.[k] Oro te, Romule Arpinas,[l] qui egregia tua virtute omnes Paulos, Scipiones, Fabios[5] superasti, quem tandem locum in hac civitate obtines? quæ tibi partes reipublicæ placent? quem amicum, quem inimicum habes? cui insidias in civitate fecisti,[6][m] ancillaris?[n] quo

mox dedit *turbata republica.*—1 Gerlach. *omnium nostrum.*—2 Lamb. et Cort. *obliv. servitutis suæ*: Gerlach. *obliv. servitutis tuæ.*—3 Cort. *odio tuo on.* Gerlach. *odio tui on.*

CAP. IV. 4 Lamb. et Cort. *in concilio.*—5 Gerlach. *Fabios, Scipiones.*—6 Idem *cui in civ. fecisti insidias.* Verba *quo jure* Lamb. transponit ante vo-

NOTÆ

[f] *Cedant arma togæ*] Hunc etiam versum sæpe obtrectatores Ciceroni objecerunt; quo significavit tumultum bellicum paci et otio concessisse. Hunc explicat in orat. contra Pisonem.

[g] *Et non armatus*] Non commisit prælium contra Catilinam Cicero, sed ejus collega Antonius, per M. Petreium, suum legatum: tunc autem Cicero consul alter res urbanas gerebat.

[h] *Sullamque dictatorem*] Invidiose et inepte Ciceronem consulem cum dictatore Sulla confert: quia Sulla sanguine et carnificina civium urbem replevit; Cicero a carnificina et incendio liberavit.

[i] *Quem Minerva*] Objiciebatur Ciceroni, quod se edoctum scientiam a Minerva jactaret.

[k] *Exulem humeris suis reportavit*] Scribit Plutarchus redeunti ab exilio multa civium millia cum multa lætitiæ significatione occurrisse: quod autem humeris sit reportatus, id elate et oratorie dixit de se Cicero.

[l] *Romule Arpinas*] Quia se consule fortunatam Romam natam esse dixerat, vocat eum Romulum, qui primus Romæ conditor fuerat. Arpinatem appellat, quia ex Arpinate oppido Romam venerat.

[m] *Cui insidias fecisti*] Monitus fuerat a quibusdam Ciceronis inimicis Pompeius, quod ipsi a Cicerone insidiæ pararentur: quod in oratione pro Sextio manifeste refellit.

[n] *Ancillaris*] Deprimit Ciceronem, quem ait Pompeio abjecte et serviliter obsequi.

Digitized by Google

jure, cum de exilio tuo Dyrrachio[o] rediisti, eum sequeris?[7] quos tyrannos appellabas,[p] eorum nunc potentiæ faves?[q] qui tibi ante optimates videbantur, eosdem nunc[8] dementes ac furiosos vocas? Vatinii causam agis?[r] de Sextio male existimas?[s] Bibulum petulantissimis verbis lædis?[t] laudas Cæsarem? quem maxime odisti, ei maxime obsequeris? aliud stans, aliud sedens[u] de republica sentis? his maledicis, illos odisti? levissime transfuga! neque in hac, neque in illa parte fidem habes.[9]

cabb. *cui insidias.*—7 Edd. vett. cum Cort. et Gerlach. *sequebaris.*—8 Cort. et Gerlach. *nunc* bis omittunt. Cort. non habet interrogandi signa.—9 Lamb. et Gerlach. *habens.*

NOTÆ

[o] *Dyrrachio*] Dyrrachium urbs fuit in Epiro portu celebris, quo in Græciam navigatur a Brundisio.

[p] *Tyrannos appellabas*] Sic Pompeium, Cæsarem, et Crassum nominavit, qui tres videbantur summum sibi reipublicæ dominatum usurpare velle.

[q] *Potentiæ faves*] Revera favere Pompeio maxime post reditum visus est, quo referente ab exilio revocatus est; Cæsari vero, cum ipsi Galliam utramque decrevit.

[r] *Vatinii causam agis*] Vatinio inimicissimus Cicero fuit, ut ex ejus in eum oratione patet: sed tamen eum postea, rogante summopere Pompeio, in judicio defendit.

[s] *De Sextio male existimas*] Qua fretus ratione male de Sextio Ciceronem existimasse dicat, non invenio, utpote qui fuerit semper Ciceronis studiosissimus, qui pro Cicerone revocando pæne a Clodianis interfectus est, quem denique tam illustri oratione in judicio defendit.

[t] *Bibulum lædis*] Bibulus collega Caii Cæsaris in consulatu fuit, a quo si plane despectus est, multis in locis a Cicerone laudatus est. Gratis itaque eum Ciceronem læsisse criminatur.

[u] *Aliud stans, aliud sedens*] Proverbialis locutio ad carpendam inconstantiam.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS,

UT FALSO INSCRIBITUR,

IN C. SALLUSTIUM CRISPUM

RESPONSIO.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 272.] EA demum [a] magna voluptas est, C. Sallusti,[1] æqualem ac parem verbis vitam agere, neque quicquam tam obscœnum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat, ut omnis oratio moribus consonet. Neque enim qui ita vivit, ut tu, aliter, ac tu, loqui potest: neque qui tam illoto [b] sermone utitur, vita honestior est. Quo me vertam, patres conscripti? unde initium sumam? majus enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum. Quod aut, si de mea vita atque actibus [2] huic conviciatori respondero, invidiam gloria consequetur; aut, si hujus facta, mores, omnem ætatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis,[c] quod huic objicio. Id [a] vos, si forte offendimini, jus-

[a] *Solum.* [b] *Impuro.* [c] *Maledicentiæ.*

CAP. I. 1 Lamb. et Cort. *Crispe Sallusti.* Ante *æqualem* Lamb. addit *te.* —2 Lamb. *actis.* Mox, *invidia gloriam* Lamb. Cort. Orell. Tum, *consequa-*

NOTÆ

[a] *Id*] Id est, propter id.

Digitized by Google

tius huic, quam mihi, succensere debetis, qui initium introduxit.[3] 2. Ego dabo operam, ut et pro me minimo cum fastidio respondeam, et in hunc minime mentitus esse videar.[4] Scio me, patres conscripti, in respondendo non habere magnam expectationem, quod nullum vos sciatis novum crimen in Sallustium audituros; sed omnia vetera recognituros, queis et meæ, et vestræ jam, et ipsius aures callent.[5] Verum eo magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus[6] posuit rudimentum;[b] sed ita ingressus est,[d] ut neque ab alio vinci possit, neque ipse se omnino reliqua ætate præterire.[e] 3. Itaque nihil aliud studet, nisi, ut lutulentus sus, cum quovis volutari. Longe vero fallitur opinione. Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur: sed est quædam calumnia, quam unusquisque nostrum testante animo suo fert,[f] de eo qui falsum crimen bonis objectat. Quodsi vita istius memoriam vicerit; illam, patres conscripti, non ex oratione, sed suis ex moribus[7] spectare debetis. Jam dabo operam, quam maxime potero, ut breve id faciam. Neque hæc altercatio nostra vobis inutilis erit, patres conscripti. Plerumque enim respublica privatis crescit inimicitiis; ubi nemo civis, qualis sit vir, potest latere.

II. 4. Primum igitur, quoniam omnium majores C. Sallustius[8] ad unum exemplum et regulam quærit, velim mihi respondeat, numquid hi, quos protulit,[9] Scipiones, et Metellos, vel Fabios, ante fuerint aut opinionis, aut gloriæ,

[d] *Cœpit.* [e] *Vincere.* [f] *Judicat.*

tur Gerlach.—3 Verba *qui initium introduxit* Lamb. collocat post vocab. *justius huic.*—4 Gerlach. *mentitum esse videatur.*—5 Lamb. Cort. Orell. *calent.*—6 Gerlach. *in minimis rebus.*—7 Cort. et Orell. *ex mor. suis:* Lamb. *ex ipsius mor.* Mox, Cort. *pot., ut brevi id faciam:* Gerlach. *pot., brevi ut faciam.*

CAP. II. 8 Lamb. Cort. et Orell. *Crispus Sallustius.*—9 Gerlach. *numquid quos protulit.* Deinde, Lamb. dedit *et Metelli, ante fuerint ullius opinionis.* Mox

NOTÆ

[b] *Posuit rudimentum*] Significat Sallustium tam ab initio improbum fuisse, ut nunquam mediocriter fuerit improbus.

Digitized by Google

quam eos res gestæ suæ, et vita innocentissime acta commendavit. Quodsi hoc fuit illis initium nominis et dignitatis; cur non æque de nobis existimetur,[10] cujus et res gestæ illustres, et vita integerrime acta? Quasi vero tu sis ab illis viris, Sallusti, ortus! Quod si esses, nonnullos jam tuæ turpitudinis pigeret. 5. Ego meis majoribus[c] virtute mea præluxi, ut, si prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriæ suæ: tu tuis vita,[1] quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras; ut, etiamsi fuerint egregii cives, certe venerint in oblivionem. Quare noli mihi antiquos viros objectare. Satius est enim me meis rebus gestis florere, quam majorum opinione niti; et ita vivere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium, et virtutis exemplum. Neque me cum iis conferri decet,[d] patres conscripti, qui jam decesserunt, omnique odio carent, et invidia; [*p.* 273.] sed cum eis, qui mecum una in republica versati sunt. 6. Sed si[2] fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus, (non hanc dico popularem ambitionem,[e] cujus me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cujus primos ordines Sallustius duxit[g]) aut in gerendis magistratibus, aut in vindicandis maleficiis[h] tam severus, aut in tuenda republica tam vigilans, quam tu pro-

[g] *Princeps est.* [h] *Conjuratis puniendis.*

commendarit Gerlach.—10 Gerlach. *æque nobis exist.* Lamb. *æque de me exist.* Mox, Gerlach. *integerrume acta.*—1 Lamb. et Gerlach. *vitæ.*—2 Cortius con-

NOTÆ

[c] *Majoribus*] Plutarchus scribit aliquos ejus genus ad Tullum Attium, nobilem Volscorum regem, referre. Ejus patrem in Arpinati villa fere ætatem egisse in literis, et eum fulloniam fecisse, ac vites oleasque semper coluisse, Q. Calenus, apud Dionem, in oratione maledica pronuntiavit: quare revera primus Cicero noster nobilitatem in familiam suam intulit.

[d] *Cum iis conferri decet*] Non vult se conferre Cicero cum Scipionibus et Brutis, qui jam exstincti sunt, sed cum iis qui jam vivunt, et sunt in republica.

[e] *Popularem ambitionem*] Popularis ambitio dicitur honesta, quæ efficit, ut qui magistratus gerunt, populi utilitati et gloriæ serviant: turpis vero ea est, quæ efficit, ut quis largitione magistratus a populo consequatur.

Digitized by Google

scriptionem vocas; credo quod non omnes tui similes incolumes in hac urbe vixissent: at quanto meliore loco respublica staret, si tu par, ac similis scelestorum civium,[i] una cum illis annumeratus esses! An ego tunc falso scripsi, 'Cedant arma togæ,' qui togatus armatos, et pace bellum oppressi? 7. An illud mentitus sum, 'Fortunatam[3] natam me consule Romam,' qui tantum intestinum bellum ac domesticum[4] urbis incendium[f] exstinxi? III. Neque te tui piget, homo levissime, cum ea culpas, quæ in historiis gloriæ mihi[5] ducis? An turpius est, patres conscripti, scribentem mentiri,[g] quam illum palam hoc ordine dicentem? Nam quod ætatem increpuisti, tantum me abesse puto ab impudicitia, quantum tu abes[6] a pudicitia. 8. Sed quid ego de te plura querar? Quid enim mentiri turpe duces, qui mihi ausus sis eloquentiam, ut vitium, objicere? cujus semper nocens[7][h] eguisti patrocinio. An ullum existimas posse fieri civem egregium, qui non his artibus et disciplinis sit eruditus? an ulla alia putas esse rudimenta et incunabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur? Sed minime mirum est, patres conscripti, si homo, qui desidiæ ac luxuriæ plenus[i] sit, hæc, ut nova atque inusitata, miratur. 9. Nam quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem et in filiam meam

[i] *Conjuratorum.*

jecit *id* delend.—3 Gerlach. *O fortunatam.*—4 Idem *et domest.*

CAP. III. 5 Cort. et Gerlach. *mihi gloriæ.* Mox, Lamb. *quam illa palam in hoc ordine.* Paulo post, Gerlach. *Nam quod in ætatem.*—6 Lamb. Cort. et Orell. *abes* omittunt.—7 Unus Ms. non agnoscit *nocens,* prob. Cortio.—

NOTÆ

[f] *Domesticum incendium*] Conjurationem Catilinæ intelligit.

[g] *Scribentem mentiri*] Mendacii Sallustium arguit, qui in historia conjurationis quam scripsit, laudat Ciceronem, quem jam in senatu vituperat: nam si non jam mentiatur, mentitus est in historia, quo nihil turpius in historico.

[h] *Semper nocens*] Sallustius a senatu per censores, propter effusas ejus libidines, pulsus est, bisque in judicium vocatus.

[i] *Luxuriæ plenus*] Loris cæsus est a Milone, propter adulterium cum ejus uxore.

Digitized by Google

invasisti, quæ facilius se mulieres[8] a viris abstinuerunt, quam tu vir a viris; satis docte ac perite fecisti. Non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum,[k] ut vicissim tuos[9] compellarem.[l] Unus enim satis es materiæ habens: neque quicquam domi tuæ turpius est, quam tu. Multum vero te opinio fallit, qui mihi parare putasti[10] invidiam ex mea re familiari,[*] quæ mihi multo minor est, quam habere dignus sim. Atque utinam ne tanta quidem esset, quanta est! ut potius amici mei viverent,[m] quam ego testamentis eorum locupletior essem. 10. Ego fugax, Crispe Sallusti? furori tribuni plebis[n] cessi: utilius duxi, quamvis fortunam unus experiri, quam universo populo Romano civilis esse[1] dissensionis causa. Qui posteaquam ille suum annum in republica perbacchatus,[o] omniaque, quæ commoverat, pace et otio resederunt;[p] hoc ordine revocante,[q] atque ipsa republica manu retrahente[2] me, reverti. Qui mihi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo superet, cum universi vos, populusque

[*] *Divitiis meis.*

8 Lamb. et Gerlach. *mulieres se.*—9 Gerlach. *tuas.* Mox, *turpius est domi tua* Cort. et Gerlach. qui paulo post habent *Multum te vero.*—10 Cort. *putasti parare.* Mox, *multo mihi minor* Cort. et Gerlach. Porro, Cort. et Orell. *dignus sum.*—1 Cort. et Gerlach. *essem.* Post *perbacchatus* Lamb. Cort. et Orell. addunt *est.* Paulo post, *residerunt* Lamb. et Orell.—2 Lamb. *trahen-*

NOTÆ

[k] *Mutuam tibi gratiam relaturum*] Hic referre gratiam in malam partem dicit.

[l] *Tuos compellarem*] Loquitur de Sallustii uxore et liberis, de quibus silere vult.

[m] *Amici mei viverent*] Romani amicos hæredes faciebant: infamia autem erat in testamento præteriri.

[n] *Furori tribuni plebis*] Clodius in judicium Ciceronem vocavit, quod cives indemnatos necasset. Cum multi suaderent Ciceroni potius armis decertare quam cedere patria; maluit tamen discedere, quam periculo rempublicam exponere.

[o] *Perbacchatus*] Speraverat Clodius fore ut, exule Cicerone, impunitatem suorum scelerum, et nova quotidie patrandi haberet occasionem.

[p] *Pace et otio resederunt*] Postquam elapsus est annus quo Clodius tribunatum gessit, omnia in pace et otio fuerunt.

[q] *Hoc ordine revocante*] Senatus universus revocandum esse Ciceronem censuit: quæ pro ejus reditu acta sunt in orat. pro Sextio fusissime describit. Hanc consule.

Digitized by Google

Romanus frequens adventu meo [3] gratulatus est. Tanti me fugacem,[r] mercenarium patronum, hi æstimaverunt. IV. 11. Neque, hercule, mirum est, si ego semper justas omnium amicitias existimavi. Non enim uni privatim ancillatus sum, neque me addixi; sed, quantum quisque reipublicæ studuit,[s] mihi tantum [4] fuit aut amicus aut inimicus. Ego nihil plus volui valere, quam pacem. Multi privatorum audacias metuerunt: [5] ego nihil timui, nisi leges. Multi arma sua timeri voluerunt: ego nunquam volui quicquam posse, nisi pro vobis. Multi ex vobis potentia freti, in vos suis viribus abusi sunt. Itaque non est mirum, si nullius amicitia usus sum, qui non perpetuo reipublicæ amicus fuit. 12. Neque enim [6] me pœnitet, si aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum, aut Sextii insolentiam repressi, aut Bibuli patientiam culpavi, aut virtutibus Cæsaris favi. Hæ laudes [7] egregii civis, et unicæ sunt. [*p.* 274.] Quæ si tu mihi ut vitia objicis, temeritas tua reprehendetur,[8] non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, si apud alios mihi esset dicendum, patres conscripti, non apud vos, quos ego [9] habui omnium mearum actionum monitores. Sed ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis?

V. 13. Nunc, ut ad te revertar,[10] Sallusti; patremque tuum prætercam; qui si nunquam in vita sua peccavit, tamen majorem injuriam reipublicæ facere non potuit,

te.—3 Idem *adventui meo.* Mox, Gerlach. *hi* omittit.

Cap. IV. 4 Cort. et Gerlach. *tantum mihi.*—5 Lamb. Cort. et Orell. *nutriverunt.*—6 Lamb. Cort. et Gerlach. omittunt *enim*, quod Orell. uncis includit.—7 Cort. et Gerlach. *Hæ enim laudes.*—8 Cort. *reprehenditur:* Gerlach. *reprehendatur.* Mox, *esset disserendum* Cort. et Gerlach.—9 Gerlach. *ego* omittit. Tum, *actionum mearum* Cort. et Gerlach.

NOTÆ

[r] *Tanti me fugacem*] His verbis diluit calumniam Sallustii, qui fugitivum Ciceronem et mercenarium vocaverat: nam summo omnium plausu, tanquam bene meritus de patria civis, revocatus est.

[s] *Reipublicæ studuit*] Qui rempublicam defendebant, amicum habebant Ciceronem; qui eam oppugnabant, inimicum.

Digitized by Google

quam quod te talem filium genuit: neque, tu si qua in pueritia peccasti, exequar, ne parentem tuum accusare videar,[1] qui eo tempore summam tui potestatem habuit; sed qualem adolescentiam egeris. Hac enim demonstrata, facile intelligetur, quam petulanti pueritia, tam impudicus [2] et procax adoleveris. Posteaquam immensæ gulæ [t] impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit, et ætas tua jam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuisset, exoleverat, cupiditatibus [l] infinitis efferebaris; ut, quæ ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris. 14. Ita non est facile exputare,[3] patres conscripti, utrum inhonestioribus corporis partibus rem quæsierit, an amiserit. Domum paternam vivo patre turpissime venalem habuit, vendidit.[u] Et cuiquam dubium [4] potest esse, quin mori coëgerit eum, quo hic nondum mortuo, pro hærede gesserit omnia? Neque pudet eum a me [5] quærere, quis in P. Crassi domo habitet, cum ipse respondere non queat, quis in ipsius habitet paterna domo. At, hercule, lapsus ætatis tirocinio,[m] postea se [6] correxit. Non ita est, sed abiit in sodalitium sacrilegi Nigidiani:[x] bis ad judicum subsellia attractus, extrema fortuna stetit;[n] et ita discessit, ut non hic innocens esse, sed judices pejerasse [y] existima-

[l] *Libidinibus.* [m] *Ignorantia.* [n] *Fuit in periculo vitæ.*

CAP. V. 10 Cort. et Gerlach. *Nunc ad te uti revertar.*—1 Idem *videar accusare.*—2 Edd. Ven. cum Cort. et Gerlach. *quam impudicus.*—3 Lamb. *reputare.*—4 Cort. Gerlach. *Et cui dubium.*—5 Iidem *a me cum.*—6 Iidem *sese.* Mox, Lamb. e Mss. cum Orell. *sacrilegii Nigidiani.* Cort. suspic. legend. *sacrilegii Clodiani.* Statim, *bis judicis ad subs.* Cort. et Gerlach. *bis ad judicis*

NOTÆ

[t] *Immensæ gulæ*] Sallustius vivo patre patrimonium suum dissipavit libidinose; unde ipsi attributum est quicquid satirice quidam Leneus, Pompeii libertus, de profligatissimo nepote scripserat.

[u] *Vendidit*] Vendidit domum quam juxta Minervæ templum emerat, ut comparata hac pecunia judices corrumperet.

[x] *Sacrilegi Nigidiani*] Quis fuerit ille Nigidius, de quo sacrilegium jactatur, non patet. Credibile est quendam fuisse insigniter helluonem improbum, qui illis temporibus abiit in proverbium.

[y] *Pejerasse*] Tam manifestum erat Sallustii crimen, ut nemo dubitaret

rentur. 15. Primum honorem[p] in quæstura adeptus, secutus est[7] hunc locum, et hunc ordinem despectus, cujus aditus sibi[z] quoque, sordidissimo homini, patuisset. Itaque timens, ne facinora sua[8] clam vos essent,[q] cum omnibus matrumfamiliarum viris opprobrio esset, confessus est, vobis audientibus, adulterium,[a] neque erubuit ora vestra. VI. Vixeris, ut libet, Sallusti: egeris, quæ volueris: satis sit, unum te tuorum[9] scelerum conscium esse. Noli nobis languorem et soporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum nostrarum; sed ita experrecti non sumus, ut a te cavere possimus. 16. Audacia tua vincit studia[r] nostra. Et quod hunc[10] movere possit, patres conscripti, factum aut dictum turpe, quem non puduit palam, vobis audientibus, adulterium confiteri? Quodsi tibi nihil per me[s 1] respondere voluissem, sed illud censorium elogium[2 b] Appii Claudii et L. Pisonis, integerrimorum virorum, quo usus est quisque eorum, pro lege palam universis recitarem; nonne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non possit? Neque post illum delectum senatus unquam te[3] vidimus; nisi forte in ea te castra[c] conjecisti, quo omnis sentina rei-

[p] *Primum magistratum.* [q] *Incognita essent vobis.*
[r] *Diligentiam.* [s] *Oratione mea.*

---

subs. Lamb. et Orell.—7 Cort. Lamb. et Orell. omittunt *secutus est*, et paulo post dederunt *despexit.*—8 Lamb. Cort. et Gerlach. *facinora ejus.* Mox, Lamb. *matribus familiarum.*

CAP. VI. 9 Lamb. *tibi tuorum.* Tum, Gerlach. *esse conscium.*—10 Lamb. Cort. et Orell. *Ecquod hunc*, et paulo post Lamb. Cort. *factum ac dictum.* Gerlach. *Ecquod factum aut dictum turpe hunc movere possit, patres conscripti.* Deinde, Mss. aliq. *puduerit.*—1 Cort. *nihil pro me tibi:* Gerlach. *tibi pro me*

NOTÆ

quin statim condemnaretur, nisi eum judices, contra jus omne religionis corrupti pecunia, liberassent.

[z] *Aditus sibi*] Melius *ipsi*, quam *sibi*.

[a] *Adulterium*] Adulterium cum Milonis uxore commisit, ut superius dictum est.

[b] *Censorium elogium*] Per elogium, notam censoriam intelligit, quia ejectus est ab Appio Claudio et L. Pisone censoribus Sallustius, propter adulteria quæ fateri coram senatu coactus est.

[c] *In ea castra*] Post illam infamiam quam ille subiit a censoribus, in castra Cæsaris profectus est.

Digitized by Google

publicæ confluxerat. 17. At idem Sallustius, qui in pace[d] ne senator quidem manserat; posteaquam respublica armis oppressa est, et idem victores,[4] qui exules reduxit; in senatum post quæsturam est reductus. Quem honorem ita gessit, ut nihil in eo non venale habuerit, cujus aliquis emtor fuerit. Ita igitur egit, ut nihil non æquum ac verum [t] duxerit, quod ipsi facere collibuisset: neque aliter vexavit, ac debuit, si quis prædæ loco magistratum accepisset.[5] 18. Peracta quæstura, posteaquam magna pignora[u] eis dederat, cum quibus similitudine vitæ se conjunxerat, unus jam ex illo grege videbatur. [*p.* 275.] Ejus enim partis erat exemplar[6] Sallustius, quo, tanquam in imam voraginem, cœtus omnium vitiorum excesserat. Quicquid impudicorum, cyllonum,[7] [e] parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis, subsederant, nominis[8] perditi ac notissimi, nulla in parte castris apti, nisi licentia vitiorum, et cupiditate rerum novarum. VII. 19. At posteaquam prætor est factus, modeste se gessit, et abstinenter. Nonne ita provinciam vastavit, ut nihil neque passi sint, neque expectarint gravius in bello socii nostri, quam experti sunt in pace, hoc Africam interiorem[f] obtinente? unde tantum hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum[a] trajici,[9] aut in naves contrudi: tantum, inquam, patres conscripti, exhausit, quantum voluit. Ne causam diceret, sestertio duodecies[g]

[t] *Justum.* [u] *Dona.* [a] *Debitorum.*

nihil.—2 Lamb. *eclogium.*—3 Cort. et Gerlach. *te unquam.*—4 Edd. Ven. cum Cort. et Gerlach. *victor.* Mox, Cort. *reductus est.*—5 Cort. et Gerlach. *accep. mag.*—6 Iidem *exemplar erat.* Mox, Lamb. e Ms. *in unam vorag.*—7 Edd. vett. cum Cort. et Orell. *cillonum.*—8 Gulielm. suspic. *homines* legend.

NOTÆ

[d] *In pace*] Tempus designat, quo nondum civile bellum Pompeium inter et Cæsarem exarserat.

[e] *Cyllonum*] Cyllones homines debiles ac mutili sunt.

[f] *Africam interiorem*] Cæsaris auctoritate Africæ interioris prætor factus est Sallustius; quam provinciam totam expilavit; ac post reditum illos hortos, qui Sallustiani dicti sunt, emit.

[g] *Sestertio duodecies*] Centum et vi-

Digitized by Google

cum Cæsare paciscitur. Quodsi quidpiam eorum falsum est, his[10] palam refelle, unde tu, qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tanquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, villam Tiburti,[1] C. Cæsaris reliquas possessiones paraveris. 20. Neque piguit[2] quærere, cur ego P. Crassi domum emissem, cum tu veteris villæ dominus sis, cujus paulo ante fuerat Cæsar. Modo, inquam, patrimonio non comeso, sed devorato, quibus rationibus repente factus es tam affluens, et tam beatus? nam quis te faceret hæredem, quem ne amicum quidem suum satis honestum quisquam sibi ducit, nisi similis ac par tui? VIII. At, hercule, egregia facta majorum tuorum te extollunt: quorum sive tu similis es,[3] sive illi tui, nihil ad omnium scelus ac nequitiam addi potest. 21. Verum, ut opinor, honores tui te faciunt insolentem. Tu, C. Sallusti, tantidem putas esse, bis senatorem et bis quæstorem fieri, quanti bis consularem et bis triumphalem? Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere. Is demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. Sed tu, omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in prima[4] ætate pellex,[h] et idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo es, et civilis belli memoria. Quid enim gravius[5] pati potuimus, quam quod te incolumem in hoc ordine videmus? 22. Desine bonos petulantissima consectari lingua: desine morbo procacitatis isto uti: desine unumquemque moribus tuis æstimare. His moribus[6] amicum tibi facere non potes, videris velle inimicum habere. Finem dicendi, patres

CAP. VII. 9 Al. *transjici*.—10 Cort. et Gerlach. *hic*.—1 Lamb. *Tiburtinam*. Cortius conj. *Tiburte* vel *Tiburtem*.—2 Lamb. *te piguit*.

CAP. VIII. 3 Cort. et Gerlach. *es similis*. Mox, edd. Ven. *ad tuum scelus*.—4 Lamb. Cort. et Orell. omittunt *prima*.—5 *Quid enim hoc gravius* edd. Ven. cum Cort. et Gerlach. Mox, Lamb. et Cort. *videamus*.—6 *Existimare*

NOTÆ

ginti librarum millia.

[h] *In prima ætate pellex*] Eum pungit pellicem vocando, quia in adolescentia sua alienas uxores sibi devinciebat: at vir factus, stuprum inferebat.

Digitized by Google

conscripti, faciam:[7] sæpe enim gravius vidi offendere animos auditorum eos,[8] qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos qui commiserunt. Mihi quidem ratio habenda est, non quid[9] Sallustius merito debeat audire, sed ut ea dicam, si qua ego honeste effari possum.

Gerlach. et *Istis moribus* Lamb. Tum, Gerlach. *efficere*.—7 Cort. et Gerlach. *faciam, patres conscripti*. Mox, iidem *vidi gravius*.—8 Gerlach. *eos* omittit.—9 *Non quæ* Gerlach.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google